


A. N. D. R.

# ALCIATI IVRISCONS. MEDIOLA- NENSIS,

*Decretalium titulos aliquot, pagina sequenti enumeratos, Commentaria.*  
Tomi quinti Pars vnica.



LVGDVNI,

1560.

CVM PRIVILEGIO.

# ALCIATI IVRISCONS. MEDIOLA- NENSIS,

*Decretalium titulos aliquot, pagina sequenti enumeratos, Commentaria.*

Tomii quinti. Pars vnica.



LVGDVNI,

1560.

*CVM PRIVILEGIO.*

De offic. & potest. iud. deleg.	folio 2. a	De iureiurando.	51. a
De officio ordinarij.	5. b	De prescriptionibus.	73. b
De iudiciis.	24. a	De rebus eccl'es. alien.	78. b
De causa possess. & prop.	50. b	De poenitent. & remiss.	82. a

ANDREAE RUBERTO IURISCONS.  
PRAESTANTISS. FRANCISCVS  
ALCIATVS. S. D.



**A**NIM ADVERTI ego saepe id summis euenisse in genitijs, vt nō eadem semper vbiq; appa-  
rerent, nec idem profusus omni aetate sapere viderentur. Sed quemadmodum in homine, dum iuue-  
nescit, vultum vnum, dum vivescit alium, porro & alium cum senescit, conspiciamus, itidem &  
sublimia ingenia varias per tēpora formas accipere. Etenim si quae fortē primis annis elaborauerint,  
diuerso planē charactere comperientur ab his, quae in reliquo suae vitae cursu, ac ipso in aetatis flexu  
panxerint. Placuit vno tempore atticismus, laconismus alio, quandoq; rerum ac verborum absq;  
delectu copia delectauit, quandoq; solum acumen & phalerata phrasis, nunc humi serpere iuuat, nunc alta petere, modo  
doctis tantum, modo omnibus scribere visum est. Sic ipse Cicero fatetur se adolescentem, quosdam de facultate oratoria  
commentariolos pingui confecisse minerua, mox prouectiore in aetate aliud grandius, politiusq; volumen proferre vo-  
luisse. Idem & Fabium fecisse scimus, scripsit & Maro Iuuenilia, quae quātum à virilibus distent, quis non videt? Sic  
quōq; Diuus ipse Augustinus aliter se Iuuenem scripsisse ait, aliter senem. Sic nostri iuris interpretum Coryphaeus Bar-  
tolus prima in lanugine aliqua scripsit, quae longē ab alijs posterioribus recedunt, quo nomine cum Paulus Castrensis ali-  
quando excusat. Sic alios quamplures auctores, viros alioqui graues, & summā auctoritatis factitauisse palam est. Id-  
circo mirari nemo debet, si fortē in hęc, quae nunc publicamus, Alciati ad ius Pontificium, Ciuilq; commentaria in-  
cidens illum talem non deprēdet, qualem se in alijs praesitit. Fecit hęc ille quidem partim in ipsa suorum legalium stu-  
diorum infantia, dum nouus quoq; esset Iustinianus, partim in ipsa adolescentia dum paulō progressus, inter lūtas, atq;  
volūtas, annumerari coepisset. Quae enim, à suis praecceptoribus lasone, Decio, Ruyno, Curtio, Pico, quotidie audiebat, ea  
aut memoriae, aut scriptis mandata afferebat diligenter excutiebat, & tanquā in trutina ponens, quid recipien-  
dum, quidue reiiciendum esset, suis hisce quibusdam quasi aduersarijs definiēbat. Quae ego minimē occultanda esse pu-  
taui quōd multa in eis scitu digna legantur, & non solum magnam admirationē his siue allatura, qui, quo tempore hęc  
confecta fuerint, ex me nunc intellexerint, sed & certam praebitura coniecturam, si hęc Alciati incunabula fuere  
q; tot quantaque alia, quorum partem iam prodisse viderunt, sperari tunc & expectari debuerint. Ea autem tibi  
nuncupare volui, Andrea Ruberte Iuriscons. omnium, quos ego nouerim, acutissime, sit enim hęc tua laus praecipua,  
quae & olim excellentis Papiniani fuit, idq; magna cum ratione factum est, à me. Tu enim ab ipsa v;sq; pueritia arcta  
illi iunctus fuisti necessitudine, tu omnium horarum facundus illi comes, tu suorum studiorum socius, adiutor, in omnium  
arcanorum conscius, vna ambo legalis scientiae operam dare coepistis, ambo iisdem in edibus eodem conuictu, publicis in  
academijs, diu perseuerastis. Quo factum est, vt non dubia quadam coniectura ductus fuerim, te non solum laborum suo-  
rum, quos ille hisce in operibus excudauit, assiduū fuisse spectatorem, sed & quandoq; participem. Vero enim fit simile,  
conuenisse illum multa tecum conferre, tuum poscere iudicium, tuam operam expetere, nam quantum & doctrinae, &  
probitati tuae, deferre esset solitus, non solum sua illa pereleganti declamatione iam diu euulgata palam fecit, sed & ego  
saepe si me ab illius narrantis ore audiui. Frequentes enim de te sermones serebat, tuum illud peracre in genitijs, flagransq;  
studium commendabat plurimum: vnam tantum incusabat fortunam quae tibi aequē, ac benigna natura non arrisisset,  
hanc enim aiebat eximias tibi dedisse dotes, at illam acerbo quodā liuore percitam nimis in solēter bonis insultauisse tuis.  
quōd si illa te amanter respexisset, aut saltem tuae virtuti comes esse voluisset, iam grande aliquid, ex tua illa solida vi  
ingenij, habuissemus, quod cum doctorum virorum, quos atas nostra tulit, lucubrationibus cōferre possemus, non tamen  
omni sē excidimus, quin aliqua asseruata congesseris, quae vel tua, vel amicorum sedulitate ad studiosorum manus sint  
quandoq; peruentura. Merito igitur te potissimū delegi, cui hasce Alciati tui amicissimi, & de te tam bene sentientis  
primitias, quosdam velut praecoces fructus donare, in quibus colligēdis fortē etiam tuae arguta manus quasdam pressu-  
ras possis agnoscere volui & hoc qualicunq; munere, meam erga te benevolentia iudicare. Iam diu enim vnice te amo,  
atq; obseruo, tum ob praecellentem eruditioem tuam, tum quōd tuo prudenti consilio, me quandoq; meis in rebus dubijs  
praclare iuueris, & qua apud Alciatum ipsum auctoritate pollebas, graui illo (meministi enim) iunonio iugo perbellē  
me exemeris, quo nomine tibi mea studia qualiacunq; haecenus successerint futurae deinceps sint, aeternū debebunt.  
Accedit quōd in singulis ferme dies magnum ego ex te fructum, magnam voluptatem Capiō, nam quoties te inuiso,  
quōd saepe facio, tuo illo suauiloquio sermone planē mellito tantū ego oblector, vt egrē inde diuelli possim, nec vnquam  
nisi doctior, excultior, cautior, recedam. Sed & dum tecum loquor, dum te iucundē intueor ita me diu bene ament, vt  
illum ipsum Andreā Alciatum, cuius & tu praenomen geris, alloqui videre mihi ipsi videor. Sic tu illius candidos  
more, illam dicendi libertatem referes, sic illius disertam facundia, & de re quacunq; expeditam ratiocinationem ma-  
gna ex parte representas. vtinam Deus ibi, quemadmodum praedulce illud Nestoreum neētar tibi in os infudit, ita &  
& annos donet Nestoreos, vt diu possis dulcem Alciati memoriam renouare, & triste illud desiderium, quod moriens  
mihi, ceterisque suis reliquit, tua lenire praesentia. Ticini, Idibus Augusti. M. D. LV.

ANDR

ANDREAE ALCIATI  
IURISCONS. MEDIOLANEN.  
IN TITVLOS, ET CAPITA  
ALIQVOT DECRETALIVM  
COMMENTARIA.



DE OFFICIO, ET POTESTATE IUDICIS  
DELEGATI. RUBRICA.  
S V M M A E.

- 1 Expressa ad aqua trahi.
- 2 Verbis mens in rescripto, non testamentis potior.
- 3 Exceptiones irrationabiles, nisi ex causis, reicienda.
- 4 Mortis differenda modus.
- 5 Equitas scripta tantum iure potior.
- 6 Rescripti explicandi via.
- 7 Exceptionum sublatio de frivolis accipienda.
- 8 Cap. Ex parte. explicari.



**X** PARTE. elij. Not. hunc tex. quōd expressio certae formae in  
rescripto nō arctat delegatum, quo minū debet exceptiones legiti-  
mas admittere. ita not. Dec. hīc, & adiicit glo. not. in c. paratus xxij.  
q. j. in verbo, si verba. quae dicit, quōd verba \* posita in rescripto de-  
bent conformari aequitati, licet verba non patiantur, & hanc glo. se-  
quitur Dominus meus hīc: Sed illa gl. est apud me dubia: quia nos vi-  
demus quod in dispositione testatoris t mens, si verba non patiatur  
non attenditur glo. in l. Labeo. in verb. cōmuni vsu. ff. de sup. leg. Bal.  
in c. j. de controuers. inuest. Soc. d. l. in ambiguo. in viij. conclus. ff. de  
reb. dubijs. ergo videtur idem in rescripto. Imō fortius quia in rescri-  
pto plūs considerantur verba, quamuis in dispositione testatoris, vt  
per Canonist. in c. cui de non sacerdotali. de praeb. li. vj. iuncta l. cum  
virum. C. de fideicommiss. Cogitabam t si posset dicta glo. sic sustineri quod maior praesumptio sit pro  
papa quod non discessurus sit, à iure quā sit in testatore qui plerunq; agit contra ius, vt probatur in l.  
codicillis. §. fin. ff. de leg. ij. vnde ex quo est maior praesumptio pro papa, rescriptum etiam quōd verba  
non patiantur, semper intelligitur secundum ius, sed in testatore non: quia ex quo mens nō est expres-  
sa verbis, lex habet suspectam illam mentem attento, quōd aliquando etiam mens testatoris est contra  
ius. cogita: quia contrarium non formatur ab aliquo. Secundō not. à contrario sensu, quod Iudex & de-  
legatus non debet exceptiones minus \* rationabiles admittere. vnde Abb. hīc allegat vnum dictū Inn.  
in c. post electionem. in fine de concess. praeb. quōd iudex si suspicatur exceptionem calumniosē, à parte  
opponi potest eam nō admittere, & hoc cōmittitur eius arbitrio, & ita tenet Abb. hīc & Barb. & Mod.  
& alij in c. licet causam. de probat. qui tamen tex. videtur probare cōtra hanc conclusionem inducen-  
do tamen vt hīc per Barbariam. Sed dic, quōd ibi non erat vehemens suspicio, vt dicit Abb. Aret. Dec.  
ibi. Ego contra hanc conclusionem adduco tex. in l. j. §. fin. ff. de praeto. stip. vbi est tex. Quōd si dubita-  
tur, vtrum stipulatio praetoria debeat interponi, putā quia partes dicūt eam desiderari per calumniam  
debet iudex summam cognoscere, & super hoc interloqui. Ecce ergo, quōd non potest eam repelle-  
re, sed debet cognoscere, & sic admissis probationibus, quia tunc dicitur iudex cognoscere, vt not. Bal.  
in l. j. C. vt in poss. leg. nom. & Card. in clem. j. in ix. quāst. de offi. deleg. & probatur ex not. in l. cognitio.  
ff. de offic. eius. Nec obst. si diceres, quōd ibi iudex non praesumeret de calumnia, sed erant partes, quae  
apponebant: quia si vera esset opinio doct. hīc, quōd iudex posset ex suo arbitrio repellere, textus non  
dixisset, vt quāstio examinaretur in formam iudicij, sed quōd iudex se informaret simpliciter, & ex  
conscientia sua eum reiiceret. Et per eum tex. ego teneo contra istam cōmunem opin. nisi declarauerim  
eam, vt j. Contra istam conclusionem etiam facit tex. in c. sollicitē. de restit. spoli. à contrario sensu.  
& facit contra regulam. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. praesi. tenendo tamen istam conclusionem am-  
pliatur primō, etiam si suspicio non sit vehemens, quando exceptio quae proponitur est dilatoria &  
hoc propter modicitatem praedictij. Inn. in c. post electionem. §. allegato, Abb. Aret. Mod. in d. c. licet  
causam. & hoc facit ad repellendam exceptionem consilij sapientis, vt ibi per Decium & Felin. in c. de  
cetero. j. de re iud. Et quando dicitur vehemēs vel non, stabitur iudicis arbitrio. l. j. ff. de iure delib. Barb.  
in c. sedes. de rescr. & ita trāsierunt Mod. hīc. Aduertendum tamē est, quōd ista dicta non vidētur vera.

Tom. 5.

Aaa ij quia



quia ista regula non videtur rectè intelligi. nam tum demum potest iudex repellere exceptionem ex suspicionem malitia, quando illa malitia oritur ex presumptione iuris. ita tenet Bald. not. in consil. suo cclxviiij. in v. vol. & Inn. in c. de officio vicarij. vnde cum presumptiones iuris sint expressæ non videtur, quod debeat stari dictio iudicis, quia hoc casu non habeat locum regula d. l. j. ff. de iur. delib. Ampliat ij. Mod. etiam si pars non petat exceptionem repellis, quia iudex potest ex suo officio, gl. in verbo, vel calumniosam in l. qui cum natu maior. §. qui parris. ff. de bonis lib. Alex. in l. iij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infecto, facit glo. in c. cupientes. §. ceterum. in verb. cõmuniaria. de elect. lib. vj. Sed circa hanc ampliationem aduertendum est, quia d. Alex. quem Mod. non viderunt in l. j. C. vt quæ defunt aduoc. tenet notanter istud procedere tantum, quando ex confessione actoris vel ex instrumento constat iudici, quod actor calumniatur. nam tunc potest eum repellere ex iudicio, aliàs non. & idè in exceptione. Et hæc est communis opin. vt ibi per eum quem puto dicere veritatem, licet alij non aduertant, declarando tamè vt ibi per eum. Tertio ampliant etiam si exceptio sit vera, sed de ea non cõstet. Ita Inn. hic allegat & Alex. consil. lxxv. habita in j. vol. & consil. xliij. in ij. vol. Quarto ampliant, etiam si agatur de vita hominis, ita Io. And. in add. Spec. in tit. de iudice delegato. §. nunc dicendum. in additione magna. vbi ille qui condemnatus est quia occidit aliquem, si dicat se ostensurum eum viuum, nõ tamen admittitur sed debet suspendi. & idem licet Barb. hic. & in tortura hoc tenet Alex. in cõsiliis s. allegatis aduertendum hic est vltra Mod. quia istud dictum non videtur verum & contra ea quæ not. Cepolla in caut. v. & Ang. in l. j. de bon. profcri. & refert & sequitur Ias. in l. debitoribus. in fine. ff. de re iud. vbi concludit, quod si aliquis ducatur ad furcam, si velis eius mortem differre, ¶ poteris dicere & protestari iudici, ne 7 exequatur: quia debet ille reus reddere tibi rationem alicuius apothecæ vel mercantiæ, & super hoc debet terminus competens assignari. d. l. j. C. de bo. profcri. & ibi Bar. certè si vera esset conclusio doctorum hinc, illa cautela esset nihil. Reperio quod Aret. in d. c. licet. de probat. intelligit illud dictum Io. And. habere locum, quando superesset parum temporis dati ad dicendum & iudex timeret incurrere pœnam, &c. tamen in hoc finaliter Aret. tenet contrarium, & melius, quia quando excipienti si talis exceptio nõ admitteretur, esset præiudicium irreparabile, tunc non procedit dicta regula Bal. in l. j. C. de accus. Aret. & Decius in d. c. licet causam. in vj. not. Alex. in consil. xvij. requisitus in j. vol. & puto, quod ista sit veritas, & hoc est æquius: quia nulla vnquam de morte hominis consultatio longa est. l. absentem. ff. de pœnis. cum similibus. & hæc opin. indubitanter procederet, quando excipiens offerret se incontinenti probaturum, quo casu fallit ¶ ista regula gloss. in c. suscitata. in verbo effectum. vbi Abb. de in in te. rest. & Abb. in c. interposita. de appell. Secundo limita, vt procedat solum quo ad hoc, vt sententia teneat mero iure. nam poterit appellari. d. c. interposita. de app. Tertio limita procedere, si iudex repellat exceptionem illam adiecta causa, aliàs tenebitur. ita tenet Barb. hic per doct. Bar. in l. Lucius. ff. de his, qui not. infam. quem sequitur Abb. & Imo. in c. causam. de re iudic. Feli. in c. pastoralis. §. quia verò. j. eo. Phil. Perusin. in c. diecto. quæst. lv. de appellat. Barb. consil. vij. in ij. vol. & in consil. xvij. in j. vol. Alex. in l. ij. §. & parui. ad finem. ff. quod vi aut clam. licet eam non teneat d. Franc. de Curte in tract. de teste. vers. vigesimo cuius fundamentum. & facit contra principalem conclusionem nostram. Sed si non sit expressa causa à iudice, vtrum præsumatur in dubio. Ant. de Butrio in d. c. post electionem. de concess. przb. tenet quod sic, & idem innuit Abb. hic. Ista est magna quæstio, de qua dixi in c. j. de rebus eccles. non alien. adde tamè quod quãdo cætera sunt solenniter acta, statur iudici profitenti de cõscentia sua, vt est glo. in l. si prætor. §. Marcellus. ff. de Iudi. Bal. in consil. cccx. in v. vol. Quarto limita, vt non procedat, nisi quando præsumptio iuris est talem exceptionem esse calumniosam secundum Bal. in d. consil. cclxviiij. in v. vol. aliàs non puto, quod procederet. & ita teneo, vt s. dixi. Tertio nota, quod iudex debet procedere ¶ secundum æquitatem iuris. & ita tenet Abb. hic & sequuntur Mod. pro quorum resolutionem tu dicas, quod aut est æquitas scripta, & hic est ius nec ab eo differt, & ea debet attendi contra ius strictum. l. placuit. C. de iudi. Aut loquimur de æquitatem non scripta, & ea non est ius, nec præualet iuri stricto. Sed talis æquitas solum attenditur, quando non reperitur in eo aliquid de iure, siue æquo, siue stricto decisum. c. fin. de transact. alleg. hic per Abb. & ista opin. est verior, & communiter tenetur. in l. j. C. de legib. & eam firmat Mod. in d. l. placuit. Ex supradicto not. infertur, quod si in rescripto dicatur, quod procedatur secundum æquitatem, quod exceptio pacti nudi non habeat locum. Bart. in l. Quintus. ff. mand. & Salic. in l. Papinianus. §. si fideiuf. eod. tit. Soci. & Bald. not. in rubr. ff. de verb. oblig. Mod. hic. & ita communiter tenetur. Sed contrarium tenuit Rom. in l. filiusfam. ff. de don. cuius opin. videtur verior ¶ nam rescripta recipiunt interpretationem à iure communi. l. falso. C. de diuers. resc. Idem est in statutis, quæ in dubio debent intelligi vt non sint correctoria. l. si serui vestri. & ibi Bald. Salic. & alij. C. de noxalibus. Vnde debent intelligi de æquitatem scripta, de qua non reperitur, quod possit agi ex pacto nudo. Secundo ad idem facit, quia ratio, cur pacta non pariant actionem, est quia lex præsumit inconsideratè facta, & \* quia si promittens credidisset eum cui promittitur acceptaturum, non promississet, vt patet ex not. per Bart. in l. j. §. si quis simpliciter. in vers. & ratio est. ff. de verbor. obligar. Raph. Com. Paul. de Castr. Alexand. Socin. Bald. not. in rubr. ff. eod. tit. certè attenda ista ratione non est æquum quod oriatur actio imò repugnat æquitati: ergo, &c. & propterea puto, quod in prædicto casu rescripti, vel statuti non possit neque cognosci summarie, quicquid dicant Bald. & Rom. allegati hic per Mod. contra quos facit quia omnes iudices iurant seruare æquitatem in auth. iusiurandum, quod præstatur

præstatur ab his. §. penul. & tamen tenentur procedere ordinariè. l. prolatam. C. de sent. & non summam nisi in casibus. vt in l. iij. ff. ad exhib. in clem. dispensiosam. de iudi. cum similibus. Quarto not. quod princeps ¶ potest in rescripto tollere omnes exceptiones etiam rationabiles, quando constat de voluntate. & ita intelligit gloss. si autem dicat in rescripto, Nulla obstante exceptione, tunc non dicitur constare de voluntate, sed solum intelligentur remotæ friuolæ exceptiones, ita est gloss. hic quam sequitur Abb. modificando tamen eam. Et ita communiter teneri attestatur Alexand. in l. iij. §. si is pro quo. ff. quod quisque iur. pro qua conclusione sat facit tex. allegatus in glo. in c. audita. de restit. spoliat. & l. ita nobis cordi pudor. C. de adult. cõtra istam opin. videtur vrgere hic tex. vt etiam aduertit Abb. nam solutio gloss. est violatiua: dum dicit quod supplendum est in tex. quod constet de mente papæ. 13 Sed tamen puto solutionem gloss. rectè intellectam non esse violatiuam. nam ¶ ex quo in prin. tex. loquitur de exceptionibus rationabilibus, deinde venit excipiendo per dictionem Nisi, talis exceptio debet intelligi etiam de regula. l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de pen. leg. vnde cum exceptio dicat, Nisi exprimatur in literis quod nullæ exceptiones debent admitti. debet talis exceptio intelligi de exceptionibus etiam rationabilibus. & ita declarando, iste tex. non vrget contra cõmunem. Secundo in contrarium facit tex. in c. pastoralis. in prin. j. de appellat. vbi si in rescripto dictum sit, vt procedatur appellatione remota, intelligitur non solum de friuola, sed etiam de legitima: ergo idem si dictum sit, Non obstat exceptione, &c. ad hunc tex. respõdit Rod. quod ex quo ista clausula præiudicat tam actori, quàm reo sic intelligi secus in exceptione quæ præiudicaret nisi reo. Ista solutio nil valet: quia si præiudicium vnus tantum operatur, vt non intelligatur nisi de friuolis, quantò magis præiudicium duorum. Item 14 actor quandoque \* opponit exceptiones. Quare tu dic aliter quod ex quo in causa principali cognoscitur diligentius non dicitur per clausulam app. rem tolli defentio, quæ non cessat in exceptione facit quia nos videmus, quod papa plerunque committit causam app. rem. c. secundo requiris. c. postremò, de appell. c. super eo. j. eo. & tamen exceptione remota, non vt est casus in nostro tex. Ista conclusio nem limitant hic Mod. infinitis modis & alij aliter, ad quos me remitto.

S V M M A E.

- 1 Jurisdictionis proroganda.
- 2 Statuti contrariis specialius potius ex causis contra.
- 3 Citationis vis, & partes.
- 4 Gratiam sensu. 24.
- 9 Perpetuari subdelegatione.
- 12 Subdelegationem delegata vti.
- 16 L. ij. C. de filijs. lib. xj. sensu.
- 19 Appellationi ex causis non renuntiat litigans. 21. 23. 25. 26.

**R A T V M.** Notant primo post Mod. quod ad ¶ perpetuandam iurisdictionem delegati non requiritur litis contestatio, sed est satis citatio. Et hoc procedit etiam de iure ciuili. & ita communiter tenetur. in l. & quia. ff. de iur. om. iud. vt ibi attestatur Ias. Sed vtrum sufficiat actus præambulus citationi, putà commissio de citando, vel presentatio libelli, sunt opinioniones. in hoc teneas quod non. per hunc tex. & per tex. in c. fin. in fin. de offic. leg. Abb. & alij in c. relatum. §. eod. & Mod. in d. l. & quia & sic serui istud not. declaratur d. c. relatum. loquens de litis contestatione, vt etiam habeat locum si lis non sit contestata, sed solum si sit facta citatio. & hoc vt iura iuribus concordentur. c. cum expediat. de elect. lib. vj. & hoc facit argu. secundum Abb. & alios hic ad duo statuta contraria, vt debeant reduci ad concordiam quod si non possunt reduci, tunc statur vltimæ dispositioni. & vltra dicta hic per doct. Idem tenet Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure & in l. Gallus. §. idem credendum. in fin. ff. de lib. & posth. Si tamen prima dispositio loquatur in casu speciali, tunc sequens, quæ loqueretur generaliter, non corrigeret primam, imò vtraque attendetur gloss. in l. sciendum. ff. qui sat. cog. Abb. Felin. Dec. hic cum similibus & illam gloss. securus est Alex. Ias. & alij in d. l. sciendum. & in aliquibus locis, quos retuli in l. j. C. qui adm. Considerando tunc ¶ diligentius, videtur solum, quod attendi debeat, an ratio legis sit generalis, & procedat etiam in casu illo, in quo specialiter est dispositum, vt tunc non attendatur dispositio specialis. ita est tex. quem ego nouiter ponderavi in l. in fraudem. §. si. ff. de test. militis. per quem con funditur illa regula, quod dispositio generaliter loquens non habet locum in priuilegiatis. quam tenent doctores in l. hac consultissima. C. qui testameta facere poss. sed est intelligenda vt supra dixi. potest tamen responderi ad d. l. in fraudem. quod in illo casu non reperitur specialiter aliquod priuilegiu in milite. & consequenter debet stari generalitati edicti prætoris. licet in aliquibus casibus, milites sint priuilegiati. Aduerte etiam circa dictum Abb. quia videtur posse limitari in casu, quando statutum speciale esset odiosum. quia tunc non debebit saluari per distinctionem, sed potius debebit interpretari esse correctum per subsequens generale, ex quo destructio odij est fauorabilis. l. ij. vbi not. ff. de lib. & post. & in fauorabilibus verba restringenda non sunt, sed amplianda. c. odia. vbi not. de reg. iur. lib. vj. cum similibus. & pro hac conclusione facit, quod not. Aret. in l. cum lege. ff. de testa. vbi tenet, quod in 3 materia quantuncunque odiosa venit quicquid proprie intelligitur ex vi \* verborum. Et consequenter in nostro casu si statutum generale proprie generaliter intelligendo comprehendet etiam casum in quo aliter in specie sit dispositum, videtur quod debeat corrigi tale statutum speciale per generale subsequens, ex quo illud speciale est odiosum, generale non. quo casu non habet locum regula. generari per speciem. de regulis iuris. libro vj. Et circa prædictam illationem vide quæ traduntur in l. fin. per



illum tex. C. de edendo. Secundò not. Abb. & mod. quòd ad † perpetuandam iurisdictionem delegati 4  
 non requiritur quòd citatio perueniat ad notitiam citati, sed est satis quòd emanet à iudice, & hoc probatur  
 ex tex. ibi, proposito citationis edicto, & cum Abbate transeunt communiter alij. Aduertendum  
 tamen est, quòd ista inductio potest euitari. nam citatio habet tres partes. Prima est commissio iudicis  
 nuntio: Secunda est nuntij ad partē iusio. Tertia est nuntij ad iudicem relatio: ita notabiliter declarat  
 Socinus in rubr. C. de in ius vocando. igitur † in nostro textu cùm fiat mentio de citatione, debet 5  
 intelligi de citatione perfecta, & consequenter nō solum de ea quæ peruenit ad partem, sed etiam quan-  
 do facta fuit relatio. Et licet in citatione per edicta non requiratur quòd nuntius alloquatur partem,  
 tamen proposito edicto licet pars nesciuerit, tamen lex in dubio præsumit sciuisse. c. fin. j. qui mar. ac-  
 cus. poss. & ideo idem est tanquā si nuntius personaliter eum monuisset: quia fictio \* æquiparatur veri- 6  
 tati. l. qui ad certum. ff. locati. cum similibus. And. Sic. tenens cōtra Abbatem dicit etiam ipse, quòd iste  
 tex. non probat: quia citatio per edictum non valet. l. j. de iudi. sed respondent Mod. quòd valebat tem-  
 pore huius decretalis, quòd puto verum. Sed hodie citatio \* per edicta non valet nisi in casibus not. in 7  
 d. clem. & tradunt hīc Mod. præsertim quando nescitur quis sit citandus in specie, tunc admittitur ci-  
 tatio per edictum, vt not. Ioannes Andreas in cap. si de elect. lib. vj. pro quo adducit Felin. dictum Ang.  
 in consil. cclxxxvij. vbi dicit, quòd proclama generali nunquam nocet \* quando scitur, vel sciri veri- 8  
 similiter potuit quos speciale negotium tangit, quia tunc illi citandi sunt. Adde quòd non solum cita-  
 tio generalis respectu personarum non valet, sed etiam respectu temporis, puta vt compareat quis qua  
 libet die & hora ad audiendum, &c. ita tenet Bald. in consil. cclxvij. in prima parte. Idem si sit generalis  
 respectu actorum, puta vt compareat ad omnes actus causæ vsque ad definitiuam Bal. in consil. iij.  
 in v. parte Item si sit generalis respectu rerū, puta si sit citatus generaliter de omnibus rebus, & absolu-  
 tus, non præiudicat exceptio rei iudicatæ quia possit condemnari de aliquo speciali crimine. Bald. in  
 consil. ccccxxx. in v. parte. Tertiò not. post Mod. quòd ad hoc, vt † perpetuetur iurisdictione, nego- 9  
 tium principale debet esse quasi cœptum ex quo infert Abb. & alij, quòd per solam subdelegationem  
 non intelligitur cœptum, & consequenter non perpetuatur iurisdictione, licet contrarium in hoc teneat  
 gloss. in c. si sub delegatio. eod. tit. libro vj. nam subdelegare non tangit negotium principale, nec re-  
 spicit iurisdictionem delegatum, sed ordinariam, vt hīc per Abb. cum quo est communis opin. Contra-  
 rium tenuit Ang. in l. & quia. ff. de iur. om. iud. & sic transit cum prædicta gloss. pro qua facit tex. in cap.  
 licet. in verbo, re integra infra eodem. nam quando facta est subdelegatio, non potest dici res esse inte-  
 gra: quia integrum dicitur, cui \* nihil omnino est demptum. l. ij. C. de bonis vac. lib. x. ibi etiam Ang. 10  
 inducitur etiam ille tex. aliter in verbo. Iurisdictione vt cœperit. nam per subdelegationē clarum est  
 quòd vtitur iurisdictione: ergo, &c. nec tex. se restringit plus ad ordinariam, quàm ad delegatā. quin-  
 imò etiam si loqueretur de delegata tantum, tamen adhuc probat ille tex. nam omnino ille tex. loqui-  
 tur de iurisdictione sibi proueniente ex facto delegantis. quamobrem debet intelligi etiam de illa iurisdictione  
 qua vtitur quis in subdelegando ex quo nisi fuisset delegans, eam non haberet quia quic-  
 quid est causa causæ est causa \* causati. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. l. & si amicis. & ibi not. ff. ad l. iul.  
 de adult. & eodem modo potest induci tex. in c. quamuis. infra eodem libro vj. ibi, iurisdictione vsus.  
 ad idem tex. in c. cùm plures. in verbo inchoante. eod. tit. & ad hoc potest induci iste tex. in verbo, nego-  
 tium. quòd est multum generale. & potest verificari etiam in subdelegatione. quo casu iste tex. non  
 solum non probat pro communi, sed potius contrarium. ad idem tex. in d. c. si à subdelegato, ponderan-  
 do verbum in aliquo, quòd verificatur etiam in re minima & consequenter minimum pertinente ad  
 causam. secundum gloss. approbatam in cle. j. in verb. aut earum. de foro competenti Ias. in l. magistra-  
 ribus. ff. de iur. om. iud. Aret. & Ias. in l. Gallus. §. in omnibus. ff. de liberis & posthumis. & tenendo hanc  
 opin. nihil obstat: quia vt dixi, iste tex. non probat sententiam communem. & iura contraria loquun-  
 tur in quacunque iurisdictione quia lex loquens generaliter, generaliter intelligi debet. l. de prærio.  
 ff. de publ. l. j. ff. de aleatoribus. quinimò aduertendum est, quia non videtur, quòd ratio Abbatis sit ve-  
 ra, licet doctores non tangant. Est punctus utilis, vtrum delegatus † papæ subdelegans in eo actu dica- 12  
 tur exercere iurisdictionem ordinariam, an delegatam? Abb. hīc tenet, quòd exercet ordinariam: quia  
 illud facit vigore legis, quæ delegato principis concedit facultatem subdelegandi & sequuntur Mod.  
 puto, quòd malè sentiant. nam ista facultas subdelegandi venit in consequentiam iurisdictionis delega-  
 tæ. vnde debet esse eiusdem naturæ. l. ij. ff. de iurif. omnium iudicum. Item istud euidenter constat,  
 quia nisi esset delegatus, non haberet istam facultatem: ergo, &c. Tertiò quia aliàs sequeretur, quòd iurisdictione  
 delegata pareret iurisdictione ordinariam, & sic effectus contrarios, quòd est contra capitulum,  
 quòd ob gratiam. de regulis iuris. libro vj. Quartò & fortius iurisdictione concessa à lege in vno ar-  
 ticulo non est ordinaria sed delegata, vt firmat Bartol. & doct. in l. more. ff. de iurisdictione omnium iudicum.  
 Mod. in c. cæterum. in notabilibus. infra de iudi. sed in nostro casu sic est, vt dicit Abb. ergo, &c.  
 & hoc fundamentum tollit argumentum, per quòd motus est Abb. ad tenendum istam opinionem, Posi-  
 to ergo ista opinione pro vera, quòd delegatus subdelegas vtatur iurisdictione delegata, corrui opinio  
 Abba. quòd per talem subdelegationem dicitur geri cœpta iurisdictione, & consequenter perpetua-  
 ta. Quare non video, quomodo opin. communis possit teneri, nisi dicas diuinando, quòd iura loquen-  
 tia in hac materia loquuntur in iurisdictione delegata contentiosa, non voluntaria, vt est delegare. l.  
 ij. ff. de

ij. ff. de offic. procons. & leg. c. pastoralis. j. eod. quòd omnino violatium est. Quartò not. quòd appel-  
 lans, \* si postea litigauit coram iudice à quo, videtur renuntiare appellationi. facit tex. in c. sollicitudi-  
 nem. j. de appell. Itam regulam primò intelligit Abb. etiam veram in appellatione interposita, vt lo-  
 quitur iste tex. non interponenda. Sed contra regulam princ. oppono. nam videtur quòd imò non cen-  
 seatur renuntiasse appellationi, ex quo licet persecutio litis sub eo iudice istud videatur inducere, tamē  
 ex quo potuit persequi ad cautelam & conditionaliter casu quo non obtineret in appellatione debet  
 potius ista interpretari, quā quòd quis renuntiaret iuri suo, quòd in dubio nō est verisimile. c. super hoc.  
 de renunt. Bald. in l. fin. C. de dot. promiss. & probatur hoc ex not. in l. non vtique. vbi Raph. Com. ff. de  
 except. & traditur in c. cùm venerabilis. j. de except. Mod. in l. decem. ff. de verb. oblig. nam exceptionē  
 14 obiciens \* non videtur fateri intentionem actoris. Ratio est quia licet ista exceptio necessario inferat  
 ad intentionem, sicut in nostro casu, facit persecutio litis ad renuntiationem appellationis, tamē se-  
 cundum Raph. lex non inducit vt censeatur fateri intentionem agentis, quia non præsumunt eam re-  
 nuntiasse iuri suo, sed excepisse ad cautelā, & sic quòd tacita cōditio esset in dicta exceptione, vt proce-  
 deret quatenus nō posset sustinere alio modo, videlicet, quòd sit opposita casu quo de debito, constaret,  
 aliter non vt etiam tenuit Nic. de Matar. & refert Bald. in l. exceptionem. C. de proba. & Decius in d. c.  
 cùm venerabilis. j. de except. certè idem videretur dicendum in nostro casu. Secundò contra istam re-  
 gulam facit: quia ratio cur censeatur talis prosequens litem renuntiasse appellationi, est quia aliàs esset  
 sibi cōtrarius. Itam rationem probat tex. in d. c. sollicitudinem. in fin. j. de app. Sed ego probo, quòd ista  
 15 ratio non est sufficiens ad hoc reducendum: quia appellatio est quædam species \* defensionis. & se de-  
 fendens potest contrarias exceptiones proponere, & consequenter non debet ex contrarietate contra  
 eam induci talis dispositio. vnde videmus, quòd quis potest appellare & dicere nullam eodem tempore  
 quæ remedia sunt contraria. & hoc tenet Bar. in l. si expresse. ff. de appellat. & si ego multum dubitem  
 de doctrina Bar. ibi per tex. in d. c. sollicitudinem. verum est quòd illa doct. communiter tenetur. Puto  
 ad primum fundamentum posse probabiliter dici, quòd in illo casu magis fauetur excipienti, quia eam  
 opponit ex necessitate causatiua, quam in nostro casu prosequenti litem qui ex voluntate agit. l. si fide-  
 iussor. §. sed & si necessario. ff. qui satisd. cogantur. & sic videtur sustinendam esse hanc regulā, pro qua  
 16 facit tex. not. & singular. in l. ij. C. de filiis familias. lib. x. vbi si † pater appellat à nominatione facta de fi-  
 lio, censeatur cōsensisse, & velle se teneri, si in ea administratione filius deliquerit. ex quo habebat aliud  
 remedium, si nolebat teneri videlicet quòd nō appellaret, sed solum protestaretur nolle se teneri, vt ibi  
 in illo tex. qui est certè mirabilis, vt videatur per appellationem cōsensisse, quamuis appellatio nō  
 inferat necessario eius consensum. quòd not. quia nemo in hac materia allegat illum tex. Secudò facit  
 aliud simile quòd tradunt domini de rota, decisione v. & dominus Alex. in l. quòd iussit. ff. de re iudi. &  
 in consil. lxx. in c. videtur. in iij. vol. vbi dicit, quòd si iudex pronūtiat esse conclusum in causa, admittē  
 do postea partem ad probandum, videtur reuocare dictam interlocutoriam tacitè. Tertiò facit tex. in  
 c. an sit deferendum. & in c. cùm teneamur. j. de appell. vbi tacitè videtur renuntiare appellationi ille  
 qui post appellationem interpositam spoliavit aduersarium: & ita tenet Mathesyll. in singulari in-  
 cip. nota, quòd actor. Quartò tacitè videtur renuntiare appellationi ille, qui infra tres dies non petit  
 apostolos. c. ab eo. in princ. de appell. libr. vj. & alios casus tradit Mathesy. in notab. suo. Quintò facit  
 quòd singulariter notat Aretin. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. possess. clarum est, quòd in  
 possessorio recuperandæ non potest reus opponere exceptionē dominij, pone quòd opposuit & actor  
 nihil replicauit, & iudex ad vltiora processit. dicit Aret. quòd actor non opponendo videtur tacitè re-  
 nuntiasse illi replicationi & iudex procedendo videtur tacitè pronuntiasse contra eum. l. j. C. de ordi.  
 cogni. Et hanc opin. tenuit Garfias Hispanus in c. j. j. de restit. spoliat. Sextò facit quòd not. Bart. in l. à  
 procedente. C. de dilat. Angel. in l. decem. ff. de verborum obligat. Paul. de Castr. in l. fin. ff. si certum pe-  
 tatur. vbi si opponatur exceptio super qua iudex cognoscat, & ea non obstante procedat vltiùs, vide-  
 tur tacitè pronuntiasse contra reum. & si actor non opponat replicationem, videtur tacitè illi renun-  
 tiare, vt ibi per eos & per Pet. Paul. de Castr. in l. si autem. §. fin. ff. de neg. gest. & adde quòd not. Salic.  
 17 in l. ad diem. §. fin. ff. de compenf. vbi si sententia in principali lata \* infert necessariam definitionem  
 in incidenti producto præiudicat, aliàs non & consequenter in casu nostro f. talis processus infert ne-  
 cessario appellationis renuntiationem procederet iste tex. aliàs non. & hoc etiam tenet Decius hīc li-  
 cet tex. in dicta l. ij. C. de filiis fam. aqualiter faciat in contrarium. Amplia istam regulam istius tex. vt  
 18 procedat non solum si \* appellans procedit coram eodem iudice à quo, sed etiam si procederet coram  
 alio ad quem non fuit appellatum. ita loquitur text. in cap. sollicitudinem, vbi Abbas in penult. not. de  
 appell. Secundò amplia, vt procedat nedum si appellans faciat plures actus, sed etiam si vnum tantum.  
 ita Abb. hīc. & sequuntur cæteri. & facit text. in l. ad solutionem. C. de re iudicata. In contrarium facit  
 iste text. qui videtur requirere tres actus. & loquitur conditionaliter: & conditiones legis important  
 necessitatem formalem secundum Baldum in authentica matri & auia. C. quando mulier tut. offic.  
 Potest respondere, quòd argumentum ex ista conditione legis non est necessarium, vt probatur in l.  
 à diuo Pio. in §. in venditione. ff. de re iudic. vbi tex. ponit ordinem executionis, loquendo conditiona-  
 liter, & tamen illa conditio non inducit formam: quia ille ordo non est necessarius, vt tenet ibi Bartol.  
 & sequuntur doctores. Credo in hoc casu, quòd sit satis de vno actu, sed requiratur in eo aliquis per-  
 Tom. 5. A a a iij seuerantia:

feuerantia: quia tacita renuntiatio solet induci ex perseuerantia. l. filiusfam. §. veterani. ff. de procurat. Tertio amplia secundum textum in dicta l. ij. C. de filiusfam. libro x. vt procedat etiam si non omnino talis persecutio litis necessario inferret ad renuntiationem appellationis, nam ibi pater qui appellaue rat, simpliciter intelligitur consentire, licet non inferatur necessario consensus ex quo potuit appellare nomine filij, quo casu non intelligitur consentire secundum gloss. in l. spurij. §. pater. in vna solutione. ff. de decurionibus. est verum quod in hoc contrarium tenet Decius hic & Salic. in dicta l. ad diem. non aduertentes ad illum tex. illis incognitum. Limita tunc istam regulam primo, vt non procedat, 19 quando quis litigat coram iudice ante terminum x. dierum quoniam habet ad appellandum. nam per hoc non censetur renuntiasse appellationi, imò poterit appellare. ita Inn. in d. c. sollicitudinem. Abbas hic & alij communiter sequuntur. Mod. hic tenent contrarium per duo fundamenta. Primo quia ratio huius regulæ est, quod quis censetur renuntiare appellationi, ne aliàs sit contrarius dicto cap. sollicitudinem. sed ista ratio contrarietatis potest habere locum etiam ante appellationem interpositam, quia procedendo coram tali iudice videtur in eum consentire. cap. in sinuare. infra eodem. deinde appellando facit contrarium ergo, &c. Sed ad istud fundamentum respondendum est, quod falsum est, quod talis processus arguat consensum in iudicem, quia (vt s. tenui) requiritur ad præsumendum talē consensum perseuerantia. d. §. veterani. in nostro autem casu ob breuitatem termini non videtur posse dari talis perseuerantia. & posito quod talis processus argueret consensum, tamen ex quo iste habet facultatem à lege, vt post terminum possit appellare, non debet ista facultas tolli per tacitum consensum præcedentem: quia expressum præualeat tacito. l. ex facto. ff. de vulg. & pup. & si dicas attenda ista responsione, neque processus factus post appellationem tolleret appellationem ex quo appellatio est expressa, renuntiatio facta per processum est tacita, respondeo quod validior est ista renuntiatio tacita facta post appellationem quàm ea quæ fit ante appellationem. Et hoc tribus rationibus. Prima est, quia sequentia magis tendunt ad correctionem præcedentium, quam præcedentia ad correctionem sequentium. l. pacta nouissima. C. de pactis. & ibi Ias. Secunda ratio est, quam tangit Abbas hic, quia terminus ille x. dierum est datus a pellationem prosequi volenti ad deliberandum. & propterea debet posse deliberare etiam vsque ad vltimum momentum termini. & hoc nisi expresse renuntiet hæc ratio cessat in alio casu. Tertia ratio est, quia facilius renuntiat iuri \* in esse deducto, quam iuri in esse deducendo. ff. de legat. ij. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. l. prima. vbi gloss. C. de pactis. & ex his rationibus tollitur secundum fundamentum Mod. de regula. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. intelligit tamen d. Abb. hic istam limitationem procedere, quando ille qui litigat ante appellationem, litigat ex præcepto iudicis, secus si ipse sponte ageret, & peteret terminum ad producendum. & ita tenetur communiter per textum in l. ad solutionem. C. de re iudicata est verum quod Innocent. in cap. quod ad consulationem. de re iudicata. & dominus Antonius de Butr. hic tenent quod textum in dicta l. ad solutionem. non procedit quando esset petita dilatio ante appellationem interpositam & sequitur Ioannes de Imola in l. ij. §. si quis condemnatus. ff. de re iudicata. sed in contrarium est communis opinio quam etiam tenet Alexand. in dicto §. si quis condemnatus. vt ibi per eum. Et ratio huius declarationis quam ponit Abbas est quia qui sponte agit habet efficaciorē voluntatem, quàm qui prouocatus est vt notat dominus Antonius de Butr. in cap. veniens. de filiis presbyterorum. faciunt notata per scrib. hic. in quarta limitatione & text. in l. Iulianus. in princ. ff. de action. empti. & ex his tollitur etiam opinio Mod. tenentium contra Abbatem etiam in hoc puncto. & facit quia quando potest capi alia præsumptio quam renuntiationis, tunc debet capi quælibet alia. cap. super hoc. de renuntiat. Bald. in l. fin. C. de dot. prom. sed in prædicto casu potest capi alia præsumptio videlicet, quod voluerit parere iudici. ergo, &c. Secundo limitatur t prædicta regula nisi actus qui geritur coram iudice à 21 quo tendat ad confirmationem appellationis per gloss. in cap. si à iudice. de appell. libro vj. Abbas hic & in aliis locis, vt hic per Mod. Et istam opinionem indistinctè tenent Mod. Perus. in dicto cap. si à iudice. & in dicto cap. sollicitudinem. & in c. cum teneamur. per illum textum de appellationibus. sed Dominicus de sancto Geminiano in dicto cap. si à iudice. tenet contrarium: quia veritas grauaminis probari debet coram iudice ad quem, ideo si fiat coram iudice à quo, videtur renuntiatum appellationi, & ita tenent Felinus & Decius hic. saluando glossam in dicto capitulo si à iudice. in vno casu videlicet, quando non per viam iurisdictionis sed per viam simplicis informationis quæreret pars reuocari grauamen à iudice à quo & in hoc puncto satis clara sunt dicta doctorum. Sed punctus est in alio, quando procederet per viam iurisdictionis. Ego teneo opinionem glo. Abb. & Perusinorum, quæ est cõmunior & licet dicto cap. cum teneamur. adductum per Perus. parum faciat pro cõmuni, vt hic per Mod. videtur quod sint aliæ rationes vrgentes & primo est doctrine Bartoli in l. si expressim. ff. de appell. vbi potest appellans prosequi appellationem & nullitatem, licet videantur contrariè deducendo, vt s. dixi in prin. Secundo est regula, quod actus agentium nõ debent \* operari contrarios effectus. l. non omnis. ff. si cer. pet. nam iste qui appellat, hoc facit, vt remoueatur grauamen, & qui sub iudice à quo prosequitur litem, vt remoueatur grauamen, tendit ad eundem effectum. effectus itaque non sunt contrarij, & propterea non respectu effectus non potest habere locum hæc regula quæ fundatur in contrarietate: nec via videtur cõtraria, quia potest intelligi quod iste prosequens litem vt remoueatur grauamen per iudicem à quo prosequatur conditionaliter. i. vt casu quo non sustineat, tendat ad appellationem prout

prout in simili dicit Raphaël in l. non vtique. de except. Decius in c. cum venerabilis. §. eod. tit. de exception. & retuli supra. Tertio facit, quod iste nõ censetur renuntiasse appellationi. nam in renuntiatione requiritur consensus & voluntas. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de lega. ij. Sed in nostro casu non est consensus expressus, non vt in se patet. nec tacitus, quia cum iste velit reuocari omni modo grauamen, non est verisimile quod velit renuntiare remedio per quod sua voluntas adimpletur, quia in dispositionibus hominum debet intelligi, vt ipsi sua iudicia non dirimant. l. conficiuntur. de iure codi. Quarto facit, quia iudex potuit illud grauamen reuocare de per se ex officio suo absque vlla citatione ipsius, vt tenet Bartolus, Imo. Alexander & alij in l. quod iussit. ff. de re iudica. vnde cum persona illius non esset necessaria si interueniat, non debet illi nocere per regulam l. vnica. in prin. C. de rei vxor. action. tradunt Modern. in l. vinum. in fin. ff. si certum petatur. in l. j. ff. de edendo. & hoc tenendo respondetur ad fundamentum Gem. & Mod. dum dicunt veritas grauaminis probari debet coram iudice ad quem. ideo si probetur coram iudice à quo, videtur renuntiatum appellationi. nego consequentiam, quia mens appellantis est ex quo tendit ad vnum effectum tantum retinere omnia commoda ad illum effectum. l. si mater. C. de institut. & substitution. & solum renuntiasse appellationi casu quo reuocetur 23 grauamen per iudicem à quo, vt dixi per supradictas rationes. Tertio limitatur t prædicta conclusio, quando actus factus per appellantem coram iudice à quo per partem reprobatus fuit: quia tunc non potest se fundare aduersarius in eo quod impugnat. cap. ex eo. de regulis iur. libr. vj. & ita tenet Abbas hic & gloss. Abbas & alij in c. cum venissent. de eo qui mittit. in possess. rei seruandæ causa. cum similibus. & hæc conclusio tenetur per omnes. Aduertendum est, quia per istam prosecutionem litis si iste censetur renuntiasse, clarum est, quod statim per renuntiationem tollitur appellatio. nec est verum quod pars non possit istud opponere: quia pars solum impugnavit iura eius, dicens eum non habere ius & contendendo super hoc non autem impugnavit, quia non posset procedere. & quod illud quod impugnavit pars, non faciat ad appellationem patet: quia quis per productionem testium, & 24 per persecutionem litis etiã si iniuste agat censetur renuntiare appellationi text. est hic t generaliter intellectus & in d. c. cum venissent. vnde si etiam quando iniuste procedit, renuntiatum appellationi, pars contraria quæ istud dixit, non fundat se ex eo quod impugnavit, sed ex eo quod ipsa confessa est, scilicet iniuste eum procedere. qui processus iniustus etiam tollit appellationem vt dixi. & sic videtur quod contraria opinio contra omnes sit de iure verior. Aduertendum etiam est: quia etiam posito quod communis opinio sit vera, & sic quod pars non possit opponere esse renuntiatum appellationi. istud non est ex defectu iuris, sed ex defectu personarum. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tute. vnde iudex debet ex officio suo, licet pars non opponat repellere appellantem tanquam agentem sine actione ex quo renuntiauit appellationi. facit quod not. Innocent. in c. j. de officio vicar. & Paulus Castrenf. & alij in l. vbi pactum. C. de transa. & mag. in proposito quod not. Bart. in l. post legatum. ff. de his quib. vt indignis. vbi tenet, quod si quis impugnavit instrumentum, licet non possit ex eo se iuuare, tamen iudex ex officio suo potest admittere talem probationem, si ex aliis exceptionibus compertum habet eum habere ius. allegat nota. per Innocent. in c. cum olim. j. de testibus. & ita teneo. & circa dictam regulam ex eo vide Felin. in cap. capitulum. supra de rescriptis. & Aretinus in cap. at si clerici. de iudiciis. 25 Quarta limitatio t traditur per doctores, vt regula procedat in agendo, secus in eo qui acquiescit iudici à quo, per patientiam. Innocentius in cap. cum olim. de restitutio. spoliato. Felinus, Decius hic. & ratio est, quia magis exprimitur consensus per agere, quàm per pati. glossa in cap. cum accessissent. in verbo, contrauenit. supra de constitut. & ibi plura Felinus in cap. cum omnes. & hanc limitationem etiam tenet in cap. cum M. in fin. de constitutionib. contra istam limitationem adducit Roch. text. in cap. ab eo. in princip. de appellationibus. libro sexto. vbi ille qui non petit apostolos à iudice appellationis, censetur renuntiare appellationi, & tamen illud petere est pati. Rochus hic conatur soluere, sed nihil est quod dicit. Tu responde istam limitationem debere intelligi in tali patientia, quæ non inducat præscriptionem, quia patientia ex lapsu temporis per negligentiam etiam plus operatur, quàm expressus consensus probatur ex not. per Bartolum in l. is, qui hæres. §. neque filij. ff. de acquiren. hæredit. & in l. j. C. qui admitti. & vtrobique Modern. late tangunt. & 26 dixi in dicta l. j. Aliam limitationem ponit Decius quam reprobat, & rectè. Quinta t limitatio est, quando iudex à quo gerit vices iudicis ad quem: quia si coram eo procedatur non censetur renuntiatum appellationi. Innocent. in c. cum venissent. de eo qui mitt. in possess. Felinus hic. Contra istam limitationem facit, quia non videtur quod quis fuit iudex in causa principali, possit esse iudex \* in causa appellationis. gloss. in l. eos. in princip. in verbo, prouocatum. C. de appellat. respondet Rochus quod illa glossa debet intelligi inuita parte, sed hic volente sic. quæ solutio est inepta: quia iudicium redditur in inuitum. l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verbor. obligationib. & est absurdum cogitare casum, quando partes consentiant. quare dic, quod imò valet processus etiam si idem sit iudex principalis & appellationis, vt est glossa notab. in l. filius. in glossa fina. ff. de inoffic. testamen. & ibi scrib. & tradit Baldus in consilio cxcij. proponitur. in secundo volumine. est verum, quod talis iudex rectè faciet vel assumere socium in casibus, in quibus possit vel delegare vicario, vt ibi per eum. Alias limitationes vide per Felinum hic, qui refert quinque alias, vt hic per eum. 1



- 1 *Delegati non maiores ordinariis, nisi ob iurisdictionem.* 14 *Cap. Cum Bertold. de re iud. sensu.*
- 2 *Magistratum genera.* 16 *Inssionum sacrarum firma.*
- 5 *Iudicis ordinarij explicita definitio.* 23 *Vicariorum genera, & potestas, & iur. & 25.*
- 6 *Delegatorum nomina, genera & potestatem. 8. 13. 15. 17.* 26 *Arbitrorum genera, & potestas.*
- 19. 20. 21. 22. 27 *Executores varie accipi.*
- 12 *Proconsulis à legatis discrimen.*



**N**O T A ex ista rubrica, quod legatus Pape dignior est ceteris ordinariis, quod probatur, argumentando à situatione titularum: quod argumentum valet, vt per Bart. in rubr. ff. de eo per quem facta est. & in l. ij. ff. de confirm. tutor. Nam illi, de quibus prius tractatur, censeantur digniores. l. j. & ij. ff. de albo scrib. quod tamen intellige, vt j. dicam. Sed nunquid idem est in delegato principis, vt dicatur dignior ordinario? Alexand. & Moder. in rub. de offic. eius cui & c. dicunt quod sic, per text. in c. studuisti. s. tit. j. & in c. fanè. & c. pastoralis. s. tit. ij. & facit, quod not. Abb. in c. cum contingat. s. de rescript. Per quæ iura post multa argumenta, in effectu concludit Alexan. quod delegatus principis est dignior, & maior ordinario, sed iurisdictione ordinaria est firmior. quod intelligunt Modern. in rubr. s. tit. ij. quod delegatus sit maior nedum respectu causæ sibi commissæ, sed etiam absolute & generaliter loquendo. Sed aduertendum est, quia ista conclusio ita simpliciter intellecta, non est vera. Et quod delegatus non sit maior, probatur, quia sicut ipse repræsentat principem, ita etiam ordinarij repræsentant, & dicuntur gerere vices principis, vt est text. in auth. de appell. & intra quæ temp. s. illud etiam. vers. simili. ibi, vice sacri cognitotis. & in l. j. in fin. C. de offic. vica. Bene facit quod not. Iac. de Belui. in auth. vt defuncti, seu funera. s. fin. per illum text. vbi probatur quod ordinarij dicuntur habere iurisdictionem nedum à lege, sed etiam à principe. Quod autem non sit dignior, probatur alia ratione. Nam magistratus ordinarij, alij sunt superillustres, alij illustres, alij spectabiles, & alij clarissimi: qui sunt gradus dignitatum, vt est glo. in s. cumque hoc. in procem. Instit. & not. in l. j. ff. de officio eius cui & c. Et isti æquiparantur etiam ordinarij de iure Cano. c. ij. de off. leg. lib. vj. Sed delegati non comprehenduntur in aliquo istorum graduum, iure suæ delegationis, ergo non dicuntur habere aliquam dignitatem iure suæ delegationis, & consequenter non possunt dici digniores ordinariis. facit c. statutum. s. de rescript. in vj. Et propterea concludendo videtur distinguendum, quod aut loquimur quo ad personas ipsorum, & tunc ordinarij dicuntur digniores, & maiores: aut loquimur de iurisdictione ipsorum, & in isto casu saluatur communis opinio, qui iurisdictione delegati est maior & dignior ordinaria. Et est ratio, quia delegatus \* proprium nihil habet, sed delegantis iurisdictione vtitur. l. j. s. fin. ff. de offic. eius cui & c. Vnde iurisdictione delegati à principe, tanquã pars iurisdictionis principalis, est dignior & maior qualibet alia iurisdictione ordinaria, & etiam est potentior, ex quo est magis specialis: & generi in speciem derogatur, d. c. studuisti. Hinc consequenter infertur, quod talis iurisdictione est etiam dignior iurisdictione quam habet legatus, qui habet ordinariam. d. c. ij. de off. leg. in vj. Vnde meritò Romanus Pont. primò fecit rubricam de officio delegati, qui cum vtatur iurisdictione ipsius Pontificis, habet iurisdictionem dignissimam, & fortio rem quibuscumq; aliis. Deinde posuit rubricam de officio legati, qui habet iurisdictionem digniorẽ quibuslibet ordinariis. Deinde dixit de iurisdictione ordinariorũ: & sic gradatim profecutus est, habito respectu ad iurisdictionem, non ad personas. Istud etiam suadet ex verbis rubricæ, dum dicitur, de off. ordinarij, non autem de ordinario: nam officium \* capitur pro ipsa iurisdictione, seu pro eius exercitio, vt per Bart. & Doct. in l. j. ff. de iurisd. om. iudi. de quo etiam per Doct. in rub. s. tit. ij. Pro declaratione rubricæ videndum est, qui sint iudices ordinarij, & qui sint delegati. Et ordinarij sic possunt definiri, vt dicamus esse iudices, qui propriam iurisdictionem habent, à lege sibi delatam, circa vniuersitatem aliquorum negotiorum. Et ista definitio colligitur ex not. per Bart. & Doct. in l. more. ff. de iurisd. om. iud. Et quod in ea dicitur, à lege: intellige idem in æquipollentibus, vt est princeps, consuetudo, populus, vniuersitas, vt declarat ibi Bart. Et quod dicitur, circa vniuersitatem causarũ & negotiorum: intellige istud etiam de vna specie causarum tantũ: putà, si statutum constituat particularem iudicem in certis causis, putà de causis fideicommissorũ. arg. Inst. de fideic. hæred. in prin. vers. quod quia iustum. & facit tex. in c. j. s. de off. archid. Delegatus autem iudex ita definitur: est iudex cui causa committitur ab alio habente potestatem delegandi, vices illius gerens, nihil proprium habens, quam definitionem declara & profequere vt per Alex. in rub. ff. de offic. eius cui & c. & Canonist. in rub. s. tit. ij. Isti autem iudices delegati t̄ alio nomine dicuntur etiam pedanei, vt in tit. C. de peda. iudi. & etiam dicuntur iudices dacti. c. fin. s. tit. ij. & l. à iudice. C. de iud. & etiam dicuntur iudices quibus mandata est iurisdictione, vt in rub. ff. de offic. eius cui & c. cum simil. & ita communiter tenetur. Sed ista opinio non videtur vera. Moueor, quia magna est differentia, an alicui mandata sit iurisdictione, an verò sit simpliciter datus, seu delegatus iudex. Istud probatur sic. Iudex \* non potest aliũ subdelegare. c. cum causam. in fi. j. de appella. not. in c. is cui. de offic. deleg. in vj. & d. l. à iudice. & tamen iudex cui mandata est iurisdictione, potest subdelegare

text. est in l. cum prætor. s. is quoque. ff. de iudi. Nec obft. quod ibi textus exemplificat in legato proconsulis, quia exempla non restringunt regulam. l. j. s. quod vulgò. ff. de vi & vi arma. Secundò probatur, quia à iudice delegato appellatur ad delegantem. l. j. in princip. ff. quis & à quo appell. & tamen à iudice cui mandata est iurisdictione appellatur ad eum, ad quem appellaretur ab iplo mandante. d. l. j. s. j. Et intelligere illum textum de eo delegato, seu vicario, qui sedet in eodem tribunali, est mera diuiniatio, quicquid dixerit ibi Bart. & propterea adhærendo verbis Iurisconsultorum, puto esse distinguendos istos iudices, vt j. dicam. Et primò sunt t̄ iudices quibus mandata est iurisdictione, & hi dicuntur illi, quibus ordinarij mandauit iurisdictionem suam circa vniuersitatem causarum, secundum gloss. in l. j. s. qui mandatum. ff. de offic. eius cui & c. Et tales possunt etiam dici delegati ad vniuersitatem causarum. Mandata etiam iurisdictione \* dicitur, quando est mandata ab ordinario ad vnam causam tantum. l. solent. & l. seq. ff. de iurisd. om. iud. & hoc casu ordinarij nihil dicitur apud se retinuisse de iurisdictione circa causam quæ delegata est: vnde talis delegatus in totum censetur subrogatus ipsi ordinario, & consequenter ab eo idem prouocatur, quod prouocaretur ab ordinario, à quo iurisdictione est mandata. d. l. j. s. j. ff. quis & à quo. & ita ibi tenet Albe. Gloss. quam sequitur Com. Imol. Ioan. de Anà. in repet. Angel. & Alex. Arret. ac Socin. idem tenet Fulgosi in l. solent. ff. de iurisd. om. iudic. Andr. Sicul. c. super quæstionum. s. porrò. s. tit. ij. Et talis \* delegatus licet non possit iurisdictionem suam mandare. l. fi. ff. de offic. eius cui & c. tamen potest dare iudicem, vt est text. in d. l. cum prætor. s. j. & ibi Mod. solent repetere istud tutius. & idem firmat Lancel. Decius in d. l. fin. Et legati proconsulum habent talem iurisdictionem, vnde frequenter Iurisconsultus arguit de istis legatis, ad eos quibus mandata est iurisdictione ab alijs ordinariis, vt per Bart. in d. l. j. s. qui inuolutum. in l. j. ff. de suspect. tut. & in l. cognitio. de officio eius cui & c. Et pro hoc etiam facit l. nec quicquam. s. fina. ff. de offic. proconsul. quicquid dixerint aliqui Modern. in l. more. ff. de iurisd. om. iud. qui conantur respondere ad ista iura, & male. Et propterea è legatus \* proconsulis potest dare iudicem. d. l. cum prætor. & l. legatus. ff. de offic. proconsul. secundum literam Pisanam, quæ stat affirmatiuè, vt dicit Ang. Politianus in suis Miscellaneis. Est t̄ tamen alia differentia inter legatum proconsulis, & cæros: quia proconsuli non licet inconsulto principe remouere legatum. l. solent. s. j. ff. de officio. proconsul. quod non est in cæteris ordinariis, qui iurisdictionem mandauerunt. l. iudicium soluitur. ff. de iudic. Et ex hoc sequitur, quod isti legati, quando est eis mandata iurisdictione, dicuntur habere propriam iurisdictionem. l. legati. ff. de offic. proconsul. quod non est in alijs. d. l. j. qui mandatum. Illud enim dicitur proprium, quod est perpetuum & mansurum, vt not. gl. in d. l. iuxta illud Vergilianum, Da propriam Tymbræ domum. & in sexto Aeneid. Propria & si dona fuissent. & vtrobique ita Seruius exponit. vnde cum iurisdictione non possit auferri à legatis nisi inconsulto principe, dicitur perpetua. l. iuris peritos. ff. de excus. tuto. c. si gratiose. s. de rescript. in vj. facit l. sufficit. de cond. indeb. & quæ notantur in l. apud Iulianum. s. final. ff. de leg. j. Alia etiam est differentia, quia necessariò proconsul debet habere legatos. l. obseruare. s. penult. ff. de offic. proconsul. quod non est in alijs. Et in istos iudices, quibus mandata est iurisdictione, credo quod transiit mixtum imperium, vt probatur in d. l. cognitio. & dicam in c. quod sedem. s. eod. Secundò sunt iudices t̄ dati, qui dicuntur delegati ad causæ cognitionem tantum, vel etiam ad definitionem: & quando ordinarij dat talem iudicem, non censetur à se abdicare aliquam iurisdictionem, sed simpliciter mandare nisi illam speciem suæ iurisdictionis, sine qua actus commodè explicari non potest: vnde talis iudex solum dicitur fungi munere iudiciario. d. l. à iudice. & alibi dicitur tantum habere iudicandi facultatem. l. fin. C. vbi & apud quem in integ. & c. vnde talis non potest alium iudicem dare. d. l. à iudice. & ab eo appellatur ad delegantem. d. l. j. in prin. ff. quis & à quo. l. Imperatores. ff. de appell. & talis non posset exequi sententiam suam, sed is, qui eum dedit, exequitur. l. à diuo Pio. in princip. de re iudic. Quod non est in eo, cui sit mandata iurisdictione: quia talis habet executionem. arg. d. l. cognitio. & facit gl. in c. si quis contra clericum. in gl. penult. s. de for. comp. & quod not. in c. pastoralis. s. quia verò. s. tit. ij. Idem si duo dati iudices diuersas ferant sententias, stant in pendenti donec is qui eos dedit, alteram confirmet. l. duo iudices. ff. de re iudi. & istam differentiam inter istos iudices tradunt præfati Doct. in d. l. j. ff. quis & à quo. & puto quod sit verissima, licet Mod. in locis ordinariis non faciant aliquam mentionem de hoc; sed ista simul confundant. & ex istis resultat vera declaratio t̄ ad text. in c. cum Bertoldus. s. de re iudic. vbi est text. quod delegati à legato sedis apostolicæ, possunt subdelegare. Nam ille tex. debet intelligi, quando legatus mandauit dictis delegatis iurisdictionem suam quoad illam causam. Et hoc modo tollitur magna difficultas, in qua ibi Abb. plurimum laborauit, & tandem refidet, quod sit speciale in delegatis legatorum, sicut est in legato proconsulis. d. l. legatus. secundum eum. quæ opinio nõ est vera, ex quo, quantum sit ad hoc, nulla specialitas est in legato proconsul. vt supra ostendi. Tertiò sunt alij iudices, qui dicuntur t̄ ex sacra iussione, vel sacra forma delegati: nam hi sunt dati à magistratibus ordinariis, accedente iussu principis. Pone, aliqui litigabant sub iudice ordinario, & actor vel reus (fortè quia cupiebat causam citius expediri, vel inuitus litigabat sub ordinario) supplicauit principi vt mandaret iudici ordinario, quod causam alicui committeret, qui forsan procederet summarie, vel alio modo, & princeps per rescriptum hoc concludebat: talis delegatus dicebatur iudex datus ex sacra forma, & licebat indistinctè de hoc supplicare principi ante litem contest. vt est tex. in auth. de litig. s. omnem. vers. si verò apud iudicem. ibi gloss. in verbo, competentem. in authent. de litig. & est text. in auth. in medio litis non fieri

sacras



facras † iusiones. & tales iusiones non valent, nisi subscriptæ sint à Quæstore, & contineant, inter 16  
 quos, & ad quem iudicem, & per quam fuerint directæ personam, vt est text. in auth. vt diui. iusio. Et de  
 istis iudicibus loquitur etiam text. in §. si verò. & in auth. de exhiben. reis. & hunc intellectum ad illum  
 text. tenet Comen. Puteus, & Alexand. in l. a diuo Pio. in prin. ff. de re iud. vbi etiam Moder. sequuntur.  
 Idem tenet Alexand. & Riminald. in l. ij. ff. de iurisd. om. iud. Et de his iudicibus etiam intelligitur tex.  
 in l. si quis & à quo. & in l. j. §. si quis in appellatione. ff. de appella. vbi probatur, quòd à talibus appel-  
 latur ad iudices qui eos dederunt, non autem ad principem. & ille textus fortiter vrget. faciunt not. in  
 c. licet in corrigendis. j. cod. de quo dic, vt dixi in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. Quartò sunt  
 delegati † principis, de quibus loquitur rubr. §. tit. ij. qui ad petitionem patrium, constituuntur iudices 17  
 in causis: & ex quo derogabant iurisdictioni ordinariæ, eorum commissiões sunt strictè interpretan-  
 dæ, vt est gloss. in c. j. de rescript. in vj. & in c. P. & G. supra tit. ij. & per Moder. in c. si quando. in fi. eod. tit.  
 Vnde si fumus in casu, in quo nullum resultat præiudicium ordinariæ iurisdictioni, tunc fiet lata inter-  
 pretatio, vt dicunt Modern. in c. prudentiam. §. ad iudicimus. per illum text. supra tit. ij. Et inter istos dele-  
 gatos & ordinarios, respectu iurisdictionis, sunt multæ differentiæ, quæ enumerantur per Alexand.  
 & Moder. in rubr. ff. de offic. eius cui &c. Et tales delegati mortuo principe, re integra, non possunt am-  
 plius cognoscere, \* & expirat eorum iurisdictione, vt habetur in c. gratum. & in c. relatum. §. tit. ij. & in l. 18  
 more. ff. de iurisd. om. iud. Quod tamen videtur limitandum, non tanquam à Pontifice, vel Impe-  
 ratore, sed tanquam à sede apostolica, vel ab imperiali fortuna seu iudiciali culmine, de quibus legitur  
 text. in l. fina. in princip. C. de iudiciis. Nam ex quo imperialis fortuna nunquam moritur, sed semper  
 est, vt dicit Baldus in extrauag. de pace Constan. in verbo, concessimus. §. quia igitur. in authent. quo-  
 modo oportet episcopos. & quod not. Innocen. in c. licet. j. de foro competen. meritò per principis mor-  
 tem, non debet eorum iurisdictione extingui. & pro hoc facit textus in c. si gratiose. j. de rescrip. lib. vj. qui  
 text. licet loquatur in gratia, tamen videtur idem in delegatione. Ad idem facit textus in c. quoniam  
 Abbas. §. tit. ij. & quod notant Doctores in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. & pupilla. & ita videtur  
 sensisse Bartolus in l. j. ff. de iurisd. om. iud. Et sub ista specie iudicum † continentur conseruatores, 19  
 qui sunt delegati à pontifice, vt à manifestis iniuriis aliquem conseruent, nec in aliis possunt se intro-  
 mittere. c. j. de offic. delegat. libro vj. Et licet Baldus in rubr. §. tit. ij. dicat quòd isti conseruatores ha-  
 bent se ad delegatos tanquam excedentia & excessa, tamè puto quòd propriè sint delegati: quia quam-  
 uis in aliquibus ab aliis differant, vt declarat glossa in c. fin. eod. tit. libro vj. tamen illæ differentiæ non  
 respiciunt substantiam iurisdictionis, vnde non faciunt ea differre specie. gloss. in l. pacta conuenta.  
 ff. de contrahen. empr. Et † idem etiam dicendum est de inquisitoribus hæreticæ prauitatis, qui sunt 20  
 delegati, vt probatur in c. ne clerici. in fin. per locum à speciali. infra, de hæret. in vj. & firmat Ioan. An-  
 dreas in c. per hoc. eod. tit. & lib. & Abb. in c. fina. j. de re iudic. vbi dicit eos esse delegatos ad vniuersi-  
 tatem caufarum. Sed pulchrum † dubium est, quid in Auditorib. curiæ? & gloss. in Clemen. auditor. 21  
 de rescript. dicit quòd habent ordinariam in cognoscendo, sed delegatam iurisdictionem in pronun-  
 ciando. Et propterea infert Gemin. & sequuntur Modern. in cap. j. de resp. in vj. quòd excommunica-  
 tus poterit impetrare rescriptum ad aliquem ex eis ex quo per huiusmodi rescriptum non dicitur cau-  
 sa committi, cum sint ordinarij, sed solum distribuit, & rescriptum tenet: licet talis Auditor non pos-  
 sit venire ad diffinitiuam vigore talis rescripti. d. cap. j. Sed Baldus in l. præcipimus. in princip. C. de ap-  
 pellatione. & l. finali, per illum textum. C. vbi Senatores vel clarissimi ciuilitè vel criminaliter conue-  
 niantur, tenet quòd imò tales Auditores in totum sunt ordinarij: & dicit quòd istam quæstionem ha-  
 buit tempore Cardinalis Sabinensis, qui cum haberet duos Auditores, ne indistinctè procederent,  
 ordinauit quòd nemo illorum procederet sine sua speciali commissione: sed tamen erant ordinarij,  
 quia istud fuit causas distribuere, non delegare. Contrariam opinionem, quòd imò sint in totum de-  
 legati, tenet Anton. de But. & sequuntur cæteri in d. Clemen. auditor. Mouentur, quia cum specialis  
 fuit commissio illis certæ causæ, debent dici delegati, per not. per Bartolum in d. l. more. & traditur in  
 Clemen. si principalis. de rescriptis. Ista opinio mihi placet, non obstante ratione Baldi: quia eius fun-  
 damentum procederet, si probaretur quòd antè talem commissiõnem haberent vniuersalem iurisdic-  
 tionem saltem in genere: nam tunc illa commissio bene distribueret causas. Nec obstat glo. in d. Cle-  
 ment. auditor. quia procedit de stylo curiæ, non de iure, vt dicit ibi Imol. & sequuntur alij. Et istud tan-  
 tò magis procedit in Auditoribus Cardinalium. Nam isti æquiparentur legatis pronconsulum. argu-  
 text. in c. ij. de offic. lega. in vj. & firmat Abb. in d. c. cum Bertoldus. per illum tex Bald. in l. à iudice. C. de  
 iudiciis. Moder. Perusi. in c. cum causam. in viij. quæstione. j. de appell. Felin. in c. super quæstionum. §. si  
 verò. §. titulo ij. & tamen in eis non fit distributio caufarum, sed habent tantum iurisdictionem man-  
 datam. d. §. qui mandatam. Si verò esset aliquis Auditor constitutus à principe, ad vniuersitatem cau-  
 farum, puta in causis appellationum, talis habebit ordinariam, vt dicit Bartolus in d. l. præcipimus.  
 Et ita intelligendi sunt Doctores ibi. Quid autem sit de Auditore Cameræ, & Auditore contradicta-  
 rum, ponunt omnes in d. Clemen. auditor. vbi cõcludunt quòd habent ordinariã. Dic vt per eos. Quin-  
 tò † sunt Vicarij: quæ dictio est generalis, & potest compræhendere quemlibet, qui vicem alterius gerit. 22  
 l. vicarius. ff. de legationibus. vnde dicitur etiam seruus vicarius. l. si seruus Meuij. ff. de peculio. & l. Sti-  
 chus habet. ff. de peculio legato. Vnde dicitur etiam vicarius ecclesiæ, † qui est vicarius rectoris, de 23  
 quo in

quo in c. postulasti. de rescript. & in c. G. perpetuus. de fide in tru. Sed capiendo prout facit ad propo-  
 situm nostrum, vicarius dicitur officialis constitutus ab episcopo, ad vniuersitatem caufarum: qui alio  
 etiam nomine dicitur missus dominicus. c. j. de regularibus. c. j. de frigi. & malefic. Et talis habet iurisdic-  
 tionem ordinariam, vt dicit glo. in c. ij. de offic. vicar. lib. vj. vbi probat quòd tali vicario competunt  
 etiam causæ mixti imperij, & cæteræ quæ non competunt nisi ordinariis. Ad idem est gloss. in c. Roma-  
 na. in princip. in verbo, generaliter. per illum textum de appellat. in vj. vbi ab ipso vicario appellatur  
 ad superiores episcopi, qui eum constituit, non ad ipsum episcopum. Et idem not. in c. perfectis. xxv. di-  
 stinct. & in c. ij. ne prælati vices suas &c. Quod intelligit Alexand. in dicta rub. procedere, nisi esset con-  
 stitutus solum in certa parte diocesis ad certos actus, vt ibi per eum. Tu aduerte, quia videtur verior  
 24 opinio indistincte, quòd talis vicarius nõ habeat iurisdictionem † ordinariam. pro qua parte primò fa-  
 cit, quia iurisdictione ordinaria non tribuitur nisi a lege, declarando vt supra dixi. Sed non reperitur ali-  
 qua lex quæ det iurisdictionem istis vicariis, ergo non est dicendum quòd habeant ordinariam. Se-  
 cundò facit, quia horum iurisdictione non est perpetua, sed cessat ad libitum episcopi, vt est glo. & ibi Do-  
 ctores in Clemen. ij. de rescript. quòd non conuenit ordinariis. l. more. ff. de iurisd. om. iud. Tertio facit,  
 quia mortuo episcopo cessat eorum iurisdictione. Clemen. fin. vbi glo. de procur. quòd non est in ordinariis.  
 d. l. more. de quo etiam per Riminal. in d. rubr. ff. de officio eius cui &c. Quartò facit, quia non potest  
 talis vicarius constituere aliquem delegatum ad vniuersitatem caufarum. c. clericos. vbi Hostiensis &  
 alij, supra de offic. vicar. quòd non conuenit ordinario, sed potius habenti iurisdictionem mandatam.  
 l. si ff. de offic. eius cui mand. &c. Quintò facit, quia aliàs sequeretur quòd eadem iurisdictione esset in-  
 solidum penes duos, scilicet episcopum, & vicarium, qui eum repræsentaret: quòd non videtur esse con-  
 ueniens. l. si vt gerto. §. si duobus veniculum. ff. commod. de quo dic vt per Bart. in l. j. §. si plura. ff. de exer-  
 cit. Vnde puto verius esse vt isti æquiparentur illis iudicibus, quibus mandata est iurisdictione, de quibus  
 supra dixi: nam in tales etiam transit mixtum imperium, & ab eis non prouocat qui eos delegauit, sed  
 superior, vt supra ostendi. Et ista procedunt in vicariis constitutis simpliciter ab ordinariis. Sed repe-  
 25 ritur † in iure aliud genus vicariorum, videlicet hi qui loco iudicum ordinariorum, qui fortè sunt ab-  
 sentes vel impediti, substituantur de mandato principis: & tales etiam dicuntur vicegerentes, & isti si-  
 ne dubio habent ordinariam iurisdictionem, prout tenet gloss. in rubric. C. de officio eius qui vice alte-  
 rius gerit. & probatur in l. j. eo. tit. & de his vicariis est etiam text. in l. j. §. a præfectis. ff. de legat. ij. Et ta-  
 lem vicarium constituere solebat præfectus prætorio, vt probatur in l. à proconsulibus. C. de appel-  
 & in l. j. C. de offic. vicarij. & ibi Odo. ita etiam not. quòd quoriscunq; princeps solet habere aliquem  
 vicarium suum, intellige, ad vniuersitatem caufarum, talis habet ordinariam. Et hoc facit ad vicarios  
 perpetuos principum, puta Pontificum, vel Imperatorum, de quibus in c. si. §. de off. vica. & per Rom.  
 consil. lix. per Felin. in d. c. postulasti. & in d. c. G. perpetuus. Sed hinc consequenter dubitatur, an sicut  
 aliquis honos exhibetur Episcopo, etiam debeat exhiberi eius vicario: idemque de priuilegiis. Et Bart.  
 in l. si filius. ff. de legationibus. distinguit, an vicarius sit constitutus ex mandato superioris, & debetur  
 idem honor, idemque priuilegium. l. ij. C. vt dignit. ordo seruetur. libro xij. & facit gloss. ij. q. j. c. quæ de  
 causa. an verò sit simpliciter constitutus ab ipso ordinario, & tunc secus. l. si filius. & l. vicarius. eod. titu.  
 Et ex hoc infertur ad vicelectorem studij, vt ibi per eum, quem sequitur Alexander in d. rubr. & An-  
 gelus. Instit. de except. Felinus in d. c. cum olim. §. tit. ij. Ioan. Bapt. de S. Scuerino in reper. l. diem functo.  
 in xliij. quæst. de offic. assessor. Corsetus in reper. c. grandi. de supplen. negli. prælat. in vj. Sed aduerte,  
 quia contra hanc distinctionem facit text. in l. sed si hac. §. fin. ff. de in ius vocan. intelligendo eam gene-  
 raliter quando tutor litigat pro pupillo: per quem textum, ibi Baldus dicit, quòd non idem honor de-  
 betur vicario, qui debetur episcopo. Et plura similia cumulant ibi Modern. Secundò in contrarium  
 etiam stringit textus, quem ibi not. Fulgo. in l. à proconsulibus. C. de appella. vbi non tantum defertur  
 sententiæ latæ per vicegerentem præfecti, sicut defertur sententiæ præfecti. Tertio contra Bar. etiam  
 videtur text. in l. comperimus. C. de prox. sacr. scrin. lib. xij. vbi substitutus ab ordinario de consensu  
 principis, est postremus in ordine cæteris adiutoribus, licet substitutus esset primus: nisi dicas quòd ibi  
 ille substitutus habet officium iure proprio, nec refert personam substituentis. Quartò contra Bart.  
 videtur tenuisse Cin. & Alb. de Ros. in l. fin. C. de susp. tut. vbi dicit quòd legato proconsulis debetur  
 maior honor, quam præfili prouinciar, & tamen talis legatus constituitur abque auctoritate principis.  
 Pro resolutione puto distinguendum: aut priuilegium aliquod debetur ratione alicuius qualitaris,  
 quæ equaliter residet in vicario sicut in principali, & debetur par priuilegium ratione illius qualitaris.  
 ita procedit text. xciij. distinctione. c. fina. de quo per Rom. singul. ccclxij. & quod not. Abbas in c. cum  
 olim. ij. §. de officio delega. vnde cum delegatus quo ad speciem iurisdictionis sibi commissæ, repræsen-  
 tet delegantem, habebit par priuilegium: & sicut delegans potuisset arctare ordinarium, vt senten-  
 tiam exequatur, ita etiã poterit delegatus. c. pastorals. & c. sanè. §. tit. ij. Aut illa qualitas propter quam  
 debetur illud priuilegium, non residet æqualiter, & tunc secus. ita procedit d. l. si filius. & l. vicarius. Nam  
 legatus missus à Republica habet rescriptionem biennij, ex quo semel functus est officio sibi iniun-  
 cto. Sed ista qualitas non conuenit vicario, quia talis vicarius non videtur misse respectu Reipublicæ.  
 sed respectu eius qui eum destinari. Eodem modo procedit quot not. per Bald. in d. §. si. Nam honor de-  
 betur episcopo non simpliciter propter iurisdictionem quæ mandari potest, sed etiã generaliter propter  
 magnam

magnam præminentiam: unde multa potest episcopus, quæ non potest eius vicarius. c. ij. de offi. vica. in vj. Et propter non tantus honos vicario debetur, præsertim cum habeat iurisdictionem iure alieno. arg. notatorum per Bartolum in l. quod principi. in fin. ff. de legat. ij. Vbi autem vicarius sit constitutus de auctoritate principis, videtur quod in eo insint omnes qualitates quæ insunt in principali, & propterea sit æqualiter honorandus. & hoc modo saluatur doctrina Bart. in d. l. si filius. Istud tamen dictum tunc fortè non procederet, vbi essemus in materia strictè intelligenda: quia vicegerens præfecti, non est propriè præfectus: unde statutum, ne appelletur à sententia præfecti, non trahetur ad eius vicarium. d. l. à proconsulibus. & ita potest procedere quod not. Angel. in l. adoptio non iure facta. ff. de adoption. vbi loquitur in consuetudine. Et istud tantò magis procederet in pœnalibus, quia tunc subrogatū non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, vt notat Bald. in c. j. versic. sed nunquid. infra de his quæ metus causa. & ita etiam voluit Bartolus in l. j. C. si rector. prouin. vbi tenet, quod pœna imposita offendenti magistratum, non habet locum in offendente eius vicarium. & per Aretin. consil. cxxxj. consultiissime, & ita etiam firmant Moder. in d. c. sanè. Nec contra istam opinionem obstat quod notat Bal. in c. j. tit. ij. vbi dicit, quod offendens Ambasiatorem, incidit in crimen læsæ maiestatis, tanquam si offenderet principem, & quod not. Baldus in d. §. fina. vbi dicit, quod offendens vicarium, vel nuntium principis, videtur offendere ipsum principem, per text. in l. ossa. in fin. ff. de religio. & sumpt. fun. Nam istud potest procedere respectu offensionis, quæ etiam propriè potest fieri Ducibus, vni per semetipsum, alteri per personam offensi. l. j. §. item aut per semetipsum. ff. ad legem Corneliam. de sicar. Et ita procedit quod notat Abbas in c. cum olim. ij. §. de offic. delega. vbi dicit, quod iniuria facta delegato, videtur facta deleganti. Et istud in crimine læsæ maiestatis non habet difficultatem, quia verba legis etiam vicarium compræhendunt, & quemlibet magistratum. l. j. ff. ad legem Iul. maiest. Sextò sunt arbitri iuris, † quorum variæ sunt species. Aliqui enim sunt dati ab ordinario ad vnum articulum tan- 26 rum. Exempli causa. Ego litigo tecum, & peto vt fatisdas, secundum formam tit. ff. qui fatisd. cog. tu vis fatisdare ego nego fideiussores idoneos, debemus tali casu eligere arbitros, quibus ordinarius commit tit, vt cognoscant an sint fideiussores idonei: & ab istis arbitris potest appellari. l. ab arbitro. & l. sequē. ff. qui fatisdare cogan. Imò etiam sine appellatione potest sententia corrigi ab ordinario qui eos dedit. l. fin. ff. à quibus appellari non licet. Et isti sine dubio habent iurisdictionem delegatam. Aliqui sunt arbitri iuris, qui dantur in causa suspicionis, veluti si recusauerim delegatum principis tanquam suspec- tum: si ille adest, potest me cogere compromittere in arbitros. Si verò absit, tunc ordinarius me cog- get, & delegatus quem recusauit exequetur sententiam illorum arbitrorum. l. fina. C. de iud. & tales ha- bent iurisdictionem delegatam, vt est textus in l. apertissimi. in fin. C. de iudi. ibi, quasi arbitri fuerint ab imperiali culmine delegati. & propterea ab eorum sententia appellabitur ad primum delegantem, vt est textus in c. ab arbitris. de officio delega. in vj. & per Abbatem in c. suspicionis. supra tit. ij. Nec obstat quod eligantur ex necessitate legis, & sic videantur habere iurisdictionem à lege, quo casu ef- sent ordinarij, prout tuerunt aliqui relati per Abbatem & Modern. in d. c. suspicionis. Quia respon- deo, quod lex dat illis iurisdictionem cum ea qualitate, vt sint delegati, vt probatur in d. l. apertissimi. Aliqui sunt arbitri iuris, qui eligunt vigore alicuius statuti: puta statutum dictat, vt causæ inter af- fines compromittantur in arbitros: & in his est magna controuersia, nunquid iurisdictionem habeant, & an censentur delegati, vel ordinarij. de quo latè per Felinum in c. fin. j. de re iudic. Tu breuiter dic, Aut statutum generaliter mandat causas compromitti in arbitros, & vltèrius non procedit: & tali ca- su non crederem eos aliquam habere iurisdictionem, nec ordinariam, nec delegatam: quia statutum illis nihil confert, sed tantummodo inducit necessitatem compromittendi. Et talibus arbitris non competit definitio supra per me posita, nec ordinarij, nec delegati, ergo nec diffinitum competit. l. j. §. j. ff. de dolo. & ita fuit de mente Bartoli in prima constitutione Cod. Et ista ratione idem teneo in ca- su c. si clericus aduersus. xj. quæstione j. quicquid dixerit Abbas in c. fin. j. de re iudica. Nam quamuis lex mandet causam cognosci per arbitros, intelligimus de arbitris seruantibus propriam naturam: quia etiam statuta recipiunt declarationem à iure communi. l. si serui. C. de noxali. cap. ad audientiam. de clericis non residentib. & per Bartolum in l. ij. ff. de legat. j. Aut statutum vltèrius procedit, conferendo iurisdictionem ipsis arbitris, & tali casu, videtur quod habeant ordinariam iurisdictionem, vt tenet Angel. & Paul. de Castr. in d. l. apertissimi. & ita sunt intelligendæ multæ decisiones Doct. quas refert Felin. in d. c. fin. Fallit si statutum diceret, compromittendum esse sub pœna, vel à tali sententia non posse recurri ad arbitrium boni viri: nam ex quo istæ qualitates non cõueniunt iudicibus, sed arbitris, vel arbitratoribus. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbitris. l. si libertus. ff. de oper. lib. non videtur fuisse in- tentio statuti, facere eos ordinarios, ex quo illa verba non conueniunt ordinariis, vt est glossa. vbi Iacobus & Paulus de Castro. in l. mancipia. C. de seruis fugitiuis. & per Aretinum consilio clviij. in iij. dubio. Et pro ista distinctione facit quod not. Imol. in Clement. auditor. de rescript. & And. Siculus hîc, vbi dicunt, quod quamuis statutum mandet prætori quod teneatur habere duos iudices, quod tamen illi non erunt ordinarij, sed delegati: nisi statutum vltèrius procederet concedèdo illis iurisdictionem. Et ita teneo, sic resoluendo dicta Doct. de quibus per Alex. in l. j. in vltima charta. ff. sol. ma. & Fel. in d. c. si. & Iason in d. l. si. Septimò & vltimò sunt † iudices qui dicuntur Executores: quæ dictio habet 27 plura significata, de quibus per Abb. in c. pastoralis. §. quia verò. §. de off. deleg. Sed intelligendo prout facit

facit ad præsentem materiam, dic quod executor dicitur quatuor modis. Primo modo dicitur exe- cutor quilibet ordinarius: quia sententiã quam tulit potest exequi. l. à duo Pio. ff. de re iud. & hoc mo- do capitur in l. si. §. executores. C. vt nemo priuat. tit. Secundo executor dici potest etiam is, cui man- data est iurisdictione: quia talis potest exequi suas sententias, vt §. diximus. Et idem in delegato principis, & ita debet intelligi tex. in l. si. & in l. apertissimi. C. de iudi. & est gl. in c. si quis contra clericum. de foro compet. Tertio modo dicitur executor, apparitor seu nuntius, qui facit executionem iussu præ- fidis: & quilibet iudex habet duos executores. §. nullo. in auth. de iudicib. Et si fuerint negligentis, po- terit iudex etiam delegatus eos multare, & remouere ab officio. l. si. C. de sportulis. Et isti executores pluribus nominibus appellantur, de quibus per gl. in d. §. nullo. & de istis intelligitur text. in l. sancimus. C. de iudi. Quarto modo dicuntur executores quidam iudices ordinarij, qui vigore legis municipa- lis sunt constituti ad exequendas sententiã, puta in causis minorum, vel fiscalibus, & de his intelligitur text. in d. l. fin. C. de iudi. secundum Fulg. & Ias. ibi: quod non credo verum, quia non est verisimile quod Imperator habuerit respectum ad ista statuta. c. j. de constitutionibus. lib. vj. Qua ratione etiam repro- batur quod not. Bald. & Fulg. in l. fin. C. vbi & apud quem. dum intelligunt illam l. de iudicibus chartu- lariis, qui ex forma statutorum habent tantum iurisdictionem voluntariam, & sunt notarij qui scribunt instrumenta gaurentigionata, & vigore iurisdictionis sibi à statuto tributa, faciunt præceptum parti 28 vt soluat intra certum diem: quod præceptum \* tanquam aduersus confessum habet executionem paratam, de quo in l. si debitori. ff. de iudi. & declarat Ias. in l. j. §. si quis ita. ff. de verbor. obligat. & de istis chartularijs dicunt ipsi debere intelligi text. in d. l. fin. C. vbi & apud quem. & in l. rem non nouam. C. de iudic. & de his etiam intelligitur textus. in l. j. ff. de iudic. secundum gloss. Barto. & Paul. Castren. ibi. quæ opinio non est vera, quia non est verisimile dictas leges habuisse respectum ad similia statuta, vt etiam dicit Thomas Decius Senen. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudi. & text. in d. l. rem non nouam. 29 potest intelligi in procuratore Cæsaris, qui \* habet iurisdictionem voluntariam inter priuatos, vt not. in l. j. C. de pedan. iudic. & d. l. fin. loquitur de iudicibus datis, seu delegatis, de quibus §. dixi. Et hæc sint fati pro clariori introductione istius materiæ.

S V M M A E.

- 2 §. Ciuitatem etiam sine episcopo dici.
- 3 Ciuitatem liberam solam sine principe condi.
- 7 Diocesim in lege de ciuitate etiam accipi: in homine contrã.
- 9 Libera facultas solennis ex causis immunis.
- 11 Inquisitionem variè pro iure censeri.
- 12 Restitutio & inquisitio diuersæ naturæ.
- 13 Ordinarij varia acceptio.
- 14 Inquirendi adulteri.
- 15 Adulteri pœna, & iudices.
- 16 Cap. consuluit. j. de appell. sensus.
- 17 Cap. perniciosam. sensus.
- 20 Iudices mutuo se inuent. 71.
- 25 Creditorem, adito iudice iuris suo præhendendi ex causis non renuntiare. 20. 27. 28.
- 35 Inquiri ex causis ante famam posse. 41. 43. 44.
- 40 Confessum non nisi ex causis damnari.
- 42 Inquirenti, nisi appelletur, credi.
- 45 Fama inquisitionum non probanda.
- 46 Inquisituro obseruanda.
- 47 Litis in criminatione contestanda forma.
- 48 Forum delicto, nisi in casibus, sortiri. 50.
- 51 Heretics bona publicat. secularis.
- 53 Usurarium iudices, & pœna.
- 55 Probationibus iudicandis, ex causis conscientia. 59. 60. 61. 63.
- 64 Secularis inuocatus nõ nisi ex causis cognoscit. 66. 67. 68. 69.
- 70 Secularis non nisi testata lite inuet, ex causis contrã.
- 73 Iudices mutuo se inuare cogi: coactionis forma.
- 75 Iudicis auxilij forma.
- 76 Episcopum inuare exemptos non cogi.
- 78 Cap. perniciosam. sensus multiplex. verior. 79.
- 80 Punitum iterum ab alio puniri.
- 83 Iniuriantem duabus ex causis vni satisficientem liberari. 84. 85. 86. 87.

**D**ERNICIOSAM. Nota primò in text. ibi, singularum vrbium episcopi. quod quælibet vrbs habet suum \* episcopum: quod dicit Abb. & alii procedere de con- fuetudine Italiæ, non autem de iure: quia † potest esse ciuitas, licet nunquam habue- rit episcopum: imò de iure, episcopi non sunt dandi nisi maioribus ciuitatibus. c. epi- scopi. lxxx. dist. c. j. & ibi Abb. j. de priuil. & ita tenet Bal. in l. si in aliqua. ff. de offi. pro- conf. Imol. Rom. & Doct. in l. j. §. siue autem. de noui oper. nunt. & per Card. in Clem. dudum. in ver. ciuitates. de sepult. & est cõmunis conclusio, pro qua facit, quia † ciuitas potest constitui etiam sine auctoritate superioris, ex quo talis constitutio est de iure gentium, vt dicit gloss. & sequuntur Doct. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. & tamen episcopus non potest constitui sine auctoritate Papæ. & ita tenet etiam Bar. in extraua. qui sint rebelles. in ver. Longobardiæ. Sed ista dicta non carent difficul- tate: quia Inno. in c. cum ab ecclesiarum. j. eod. & Bar. l. si. ff. de colleg. illicit. tenent quod non possit con- stitui ciuitas sine auctoritate principis. pro quibus facit, quia ciuitas dicitur quæ muris cincta est. l. ij. & l. pupillus. §. vrbs. de ver. signi. & facit tex. in c. si ciuitas. infra, de senten. excõ. in vj. Sed muri ciuitatum non possunt constriui sine licentia principis. l. sanctus. §. in municipiis. ff. de rer. diuis. Quare puto esse di- stinguendum: quia aut loquimur de iure gentium, & de eo iure poterat esse ciuitas, etiam si nulla prin- cipis auctoritas interuenisset. d. l. ex hoc iure. Aut loquimur de iure ciuili, & tunc si isti populi volentes condere ciuitatem sint liberi, non requiretur aliqua principis auctoritas, vt dicit Roma. in d. l. j. §. siue autem. Aut non sunt liberi, & credo non posse cõstitui ciuitatem sine principis licentia. & ita procedet opinio Innoc. pro qua vltra eius rationem facit, quia ciuitas dicitur quæ habet saltem minimam iurif- dictionem



ditionem. l. si duas. vbi Iacob. de Aret. ff. de excus. tut. vnde habet ius constituendi defensores. §. iusurandum. in authen. de defenso. ciuit. & per Bart. in d. verbo, Longobardiar. Sed talis iurisdictione non competit nisi volente principe. l. j. ff. de conti. princ. l. j. ff. de offi. præsect. præ. ibi, regimentis reipublicæ ad Imperatores perpetuo translatis. & per Bal. in tit. quæ sint regalia. in v. lib. feud. & in extrauag. de pace Constan. in prin. in verb. iurisdictione. Aut loquimur de iure canonico, & posset teneri, quod ius canonicum hodie non habeat pro ciuitatibus nisi eas, quæ habent episcopum: & sic potest intelligi iste text. & saluatur opinio Bal. ita tenentis in d. l. ex hoc iure. Nec obstat tex. in d. c. j. de priuileg. & in d. c. episcopi. quia possunt procedere de iure antiquo, quo à principio fuerunt inducti episcopi. Et istud videmus hodie, quod omnis ciuitas, etiam minima, habet episcopum. Nec obstat, quod etiam minores ciuitates, etiam non habentes episcopum, appellantur à Romano pontifice ciuitates, vt probatur in d. c. j. vnde sequitur notabilis Inno. decisio in d. c. cum ab ecclesiarum. vbi dicit, quod si Papa vel Princeps scribit alicui communitati, tanquam ciuitati, quod videtur eam approbare in ciuitatem: & sequitur Bar. in d. l. fin. Nam ista decisio confunditur per tex. in Clemen. si summus Pontifex. de sen. excommu. Nec posset procedere, nisi summus Pontifex eam ita appellaret, dicendo se facere ex certa scientia, vt per Pet. de Ancha. in d. Clem. si summus. & Areti. consi. xxij. Nota secundò, ibi, in suis diocesisibus, quod appellatione diocesis, venit etiam ciuitas, declarando vt hic per Abb. & cæteros. In contrarium est tex. in c. Rodolphus. de rescrip. Abb. & Docto. Moderni communiter distinguunt, intelligentes illum text. procedere in materia strictè intelligenda tantum. Et contra hanc solutionem primò adduco, quia ( vt etiam ibi fatetur Abbas ) diocesis potest capi & in genere, & in specie: & vbi capitur in genere, comprehendit etiam ciuitatem: tunc sic si comprehenditur in genere, ergo propriè, quia species \* inest propriè suo generi. l. in toto. ff. de regulis iuris. per Bald. in l. ij. C. de iure aureor. anul. & facit l. j. de adopt. Vnde cum de proprietate sermonis diocesis comprehendat ciuitatem, certè in qualibet etiam pœnali materia illa dictio accipietur, quatenus importat sermonis proprietatem. l. cum lege. vbi Aretinus. ff. de testa. Secundò obstat, quia etiam in correctoriis, & sic in materia stricta, fit extensio de stricta significatione vocabuli ad latam, vt est glossa, in Clementina prima. in verb. eligatur. vbi Paul. de Leaz. de electio. & per Alexandrum, in l. ij. ff. de legatis j. & per Iasonem in rubrica, de re iudic. cum concord.

Tertiò obstat, quia etiam in materia statutorum, quæ recipiunt strictam interpretationem, verba \* capiuntur generaliter, vt comprehendant nedum specialem significationem, sed etiam generalem, vt probatur ex notat per Bartolum & Doctores, in rubr. ff. soluto matrimonio. in verbo, petatur. versiculo, tu dic etiam, quod peti. & idem firmat Alexander, in rubric. ff. de iurisdictione omnium iudic. loquens de iurisdictione. Vnde posset aliter responderi ad d. capit. Rodolphus. videlicet quod propriè loquendo diocesis non comprehendat ciuitatem, sed sicut ciuitas cingitur muris. l. ij. ff. de verborum signific. ita quicquid est territorij extra muros, dicitur diocesis, vt dicit Card. in Clemen. ne Romani. §. sanè. de electio. Et licet aliquando iura appellatione diocesis comprehendant etiam ciuitates, istud non est ex proprietate verbi, sed potius ex præsumpta mente disponentis, propter paritatem rationis. Et ita potest intelligi iste textus cum similib. Non recedendo tamen ab opinione Abbatis, potest responderi ad superscripta fundamenta, quod procedant in dispositione legali. vnde videmus, quod in lege quantumuis pœnali, appellatione diocesis venit ciuitas, vt est textus in l. j. vbi Salicetus. C. de priuat. carcer. & ita tenet Ioannes de Camp. in d. cap. Rodolphus. ita intelligens nostrum text. hic, & glossa in Clementina j. de rerum permuta. Facit, quia licet in dispositione hominis, verba in dubio potius capiantur in specie, quam in genere, vt dicit Barolus in l. hoc legatum. ff. de legatis iij. & Abbas in d. ca. Rodolphus. vbi ponit istam rationem ad illum text. in dispositione tamen legali verba capiuntur generaliter. l. j. §. quod autem prætor. ff. de alex. lusu. & facit quod notat Bart. in l. si pluribus. ff. de lega. j. vbi in dispositione legali indefinita semper æquipollet vniuersali: secus in dispositione hominum. Ad idem facit, quia lex loquens de curatore, habet locum etiam in tutore, vt est glossa in authent. minoris debitor. C. qui dare tut. possunt. & tamen secus est in dispositione hominis, vt est tex. notab. in l. tutores. §. j. ff. de administr. tut. Ad idem facit, quia in dispositione \* legali, filij appellatione venit nepos. l. filij. & l. liberorum. ff. de ver. sig. & tamè non ita est in dispositione hominis. l. quod si nepotes. ff. de testa. tutel. licet Bar. aliter distinxerit in d. l. liberorum. Et ex his potest defendi opi. Abb. in d. c. Rodolphus. Est verum, quod quatenus Abbas hic reprobat Hostiens. qui tenebat, quod in statutis, appellatione diocesis comprehenditur ciuitas, videtur verior opinio Hostiens. quia ratio statuti ita militat in ciuitate sicut in diocesi per d. l. j. C. de priuat. carcer. & per s. dicta. Nota tertio, ibi, liberam. quod ille qui t liberam habet facultatem, liberam habet & procedendi facultatem, tenetur tamen procedere secundum terminos iuris. ita est tex. hic, iuncta gl. j. facit c. j. §. de rescrip. In qua materia fit conclusio, quod per istam dictionem, liberam, non censetur sublata iuris solennitas. facit l. si quando. in prin. C. de inoff. test. & gl. in l. j. C. de sacrosan. eccle. & in authen. omnes peregrini. C. commu. de success. Fallit, quado aliàs verba nihil operarentur, vt est gl. in d. l. si quado. & ita potest intelligi tex. in l. j. ff. de test. mili. Fallit secundò, quando diceretur, quod quis posset tale quid facere secundum liberam voluntatem suam: nam tunc non teneretur seruare solennitates iuris ciuiliis, sed iuris naturalis tantum, vt per Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verb. videbitur. in fin. cum concord. per Feli. in c. j. vers. fallit octauo. §. de const. & facit textus in l. magis puto. §. si ex alieno. in verb. non enim prætori. ff. de rebus eorum. Et propterea etiam

in tali casu non posset facere aliquid in præiudicium iuris quæsi tertio: secus iuris quærendi, vt per Bald. in l. dotalem. ff. de testa. milit. Fallit tertio, quando alias esset necessaria alicuius requisito: nam si tribuitur facultas libera faciendi, poterit facere illo irrequisito. & ita probat gl. in c. cum plures. de offi. delega. in vj. glof. & Doct. in c. si pro debilitate. supra tit. ij. & glo. in c. j. de homic. lib. vj. & in c. de multa. §. de præbend. & glo. in Clemen. dudum. de sepul. probant moderni in c. reprehensibilis. infra de appellationib. & facit quod notat Ias. post alios, in l. nemo potest. in iij. quæst. Bartol. ff. de legat. j. & quod notat Ant. de Butri. in c. sanè. per illum text. §. de excess. prælat. Sed aduerte, quia in contrarium facit iste text. iuncto c. iij. de consuet. lib. vj. & c. qualiter. ij. §. de accusation. vbi non potest episcopus inquirere absque consilio capituli sui, & tamen dicitur quod potest liberè inquirere: nisi dixeris quod iste tex. restringit hanc facultatem, suppledo illa verba, secundum quod Canones censent. Item hic tolleretur ius tertij, videlicet ipsius capituli: ibi ex dispositione legis est quæsitum ius inquirendi & vlciscendi episcopo. d. c. qualiter & quando. & propterea credo quod glo. in d. Clemen. dudum. non sit vera, & contra eam fuit aliàs consultum, vt per Fel. in d. c. j. de rescrip. & ad supra dicta vide Bald. in c. cum olim. de consuet. Nota quartò ibi, adulteria, & scelera inquirere: quod \* regulariter de isto iure permessa est episcopis inquisitio. Et propterea infert hinc Bal. quod t de iure canonico iudicium inquisitionis dicitur ordinarium. & idem tenet Bart. in c. super literis. de rescript. & facit quod not. Bartol. in l. si maritus. §. j. ff. de adulter. vbi infert, quod si statuto indistinctè permittatur inquisitio, tale remedium erit ordinarium. De iure vero ciuili inquisitio est remedium extraordinarium, ex quo regulariter sine accusatione nemo punitur. l. rescripto. §. si quis. ff. de mun. & hono. & ita tenent Bald. Burr. Imol. & And. Sicul. hic, & per Com. consi. cxxxv. ad primum. circa fin. Sed hic aduertendum est circa duo. Primum est, nunquid sit aliqua differentia inter ius ciuile & canonicum quoad permissionem inquisitionis. Secundum est, nunquid verum sit, quod inquisitionis iudicium sit ordinarium. Circa primum puto quod non sit aliqua differentia inter ius ciuile & canonicum: quia etiam de iure ciuili, si præcedat fama, vel alia legitima indicia, licita est inquisitio. l. j. C. de custod. reo. & l. iustissimos. C. de offic. rect. prouinc. & probatur in l. congruit. ff. de offic. præsid. Nam nisi licita esset inquisitio particularis, illa generalis de qua in d. l. congruit. nullius effectus esset. Et istam opin. tenuit Nicol. de Mata. quem refert & sequitur Bar. in l. ij. §. si publico. ff. de adul. Bal. in l. iube mus. C. de probat. Salicer. in l. ea quidem. C. de accusat. & latè per Aret. in c. qualiter & quando. §. de accusatio. & idem etiam tenet Ang. de Aret. in tract. malef. in iij. charta. Et istud tantò magis procedit de iure nouissimo, per tex. in §. iubemus autem. in authen. de collato. per quem dicit Io. And. in c. felicis. de pœn. in vj. in nouella, quod hodie potest in omni crimine formari inquisitio. & idem tenet Io. Fab. insti. de publ. iud. in prin. facit tex. in auth. de mand. prin. §. deinde competens. versic. quia si delinquentes. & ista opin. est vera, si intelligatur, præcedentibus tamen fama, vel indiciis legitimis, de quib. per Doct. in c. cum oporteat. §. de accusatio. id est, ex quibus verisimiliter iudex inducatur ad probabilem credulitatem, seu præsumptionem, quod delictum fuerit commissum. Et sic teneo, quod non sit differentia inter ista iura, quicquid dixerint Doct. hic. Circa secundum articulum communis opinio est, quod imò tale iudicium inquisitionis vtroque iure sit extraordinarium, prout tenuit Inno. in c. cum oporteat. §. de accusat. & sequuntur alij in rub. j. de iudic. Vnde inferunt ad statutum loquens de iudicio ordinario, vt inquisitionem non comprehendat. Mouentur duabus rationib. Prima, quia tale iudicium expeditur officio iudicis nobili, ergo est extraordinarium. l. cum filius. ff. si cert. peta. cum concord. Sed ista ratio non est concludens, quia etiam accusatio expeditur officio iudicis nobili, vt dicit Bar. & sequuntur Dd. in l. imperium. in definitione meri imperij. ff. de iurisdictione. omn. iudic. & tamen præfati Doct. habent confessio, quod iudicium accusationis sit ordinarium: vnde tex. in d. l. cum filius. ff. si cer. pet. solum procedit in officio iudicis nobili, quod datur loco deficientis actionis, & competit ex quadam æquitate ad priuatam vtilitatem. Secunda ratio est, quia iudicium inquisitionis etiam si iure canonico & ciuili regulariter permittatur, tamen ex quo est contra regulam iuris, de qua in d. l. rescripto. debet dici extraordinarium. l. in causæ. ij. ff. de mino. vbi restitutio in integrum quamuis regulariter permittatur minoribus læsis, tamen dicitur extraordinaria. Et istud fundamentum videtur etiam confundere illud quod dicit Bart. in l. si maritus. & s. retuli. Est verum quod sustinendo Barto. posset responderi, considerando differentiam inter restitutionem in integ. & inquisitionem: tamen restitutio in integrum fuit introducta contra regulas iuris gentium, ex quo rescindit ea que semel tacito consensu placuerant. l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. l. sicut. C. de actio. & obliga. vnde meritò tale iudicium est extraordinarium, ex quo ius ciuile non potest in totum alterare dictam regulam iuris gentium. Sed inquisitio tantummodò est contra regulam iuris ciuiliis. d. l. rescripto. §. si quisquam. Ius verò ciuile potest in totum tollere, si vult. Et propterea, ea sublata in casibus, in quibus permittitur inquisitio, remanebit iudicium ordinarium. Et ita posset dici, sustinendo Bart. Pro quo facit, quia restitutio in integ. est remedium subsidiarium, vnde meritò dicitur extraordinarium, prout declarat Bal. in d. l. in causæ. quod non est in inquisitione, cuius iudicium non datur in subsidium. & propterea etiam superueniente accusatore non cessat, declarando vt per Bar. in d. l. si maritus. Et propterea tu aduerte, quia verior videtur opinio contra communem, & consequenter quod tale iudicium hodie sit ordinarium. Et in primis sciendum est, quia t ordinarium capitur diuersis modis, prout importat subiectum, & dicitur: vnde pœna dicitur ordinaria, quæ habet certum modum constitutum: non autem pœna extraordinaria. l. iij. ff. de crim. stello.



l. fi. vbi Bart. ff. de priuat. delict. Et delictum dicitur ordinarium, quod certis legibus specialiter punitur: sicut extraordinarium, quod non habet certum nomen a lege inpositum, vt in tit. ff. de extraor. crimi. & ibi glos. in rubri. Et cognitiones ordinariæ dicuntur, vbi præscriptum est quomodo iudex procedat & cognoscat. Si verò ex qualitate negotij arbitrariū est iudici cognoscere, tunc dicitur cognitio extraordinaria. l. ij. in fi. ff. de variis & extraord. cog. Ordinarium dicitur etiam munus, quod à lege est inpositum, habens certam & determinatam præstationem, vt per Bartol. in l. j. C. de mulie. & in quo loco. & not. in l. fi. C. de vaca. mu. lib. x. Ordinarium etiam dicitur mandatum, quod regulariter fieri potest. l. so. let. ff. de offic. procons. facit l. j. C. de indic. lib. x. & quod not. Bart. in d. l. si maritus. Sed ista exempla non loquuntur de iudicio, & propterea in specie dic, quod extraordinarium iudicium dicitur, in quo ordo & solennitas à lege tradita non obseruatur. ita est text. in l. ordo. ff. de pub. iud. & facit d. l. fi. ff. de priuat. delict. Vnde cum quedam solennitates aliàs traditæ per legem xij. tabul. essent sublata, meritò omnia iudicia de iure ciuili dicuntur extraordinaria. §. fin. in fi. de interdi. & propterea de iure ciuili casus est expeditus nedum in inquisitione, sed etiam in accusatione, & in ceteris iudiciis. Sed in statuto loquitur de iudiciis extraordinariis, ergo non potest accipi ista intelligentia, quia aliàs statutum nunquam verificaretur: vnde sicut olim iudicia dicebantur extraordinaria, in quibus non seruabantur solennitates constitutæ à lege xij. tabul. ita hodie statutum debet intelligi de iudiciis extraordinariis, id est, in quibus ordo communiter traditus à lege, non obseruatur. Et consequenter cõprehenduntur casus, in quibus summarie & de plano proceditur. & probatur in Clem. sæpe. in ver. de verbo. signifi. Et propterea cum in inquisitione regulariter seruetur ordo iudiciarius cum suis solennitatibus. ca. ad petitionem. & d. c. qualiter & quando. ij. in glos. in ver. contra quem. j. de accu. videtur quod in se dicatur iudicium ordinarium, licet pœna sit extraordinaria, ex quo potest diminui arbitrio iudicis, secundum supradicta. & d. c. qualiter. Nota quintò, quod ¶ episcopus potest etiam contra laicos inquirere adulteria commit. 14 tentes: nam iste tex. generaliter loquitur, nec distinguit laicos à clericis, & propterea debet generaliter intelligi, secundum Abb. hinc: sequitur Imol. & Sicul. & ita etiam tenent moder. in ca. cum sit generale. j. de foro comp. & in c. cõsuluit. j. de appel. Et propterea ¶ talis episcopus poterit punire adulterium, vel separando torum. c. tuæ. de procur. vel detrudendo in monasterium. c. gaudemus. j. de conuer. coniuga. vel scindendo pannos, & tondendo eum in derisionem. c. de benedicto. xxxij. q. j. & ita etiam tenet Ro. sing. dclxvij. nos sumus. Et pro ista parte primò inducitur iste tex. Secundò tex. in d. c. cõsuluit. j. de ap. pel. Tertio adducitur tex. in d. c. gaudemus. & tex. in c. intelleximus. j. de adult. Vltimò pro hoc facit ratio, quia matrimonium est de sacramentis ecclesiæ. c. debitum. j. de bigam. ergo si illud videtur, iurisdic. tio debet spectare ad iudicem ecclesiasticum, & propterea adulteri dicuntur sacrilegi. l. quamuis. C. de adult. Et ista est communis opinio, secundum Feli. in d. ca. cum sit generale. Contrariam opinionem tenuit Inno. in c. cum tuæ. de proc. & Ioan. And. in c. fi. de foro compe. in vj. moti per text. in d. c. tuæ. Confirmitam opinionem primò per tex. in c. incestuosi. xxij. q. v. vbi si laici incestuosi non parent admonitionibus sacerdotum, oportet vt per seculares potestates coërceantur, ex quo aliter per ecclesiã non possunt corrigi, certè si regula non procedit criminaliter contra incestuosos, multò minus cõtra adulteros. arg. l. si adulteriū. ff. ad leg. Iul. de adul. Secundò confirmo per tex. in d. c. cum sit generale. vbi speciale est fauore ecclesiæ, quod iudex ecclesiasticus procedat contra ecclesiasticos sacrilegos, ex quo furantur bona ecclesiæ: ergo in contrarium est ius commune, præsertim in adultero, in quo cessat ista ratio. Tertio confirmo per tex. in d. c. de benedicto. vbi iudex ecclesiasticus remittit adulterū puniendum ad iudicem secularem, vnde ostenditur quod ipse non habeat facultatem eum puniendi, nisi illa simplici castigatione, quæ fit per derisionem. Nec obstant allegata in contrarium, & primò iste text. quia impossibile est, quod iste tex. accipiat intellectum Abb. Nã si generaliter intelligeretur in laicis, sequeretur quod sicut possunt episcopi inquirere de adulteriis aduersus laicos, quod possent etiã de aliis sceleribus, quia textus vtraq; simul iungit: & tamen istud est falsum, quia regulariter episcopi non possunt inquirere de sceleribus laicorum, ne imponant falcem in messẽ alienã. c. nouit. j. de iudi. & per omnes in d. c. cum sit generale. nisi sint delicta vel merè ecclesiastica, vel mixta: vel nisi procedatur per denunciationem euangelicam, vt ibi per Abb. & Doct. Necessariò igitur iste tex. generaliter intelligi non potest, sed est restringendus ad clericos, in quibus episcopi habent ordinariam potestatem. Vnde verior videtur intelligentia Inn. Host. Bal. Ioan. de Ligna. Card. & antiquorum hinc, qui restringunt text. dum modo illi, aduersus quos episcopus inquit, ad suam iurisdictionem pertineant: & sic præsupponunt, qd contra laicos non possit per episcopum in isto casu cognosci. Et certè si istorum autoritates iungerentur opinio. Io. And. & Innoc. ista opinio Abb. vix obtineret in practica, præsertim quia contra Abbat. etiam videtur tenuisse Angel. in auth. sed hodie. C. ad l. Iul. de adul. licet in l. quamuis. e. titu. variauerit. Et pro isto intellectu facit, quia lex semper intelligitur loqui in casu habili. c. j. de atate & quali. in vj. l. j. C. de sacrosan. eccle. & exceptio iurisdictionis nunquam censetur reiecta. glo. in clem. j. de sequest. possess. in fi. de qua per Doct. in l. iij. §. condemnatum. ff. de re iudica. Non obstat c. cõsuluit. quia ¶ ibi age 16 batur propter vxorem quæ detinebatur ab adultero, vt eam restitueret: nõ autem principaliter cognoscebatur de crimine adulteri, quod ostendit illud verbum, detinere. Nam si actum fuisset de adulterio, eodem modo potuisset reus puniri, etiam si olim detinuisset, licet de præsentis non detineret. Præterea ille textus loquitur in adultero notorio, & in criminibus notoriis potest episcopus cognoscere propter præsum

præsumptam negligentiam secularis iudicis, vt dicit Abbas hic & ibi dicam. Non obstat capitu. gaudemus. quia ibi mulier illa non fuit collocata in monasterio in pœnam, sed in prouisionem, vt mulier honeste viuat, declarando vt ibi per Abb. in secundo intellectu. Non obstat c. intelleximus. quia ibi nulla pendeat accusatio adulteri, sed episcopus eos excommunicauerat, quia non redierant simul, prout ipse præceperat: & sic excommunicatio fuit lata in pœnam contumaciæ, non in pœnã criminis. Non obstat ratio Abb. quia sacramentum in matrimonio consideratur propter cuitationem diuortij: vnde diuertendo læditur sacramentum, sicut adulterando læditur fides promissa. c. omne. xxvij. q. ij. & propterea quoad separationem, quæ respicit sacramentum, ordinarius inquit. d. c. tuæ. non quoad cætera. Præterea admissa ratione Abbatis, sequeretur quod ecclesiasticus non possit inquirere de adulteriis bigamorum, in quibus est defectus sacramenti. d. c. debitum. Iste ¶ ergo text. quatenus tribuit episcopis facultatem inquirendi in adulteros, potest intelligi primò generaliter in clericis. Secundò potest etiam intelligi in laicis delinquentibus cum ecclesiasticis: quia talis cognitio est etiam de foro episcopi. argum. c. quidam clerici. lxxxj. distinctio. & c. eos. xxij. distinctio. per Fed. de Sen. consil. clxij. & quod not. Maria. Soci. in d. c. cum sit generale. Item potest generaliter intelligi tam respectu clericorum, quàm etiam respectu laicorum, non ad pœnam temporalem, sed ad pœnitentiam imponendam: pro quo est text. xxxij. quæst. v. c. fi. & ibi Archid. & ij. q. vj. c. cathol. & ita istum text. intelligit Ioan. And. in c. ad nostram. ij. de iure iur. Et iste intellectus suadet ex vltimis verbis tex. dum dicit, ad ea, quæ Deo placita sunt, prosequenda. Nam talis pœnitentia est illa quæ proprie Deo placet, non autem pœna criminalis. c. ponderet. in fina. & c. seq. §. distinctio. Et istud etiam suadent illa verba, secundum quod Canones censent: nam intelligitur de pœnitentibus. c. ij. de pœnit. & remiss. Nec obstat quod text. dicat implorandum esse brachium seculare: quod non videtur habere locum vbi agitur de pœnitentia, ex quo illa ad volentes pertinet, non ad coactos, quia respondeo, quod ista est proprie dubitationis ratio iustius text. per quem deciditur, pro tali pœnitentia imponenda posse implorari brachium seculare. & de hoc est tex. in c. displicet. xxij. quæstio. iij. & in tali pœnitentia possunt illa etiam verba verificari, vlcisci & iudicare, de quibus in textu. & hoc probatur in c. quis non potest. xxij. quæstio. iij. Et iste intellectus est sustentabilis, & in se verus, sed communis est notabilior, & ideo tenendus. Nota 18 sextò, ibi, vlcisci & iudicare, quod præposterus \* ordo toleratur in iure. Nam prius iudicatur, deinde fit vltio, & tamen text. prius posuit de vltione. & ita notant Imola, Butr. & moder. hinc. Et istud facit pro sustentatione libelli, quando aliquis petit Titium cogi & compelli ad soluendum, & ad prædicta condemnari: nam valet talis libellus, non obstante præposteratione, vt etiam concludit Bart. in l. j. C. de execut. rei iudic. cum concor. per Alexand. & Iaf. in l. ij. §. prius autem. ff. de vulga. & pupill. & Iaf. in §. j. Instit. de actionibus. & facit c. literas. vbi Abbas, in tertio notab. infra de restitu. spoliato. Sed tu aduerte, quia potest defendi iste text. ab hac præposteratione. Nam inquirendo, incipit episcopus 19 vlcisci delictum: quia incipit \* inquisitus notari saltem infamia facti, quia eius opinio est grauata apud bonos viros: licet lata sententia, particularis vindicta deinde fiat in condemnatum, vt probatur in c. inquisitionis. §. ad hæc respondemus. ibi, propter Deum huiusmodi puniendum. j. de accus. Nam tex. ibi appellat processum inquisitionis, pœnam, & propterea non potest fieri nisi præcedentibus legitimis iudiciis. c. licet. de simo. Nota septimò, ibi, & cum opus fuerit, & c. quod iudex ¶ ecclesiasticus in executione suæ sententiæ implorat \* brachium seculare. facit text. in ca. quoniam. j. eod. & xxij. q. iij. c. non inuenitur. cum similib. Et è conuerso laicus quandoque implorat officium iudicis ecclesiastici (exempli gratia, vbi condemnauit aliquam adulteram, quæ debet detrudi in monasterium) secundum 20 auth. sed hodie. C. de adul. Nam cum iudex laicus non habeat monasteria, debet implorare officium episcopi, qui illi concedet. arg. l. inter pœnas. ff. de interdi. & releg. & ita tenet Soc. in d. c. cum sit generale. ita saluando dictū Archi. xxv. q. ij. c. Rex debet. vt ibi per eum. Est tamen differentia inter istos: quia ecclesiasticus potest cogere seculare, etiam per censuras, vt sibi præstet auxilium. c. ij. de maledi. & per Sicul. hinc. Sed secularis non potest cogere ecclesiasticum, vt dicit hic Inno. & sequuntur omnes. Est verum quod non debet ecclesiasticus implorare tale brachium, ad puniendum clericum, nisi sit incorrigibilis. c. cum non ab homine. j. de iudi. Secus est si imploret non ad puniendum, sed fortè quia eius timeat potentiam, vt per Abb. in d. c. quoniam. in fin. j. eod. Nota vltimò, ibi, non ad præiudicandum, 22 secundum intellectu cõmunem, quod ecclesiasticus \* implorans brachium seculare, intelligitur implorare citra præiudicium suæ iurisdictionis. Et ex hoc sequitur, quod non potest iudex secularis prætere aliam iurisdictionem in talem condemnatum, in præiudicium ecclesiæ. Dubium faciebat, quia implorando eius brachium, videtur quodammodo iurisdictione prorogata aduersus reum de consensu ipsius episcopi. l. j. ff. de iudi. & potuisset dici, via quæ elegisti, tibi pateat. l. si mulier. in fi. ff. quod met. cau. & facit quod notat Bal. in l. j. in ij. not. C. de exec. rei iud. vbi dicit, quod si creditor, qui potest propria auctoritate de facto apprehendere bona debitoris, vadat ad iudicem, censetur sibi præiudicasse, & non poterit amplius propria auctoritate vti. Idem tenet Bald. in l. j. C. de seruituti. de quo per Decium consilio cxlvj. in ij. dubio. Sed tamen istæ rationes in casu nostro non militant, quia non potest tribui aliquod 23 ius seculari, ex quo \* iudex ecclesiasticus eius brachium implorat, cum certa limitatione, videlicet non tanquam cognitoris, sed tanquam executoris. arg. c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæretic. in vj. vn. 24 de posset ecclesiasticus, si vellet, omisso iudice, cuius brachium \* implorauit, alium adire. ita probatur

in isto tex. quod est singulariter notandum. Et ex ratione istius text. potest limitari supradicta decisio 25  
 Bald. quæ quotidie occurrit in practica, vt non procedat primò, quando ille qui adiuit iudicem, simpli-  
 citer diceret se facere ad euitanda scandala. argum. l. æquisimum. ff. de usufruct. Nam cessante dubita-  
 tione scandali, videtur quòd propria possit autoritate ire, quia ille còsensus habet limitatam causam,  
 ergo limitatum pariet effectum. l. in agris. ff. de acquiren. rer. domin. l. age. cum similibus. vbi moderni.  
 C. de transactio. Secundò † limitatur, quando expressè reseruasset sibi facultatem ingrediendi, vt con- 26  
 suluit Alexand. consil. cxxix. in causa & lite. in quarto. Idem si dixisset, citra præiudicium iurium suo-  
 rum. argum. istius text. Tertiò limitatur † quoad alia remedia, quia poterit non solùm petere à iudice, 27  
 quòd adiudicet sibi illa bona, sed etiam quòd interim eum incarceret, ex quo in executiuis possunt plu-  
 ra remedia eodem tempore intentari. vt per Bartol. in l. consentaneum. C. quomo. & quan. iud. & per  
 Alexan. in l. iij. §. si ex conuentione. in princ. ff. de re iudica. l. in l. nulli. C. de iudic. quod tamen vide-  
 tur intelligendum, quando post primum remedium debitor adhuc remanet contumax, & non soluit.  
 cap. quoniam frequenter. §. fina. infra vt lite non contest. Quartò limitatur, † quando creditor videns 28  
 fortè iudicem negocium differentem, permisisset labi instantiã datam causis executiuis à statuto: nam  
 videtur quòd resarcitis expensis, possit denuò propria autoritate bona debitoris occupare. argum. au-  
 thent. qui semel. C. quomo. & quan. & per not. in l. properandum. in fine. C. de iudic. Sed nunquid \* pos- 29  
 sit iste creditor pro parte vnum adire iudicem, & pro parte adire alium? Iaf. in d. l. nulli. dubitat, & vide-  
 tur innuere quòd sic: quia in executiuis possunt intentari plura remedia, per dictum Bartol. in d. l. con-  
 sentaneum. cum similibus. Teneo contrarium, per regulam d. l. nulli. quæ vult, quòd \* continentia cau- 30  
 sæ non debeant diuidi: quæ regula habet locum etiam in executiuis, vnde in illis procedit reconuen-  
 tio, vt per Bartol. & Docto. in authent. & consequenter. in princip. C. de sentent. per Socin. in c. j. infra  
 de mutuis petitionib. In glossa prima, in prima parte, nota, quòd quamuis lex dicat, quòd episcopi  
 debeant inquirere, tamen requiritur \* quòd præcedat fama. & ista glos. confundit opinionem Angeli 31  
 in l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. x. tenentis per istum textum generaliter intellectum, quòd ordina-  
 rij iudices possunt indistinctè inquirere, etiam si non præcedat fama: secus in delegatis. & ita intelligit  
 iura in contrarium allegata. Sed non puto recedendum ab opinio. glos. quia Angel. reprobatur com-  
 munitè in hoc, vt etiam dicit Aretinus in dicto cap. cum oporteat. & in dicto capi. qualiter & quando.  
 Et ex ista glos. infert hîc Bald. ad statutum disponens, quòd iudex liberè possit inquirere contra adul-  
 tos: nam intelligitur secundum hunc tex. scilicet præcedente fama: & sequuntur moder. hîc. Et in isto  
 casu consequens est, vt non sit plenè verificanda illa qualitas, quòd essent adulteri, sed satis est si solùm  
 deprehendatur per famam: quia statutum \* recipit interpretationem à iure communi. l. si serui. C. de 32  
 noxal. Et ita puto limitandum quòd notat Bartol. in l. j. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. Et quòd dicit  
 Bald. in statuto, adde idem esse in commissione principis. dicto cap. cum oporteat. vbi Docto. infra de  
 accusatio. Declara istam glossam tribus modis. Primò, dum dicit requiri famam ad hoc vt possit inqui-  
 ri, \* istud esse satis si tempore quo incipit inquiri, sit ista infamia: nam quamuis deinde cesset, nihilomi- 33  
 nus tenebit inquisitio, vt dicit Bald. & Imol. in l. is potest. ff. de acquiren. hæred. Et facit ratio, quia fama  
 non est causa finalis inquisitionis, ergo ea cessante, non per hoc debet processus annullari. l. j. in fine. ff.  
 de minoribus. Et sic habes declarationem ad regulam. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris.  
 vt aliqua teneant non solùm quando sunt facta, sed etiam quando cœperunt inesse produci, quamuis  
 à principio fieri non potuissent. & istud dictum etiam sequitur Angel. in tracta. malefic. in verbo, fama  
 publica. Secundò declara istam gloss. vt ita necessaria sit fama, quòd si iudex aliter formaret inquisi-  
 tionem, posset appellari, vt per Bald. in l. ij. in quarta quæstio. C. de episcop. audi. quia inde oritur graua-  
 men irreparabile, propter lites & sumptus, & quia grauatur eius opinio, & quia fortè interim compelle-  
 ret eum iudex stare in carcere. Tertiò declara, vt reus possit, antequam incipiatur \* prosequi contra 34  
 eum, ipse præuenire & demonstrare illam famam non esse sufficientem, putà, quia habet ortum à ma-  
 leuolis, vt est text. vbi omnes. in dicto cap. cum oporteat. Et potest reus pro sua innocentia facere alias  
 probationes, quæ elidant famam, vt per Com. consil. cxxxv. ad primum. per totum. Limita istam glo.  
 primò, † vt non procedat in inquisitione generali, quia illa fit etiam nulla fama præcedente. xxv. quæ- 35  
 stione vj. c. episcopus in synodo. per Abba. & alios hîc. Et licet non requiratur fama, debet tamen prius  
 constare, nunquid maleficium sit commissum, vt per Bartol. in l. fina. in princip. ff. de quæst. & nunquid  
 illud de quo intendit inquirere, sit delictum punibile. argumen. l. si seruus. vbi Bartol. C. de his qui ad ec-  
 cle. confugiunt. Secundò limitatur, quando inquisitio fit ad finem impediendi aliquam promotionem  
 ad honores, vel ordines, non autem ad finem puniendi. c. j. de postulatio. prælato. c. cum nobis. de elect.  
 Et istas duas limitationes refert hîc Abb. & Docto. sequuntur. Et idem est vbi inquisitio fieret ad im-  
 pediendum delictum, de quo dubitaret iudex ne fieret, vt dicit Innoc. in d. c. j. & in simili quòd notat Inn.  
 in c. omnis vtriusque sexus. §. de pœnit. & remiss. gloss. in c. nerui. xiiij. distinct. per And. Sicul. hîc. Et idem  
 est generaliter, vbi inquisitio non fit ad puniendum, secundum Abbat. in c. qualiter & quando. infra de  
 accusatio. Tertiò limitatur, vt quamuis non præcedat fama, satis sit si præcedant \* indicia verifimi- 36  
 lia, vt per Bartol. in l. fina. ff. de quæst. quia talia indicia sunt loco diffamationis. & ita intelligitur d. c.  
 qualiter & quando. & istud voluit Innocentius & Butrius in dicto capitu. cum oporteat. & ibi Areti. Et  
 quo ad hoc vt veniatur ad capturam \* in criminalibus, satis est etiam leuis suspicio, seu aliqualis infor- 37  
 matio

matio, secundum glos. & Salicet. in l. nullus. C. de exhibend. reis. Bald. in l. ij. C. de his qui latro. per Ale-  
 xand. in l. quæstionis. ff. de quæst. cum concordat. Licet quo ad torturam requirantur legitima indicia,  
 etiam si ageretur de causa læsæ maiestatis, vt est text. vbi Dd. in l. si quis alicui. C. ad legem Iul. maiesta.  
 etiam si iudex haberet liberum arbitrium ex forma statuti, vt dicit Paul. de Leaz. in ca. grauis. extra de  
 depoli. & per Alex. in l. filiusfam. ff. de donatio. Aduerte tamen, quia ista procedunt in laicis: sed cleri-  
 ci nunquam possunt torqueri, nisi sint infamati de delicto, vt dicit Abb. antiquus in dicto capit. grauis.  
 quem ibi sequuntur Flor. & Imol. & Abb. cap. cum in contemplatione. infra de regul. iur. infra hoc vo-  
 lumine. cum concordat. per Iaf. in l. magistratib. ff. de iurisdic. omn. iudic. Et propterea posset etiam ge-  
 neraliter teneri, quòd contra clericos non possit inquiri, nisi sint diffamati: & istam diffamationem vi-  
 dentur propriè considerasse iura canonica. Sed tamen puto contrarium, quòd imò procedatur contra  
 38 eos etiam ad torturam, quamuis \* non sint diffamati, prout tenuit Abb. in dicto cap. grauis. responden-  
 do ad illum text. vt ibi per eum. Et confirmatur ratione: nam nulla est ratio cur, si sint legitima indicia,  
 non debeant torqueri, dato quòd non sint diffamati, ex quo plus operantur indicia regulariter, quàm  
 39 diffamatio. l. j. §. ij. & iij. & l. finali. ff. de quæstionib. vnde diffamatio \* simpliciter non facit indicium ad  
 torturam, vt not. in cap. j. infra de appellat. & in cap. veniens. infra de testib. nisi sit verisimilis, vt infra  
 dicam. Nec credo quòd intentio tenentium, quòd clericus nisi diffamatus non possit torqueri, fuerit  
 excludere alia indicia grauia, quæ ex se satis dicuntur facere diffamationem, seu illi æquipollent. c. fu-  
 per eo. & quòd ibi nor. j. de eo qui cogno. consangu. & per Innoc. Butr. & Areti. in dicto cap. cum oporteat.  
 & præsertim quia ista indicia faciunt notorium iudici. c. cum olim. & ibi Abb. §. de verborum signi-  
 ficatio. quòd notorium succedit loco diffamationis. Quartò limitatur, quando inquisitio fit de iussu  
 principis ex certa scientia præipientis contra aliquem inquiri: nam tunc inquireretur etiam quòd nul-  
 la sit contra talem præcedens infamia. l. nullus. vbi Bald. C. ad legem Iul. maiesta. & per moder. in capi.  
 cum oporteat. §. de accusatio. Angel. de Aret. in tracta. malefic. in verbo, fama publica. Quintò limita-  
 tur, vt non procedat coram iudicibus qui non tenentur seruare ordinem iuris. Istud fuit de mente Io.  
 Andr. in cap. olim. de accusa. vbi dicit, quòd contra regulares potest inquiri, etiam non præcedente in-  
 famia, ex quo contra tales iuris ordo non seruatur. cap. repræhensibilis. §. de appell. & d. cap. qualiter. in  
 fine. & illud dictum sequitur Anton. Petr. de Anchar. & Floria. Et licet illa decisio quo ad regulares ha-  
 beat aliquos contradictores, tamen omnes sentiunt limitationem in se veram. Et ex hoc infertur, quòd  
 in delictis enormibus poterit inquiri, etiam fama vel iudiciis non præcedentibus. l. si quis in hoc genus.  
 C. de episcopis & cleri. l. j. C. de fals. mon. ex quo in talibus delictis non seruantur solennitates iuris, se-  
 cundum Innocen. in cap. cum omnes. de const. Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan.  
 infam. cum concor. Et pro hoc facit text. in extrauagan. ad reprimendum. qui sint rebel. vbi potest per  
 iudicem inquiri in crimine læsæ maiestatis, in quo lex non adtedit ordinem iudiciorum, quamuis non  
 præcedat fama, vt ibi per Bartol. in verbo, inquisitionem. Intellige tamen requiri aliqualem suspicio-  
 nem. & istud probatur in cap. excommunicamus. lo. j. §. adicimus. vbi Flor. & Ioan. de Ana. §. de hæret.  
 nam in crimine hæresis, inquiritur etiam si non subsit aliqua infamiae nota, sed aliqualis suspicio tantùm  
 putà quia quis discrepat à cõmuni conuersatione: quòd bene nota, quia sæpius in facto contingit. Sextò  
 limitatur, vt quamuis non præcedat infamia, si formetur inquisitio, & reus non opponat, quòd teneat  
 processus, secundum Pet. de Ancha. & moder. hîc. & per Ange. in loco supra alleg. & est text. in cap. fin.  
 de accusat. in sexto. vnde aduersus conrumacem poterit procedi, etiam quòd non sit diffamatus, secun-  
 dum Abbat. in cap. qualiter. Septimò limitatur, vt si formata sit inquisitio, non existentibus fama nec  
 iudiciis, & reus captus confiteatur delictum, conualidatur iudicium, & ex tali confessione poterit con-  
 demnari. text. est in capi. j. de accusatio. in vj. & per Anchara. in Clement. j. de homic. & per Angel. in d.  
 verbo, fama publica. & Barth. Cæpol. in consil. lxxvij. teneo idem. Contrarium de directo tenuit Alex.  
 in l. qui in aliena. §. Celsus. in addit. ad Bartol. ff. de acquiren. hæred. allegans idem tenuisse Ancha. con-  
 40 sil. xxiiij. Puto distinguendos esse tres casus. Cùm † iudex sine fama vel iudiciis incipit inquirere, & pro-  
 cedit ad capturam, aut reus confitetur in tormentis, & non poterit condemnari etiam si post tormen-  
 ta ratificauerit confessionem, ex quo fuit iniuste tortus, non præcedentibus iudiciis legitimis. ita est text.  
 vbi Bartol. & Doct. in l. penult. ff. de quæst. cum concor. per August. de Arim. in addit. Ang. in loco supra  
 allegato. Aut reus confitetur absque tormentis, deinde confessionem factam reuocat, & adhuc non  
 poterit puniri, quia illa prima confessio præsumitur emanasse metu iudicis, vt per Bald. in l. nouissimè.  
 ff. quod fal. tuto. auto. gest. Et in isto casu propriè loquitur Anchara. in d. consil. xxiiij. & ita intelligo Ale-  
 xan. in d. §. Celsus. Et propterea in tali casu non posset iste compelli ad perseuerandum in prima con-  
 fessione, de quo per Innoc. in cap. per inquisitionem. de elect. Abb. in d. c. qualiter. in fi. & Iaf. in l. magi-  
 stratib. ff. de iur. om. iud. quòd not. quia est singularis limitatio ad tex. in d. c. j. de accus. Aut, & tertio, iste  
 captus confitetur, nec reuocat confessionem, & tunc poterit condemnari ex tali confessione. d. c. j. &  
 per Alex. in l. quæstionis. ff. de quæst. & faciunt quæ not. Alex. in l. si confessus. ff. de cust. reor. & Soc. in l.  
 41 ij. ff. de lib. & posth. Oportet † limita in episcopo & metropolitano, qui procedunt ad inquisitionem omif-  
 so articulo infamiae, secundum gl. in c. ij. de accus. in vj. cuius opinio videretur eadem cum illa, quam dixi  
 tenere Ang. in l. si vacantia. C. de bo. vac. lib. x. & ita etiam tenet Ang. de Are. in tract. malef. Et dicit ibi  
 Aug. de Arim. quòd assessores ita communiter obseruant, licet malè, secundum eum: & dicit veritatem,



quia illa gl. non est vera, & est contra istum tex. secundum communem intellectum, & eam in terminis reprobatur Floria. in d. c. qualiter. in xxj. q. quem ibi refert & sequitur Io. de Ana. Sed tu potes saluare gl. in casibus s. enumeratis. Præterea illa gl. saluari potest, eam aliter intelligendo, vt distinguamus: Aut episcopus procedit ex mero officio, & satis est quod clamor sine fama ad eum peruenit, quamuis de hoc articulo nihil constet in actis. aut requirit seu inquirat ad denuntiationem alicuius, & tunc debet constare de infamia in actis: & iste articulus non potest omitti. & ita etiam tenuit glo. quam ibi sequuntur communiter Doct. in d. c. qualiter. in secunda parte gl. Licet non esset bene cautum iudici ordinario, 42 quando appellaretur à formatione inquisitionis, quia tunc non staretur dicto suo, si attestaretur coram iudice appellationis, quod recepisset informationes extraiudiciales de infamia, prout dicit Ab. in d. c. cum oporteat. Si vero reus non appellaret, quamuis opponeret non præcessisse infamiam, nihilominus teneret inquisitio, & tunc staretur dicto ordinarij. & ita intelligo glo. in d. c. ij. licet Dec. inaduerterter contrarium consulerit conf. clxx. Non d. limita, quando iudex inquirat ex necessitate officij sui: nam 43 tunc poterit inquirere, etiam non præcedente fama, vt dicit Ange. in d. l. si vacantia. in v. artic. per text. in c. ad nostram. ij. j. de iure iur. sequitur Ange. de Aret. in tract. malef. in iij. char. Vnde infert ad statutum quod mandat iudici, vt inquirat de tali crimine, sub certa pœna: nam tunc debet inquirere etiam non præcedente infamia. Sed tu aduerte, quia ista limitatio non videtur vera, & contra not. per Bal. h. c. vt s. retuli, ex quo tale statutum debet recipere interpretationem à iure communi. d. l. si serui. C. de nox. & quod no. Ful. conf. clxxv. visis testium & c. Nec tex. in d. c. ad nostram. obstat in contrarium, quia ibi non inquirerebatur ad finem puniendi, sed quia vertebatur periculum animæ, quo casu indistinctè inquiri potest, etiam non præcedente infamia, vt s. dixi in ij. limit. Posset fortè saluari ista limitatio in casu, quo iudex haberet saltem aliquam suspicionem, vt stante tali statuto, tunc teneatur inquirere. arg. l. tutor. ff. de his quib. vt indign. vbi tutor non videtur calumniatus, si cogente matre, vel libertis pupilli instantibus, eius nomine testamentum falsum dixit: & hoc, quia ad hoc tenebatur ex necessitate officij, vt de clarat Bar. in d. l. ij. si publico. ff. ad leg. Jul. de adult. Ergo in simili, idem possumus dicere in iudice inquirente, qui propter statutum, ex necessitate officij cogitur inquirere contra tales delinquentes, sub pœna facit l. si certus. ff. ad Silla. & quod not. xij. q. ij. c. quæstionem. Vltimò cogita si posset limitari ista 44 conclusio, vt non procedat quotiescunque contra iudicem inquirentem absque fama, non esset verisimilis præsumptio calumniæ. Nam (vt dicit Bart. in d. s. si publico.) ideo in inquisitione requiritur quod præcesserit fama, ne aliàs iudices calumnientur subditos: vnde cessante ista ratione, cessabit dispositio. l. adigere. s. quamuis. de iure patr. c. cum cessante. j. de appel. Et aliquos casus in quibus cessat ista suspicio, posuit Bart. in d. s. si publico. Sed pulcher articulus est, quia gl. & Doct. dicunt, quod ad hoc vt for- 45 metur inquisitio, requiritur quod præcedat fama: an debeat ista fama plenè probari, secundum tradita per Bar. in l. de minore. s. plurimum. ff. de quæst. an verò satis sit, si simpliciter probetur aliquis clamor, & mala suspicio vulgi? Raph. Fulg. in conf. cxxxvj. vult, quod fama legitime probetur, ad hoc vt possit inquiri: quod dictum est notabile, & facit tex. in d. c. cum oporteat. & d. c. qualiter & quando. vbi Innoc. Et facit, quia cum lex dicat requiri famam, debet intelligi de legitime probata, vt per Bald. in c. veritatis. j. de dolo & contum. & in l. diffamari. C. de ingen. manumif. & Abb. in cap. veniens. j. de testibus. In contrarium facit, quia leuiora indicia requiruntur ad formandam inquisitionem, quam ad torturam, vt per Sal. in l. fina. C. de quæst. & Roma. in l. si certus. ff. ad Sillan. Sed fama plenè & legitime probata, si est verisimilis, facit indicium ad torturam in foro canonico, in quo facit semiplenam probationem, vt dicit Gandinus in tract. de quæst. & Guido de Suza. in simili tract. in rub. qualiter reus subiiciatur tortu. in prin. de quo tamen dic vt per Bar. in d. l. si. ff. de quæst. & Doc. in d. c. veniens. Ergo ad inquisitionem debet sufficere, etiam si fama non sit omnino legitime probata. Secundò confirmatur per text. in c. licet Heli. j. de simo. vbi ponitur alternatiua inter publicam famam, & insinuationem frequentem. & sic satis est, si fuerit per plures personas, seu frequenter iudici insinuatam, non autem est necessaria legitima fama: insinuatio enim significat expositionem iudici factam. c. quia plerique. vbi Archid. j. de offic. ord. in vj. Tertio confirmatur per text. in l. iustissimos. C. de offi. rect. prouin. vbi acclamatio popularium est satis ad formandam inquisitionem, per quem tex. dicit Io. And. in addi. Spec. in tit. de noto. cri. in addi. super verbo, reprobatus, quod fama quamuis fragilis & incerto autore orta, est satis pro formanda inquisitione, & sequitur Aret. consil. lxxij. licet contrarium videatur tenuisse Anch. conf. cclij. nisi eum intelligas quo ad torturam. Puto istud multum residere in arbitrio iudicis, vt si ei federit, hoc est, verifi- 46 mile sibi sit reum delictum commississe, possit procedere ad inquisitionem, etiam si fama non esset plenè probata. l. iij. s. eiusdem. ff. de testib. prout in simili dicitur de aliis indiciis, de quibus per Bar. in d. l. si. & Aret. in d. c. cum oporteat. & facit quod not. Com. conf. lxxvij. in prin. vbi si plures testes dicant de fama, licet non asseratur à quibus audiuerint, tamen faciunt multum fidei. Si verò iudex videat non esse rem verisimilem, vel famam non esse sufficientem, licet non inquirat, tamen poterit procedere ad occultam indagacionem, vt dicit Fel. post alios in c. cum in iuuentute. j. de præsump. Postremò dum gl. in fi. dicit, quod in isto casu recipiuntur testes etiam lite non cõtest. quomodo possit lis in inquisitione con- 47 testari, declara vt per Abb. in c. sunt alij. & Doct. in dicto c. qualiter. vbi dicunt, quod cum fama succedat loco accusatoris, videtur quodammodo lis cum fama contestari. Et hoc est cum iudex interrogat reum, & ille non opposita aliqua exceptione declinatoria vel dilatoria respõdet, negando delictum, vt per

per Barto. in l. is qui reus. ff. de publ. iud. Et ista glo. procedit quando iudex inquit ex mero officio: scilicet si ad denuntiationem alterius, quia tunc contestanda est lis cum denunciatore, & deinde admittendi testes circa veritatem negocij, vt per Innoc. & Ioan. And. in c. cum clamor. j. de testib. sequitur Butr. Imol. & moder. h. c. Et pro hoc facit, quia cum accusatore lis est contestanda. l. adulteram. C. de adulte. & per Bart. in d. l. is qui rem. ergo etiam cum denunciatore, qui regulariter valet argumentum de vno ad alium, vt per Bartol. in d. l. diuus. ff. de custod. reor. & practicus Pap. in forma inquisitionis. Et in hoc est differentia inter ius ciuile, & canonicum, vt ibi dicitur: quia in foro ciuili requiritur; quod denunciator sit officialis publicus. l. ea quidem. C. de accusat. Sed de iure canonico admittuntur etiam priuata personæ. c. licet Heli. de simon. de quo tamen dic vt per Felin. in c. sicut olim. infra de accusat. & Angel. de Aret. in suo tracta. malef. in verbo, necnon per denuntiationem. Glof. in verbo, iudicare. No- 48 ta ex ista glof. quod delinquens ratione delicti sortitur forum, quamuis aliàs ibi non sortiretur. & probatur in l. j. C. vbi de crimi. agi oport. Et est ratio, quia delinquens alligat seipsum, & videtur consentire in proroganda iurisdictione, vnde tenetur etiam naturaliter ex præsumpto consensu, vt per Barto. & Doct. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & propterea si non puniatur in loco delicti, poterit puniri in loco originis, secundum formam statutorum loci in quo deliquit. l. facularij. s. sunt quædam. ff. de extra ordina. crimi. per moder. in l. cunctos populos. C. de sum. trinit. & fid. cathol. Et ista est communis opin. vt attestatur August. de Arim. in tract. malef. Angeli, in verbo, hæc est quædam inquisitio. & Alexan. consil. cxj. ponderatis. in j. Amplia istam regulam, vt procedat etiam in Imperatore, vel rege, qui si de- 49 linquat in territorio episcopi, poterit \* per eum puniri, vt est glof. in c. si duo. xcvj. distin. & c. quoniam. xvij. distin. & facit text. xj. quæstio. iij. c. cum apud. quod intellige, præmissa tamen monitione canonica, iuxta text. in cap. nouir. de iudic. & ita tenent Innoc. Hostiens. Butr. Imol. & moder. h. c.: quod ipsi restringunt, nisi princeps delinquens esset nimis seuerus, vel iniuriosus: quia tunc episcopus non debet eum punire, sed relinquere eum iudicio Papæ: quod dictum videtur potius esse de consilio, quam de iure, ex quo, vt supra dixi, delinquens videtur prorogare iurisdictionem, quæ non procedit etiam in maximo principe. glof. in ca. sanè. ij. s. de offic. delega. & in l. est receptum. ff. de iurisdic. om. iudic. Secundò amplia, vt si iste delinquens euaserit, & alibi carceretur, debeat iudex eum remittere puniendum ad iudicem delicti, declarando istud vt per Bartol. in l. si is cui. s. fina. ff. de accus. & Guido Papa in decis. q. cij. 50 cum concord. Limita tamen istam glof. vt non procedat quando delictum commissum, non esset delictum communiter, sed in illo loco tantum: nam tunc succurreret delinquenti, qui cum esset forensis, verisimiliter ignorauit illud esse delictum. Vnde si talis conduceret triticum extra territorium, contra formam statuti, quod verisimiliter ignorauisset, debet restitui in integrum, ex clausula generali. Si qua mihi iusta causa videbitur, de qua in l. j. ff. ex quib. caus. maior. & ita tenent Innocen. Butr. & Imol. in rub. s. de consuetud. Card. & moder. in cap. fina. in xij. quæst. eod. titu. & per Doc. in d. l. cunctos populos. Secundò limita in foro pœnitentiæ: quia non debet absolui per ordinarium loci, in quo deliquit, sed per suum proprium sacerdotem, vt est glof. xvj. q. j. c. j. Lapus & Abb. in c. j. de rapt. Ioan. de Ligna. Abb. & moder. in c. cum contingat. j. de foro competen. Roma. sing. cccclxj. ratione delicti. Glof. in verbo, canones. Declara eam vt h. c. per Abb. & dum dicit, quod crimè hæresis, est merè ecclesiasticum, ita quod laicus nullo modo se potest intromittere, pro quo est tex. in c. inquisitionis. s. prohibemus. j. de hæretic. in sexto. & cum ista conclusione transcunt omnes indifferenter, in ca. cum sit generale. j. de foro compe. adde, quod ista conclusio in se est vera, quia nullo modo potest laicus se intromittere de tali cri- 51 mine. Sed posito quod crimen amplius non refricetur in dubium, nunquid possit procedere ad confiscacionem? verbi gratia: Episcopus pronuntiauit aliquem hæreticum, nunquid statim secularis iudex poterit eius bona confiscare? secundum auth. Gazaros. C. de hæret. etiã inuito episcopo, qui fortè expectat, vt pœniteat, & abiuret hæresim, ad finem vt sibi pœnam remittat, iuxta text. in c. ad abolendam. j. de hæret. Videtur quod non, per gloss. xxij. q. vij. in summa. & per Cardi. in Clem. j. s. sanè. in j. quæst. de hæretic. Felin. in c. j. de hæret. Potest tamen teneri quod sic, & pro hoc iuduco tex. in epist. inter claras. in fi. C. de sum. tri. & fide cath. vbi Ioan. pontifex pronuntiauerat aliquem hæreticum, & rogat Imperatorem, vt si talis pœniteat, nolit aduersus eum aliquid mali facere: & sic præsupponit quod potuisset eum punire. Et ista opinio tantò fortius mihi placet, quia aliàs titulus C. de hæreti. nobis seruaret de nihilo, & esset correctus, & præsertim d. auth. Gazaros. quæ tamen fuit promulgata auctoritate pontificis, vt apparet in corpore vnde sumitur. Nec obstat text. in d. s. prohibemus. quia prohibet cognitionem criminis, non autem interdicit, quin cognito crimine possit secularis exequi ius suum. Nec obstat si diceretur, quod sicut quo ad crimen seruamus ius canonicum, ita etiam est seruandum quo ad damnationem bonorum, prout in simili dicit Abb. & Ioan. de Ana. in cap. vrgentis. j. de hæreti. & Alber. de Rosa. in l. cognouimus. C. de hæret. quia respondetur, quod etiã quo ad damnationem seruatur tale ius, quod mandat confiscari bona. cap. cum secundum. de hæretic. in sexto. Sed vbi hæreticus est damnatus, non licet condemnato pœnitere in præiudicium iuris quæsitifisco: quia licet ecclesia approbet talem pœnitentiam, non tamen id facit in præiudicium fori secularis, vt probatur in d. epist. inter claras. In eadem ibi, item crimen vsurarum. Vult ergo glossa relata ad textum quod episcopus possit criminaliter 52 inquirere aduersus \* vsurarios: quod in vsurariis manifestis est clarum. cap. cum in tua. & capitu. cum in omnibus. de vsuris. & per Signor. de Homodeis. consil. cclix. iij. quæstio. in prin. In non manifestis



verò adhuc potest procedi ad finem, vt restituantur malè ablata, & pro euitatione peccati. capi. ad no-  
stram. ij. vbi Innoc. & Docto. infra de iureiur. & per Soc. conf. ccxix. vbi notabiliter tenet, quòd contra  
tales poterit procedi etiam ad torturam, vt eruatur veritas. per text. in capitu. grauis. de depofi. vbi in  
causa ciuili, quando habet crimen annexum, deuenitur ad torturam, etiam liberi hominis, pro ha-  
benda veritate. Sed pulcher punctus est, an iudex † secularis possit aduersus vsurarios, pro emendan-  
dis moribus, & pro publico interesse, criminaliter procedere. Glos. hinc videtur sentire quòd non, dum  
vult quòd tale erimen sit merè ecclesiasticum. Pro qua primò facit quòd notat Abbas in cap. cum sit ge-  
nerale. de foro competenti. vbi concludit, quòd vbi disputatur, an aliquis contractus sit vsurarius vel  
ne, semper attendimus iudicium ecclesiasticum. Secus si clarum sit esse vsurarium, & simpliciter dispu-  
tetur de facto, quia reputantur vsuræ. & ita est communis conclusio in dicto cap. cum sit. vt ibi per Fe-  
linum & per Bartol. & Alexand. in l. Titia. ff. soluto matrimo. & per Alexand. consi. ix. præstantissimis.  
in quarto. Secundò facit, quia vsuræ infra legitimum modum, sunt de iure ciuili permiffæ, vt est com-  
munis conclusio in l. cunctos populos. C. de summa trinitate & fide cathol. ergo non debet iudex secu-  
laris procedere contra tales, ex quo fiunt lege permittente, vt not. in l. Gracchus. C. de adulteriis. Ter-  
tiò istam opinionem tenuit Bal. & Sal. in l. improbū. C. ex quib. caus. infra. irrog. Mouentur, quia non re-  
peritur legibus cautum, quòd contra tales criminaliter procedi possit. Nec dicatur, quòd potest agi cri-  
mine stellionatus, quia tale crimen requirit dolū, qui nō videtur interuenire in casu nostro, ex quo isti  
contractus fiunt partibus cōsentientib. vnde volenti nō fit dolus. l. nemo videtur fraudare. ff. de reg. iu.  
& secundū istam partem consuluit Dec. consil. clxx. per totum. & ita etiam videtur voluisse Bal. consil.  
cccclix. incip. ius naturale. in fi. in iij. vol. Contrariā partem tenuit Iac. But. in d. l. improbū. & videtur  
fuisse de mente gl. Cin. & aliorū ibi, q̄ imò possit cōtra vsurarios procedi, ranquam teneantur crimine  
stellionatus, & puniatur pœna extraordinaria: ex quo regula est, quòd pro quolibet delicto etiā priua-  
to, ratione interesse publici, procedatur ad pœnā extraordinariam. l. si. ff. de extraor. cri. l. licitatio. aliās  
incipit locatio. §. quod illicite. ff. de publ. Eandem partem tenuit Io. Monachi, Archid. Io. And. & Gemi.  
in c. j. de vsur. in vj. vbi dicunt, quod vsurarij \* puniti per episcopum, poterunt etiā puniri per secularem  
in excessu pœnæ, per not. in isto tex. in gl. fi. & ita etiā tenuit Io. Bap. de S. Seuerino, in rep. d. l. cūctos po-  
pulos. & Corn. consil. xix. in iij. & pro ista parte facit ratio Abba. in d. c. cum sit generale. nam cū tale  
delictum sit punibile lege canonica, ergo etiam debet idem dici de iure ciuili, quia iura non dedignantur  
sacros canones imitari. in authent. vt cleri. apud proprios episcopos. & j. de oper. no. nuntia. capit. j.  
Et ista opinio mihi magis arridet, quia est magis communis. Non obstat quòd crimen vsurarum sit ec-  
clesiasticum, quia istud est verum vbi disputatur, nunquid talis contractus sit vsurarius, vel ne: sed nos  
disputamus de facto, videlicet, nunquid talis fecerit illum contractum vsurarium, quo casu etiam secu-  
laris se intromittit, vt per Barto. in l. ij. ff. de iurisdic. omn. iud. & notatur in d. l. Titia. Non obstat secun-  
da ratio, quia responde, vt per Abb. in d. cap. cum sit. cuius responsio procedit, siue agatur ciuilitè, siue  
criminaliter. Non obstat tertia ratio, quia imò in tali crimine est dolus, quando est excessus legitimus  
modus vsurarum, ex quo talis contractus fit contra expressum præceptum legis. d. l. improbum. & in  
isto casu loquitur glos. & Butrigar. ibi. Præterea ex quo lex canonica expresse resistit tali contractui,  
vsuræ non transeunt in dominium accipientis, vnde talis quodammodo furtum committit. l. si quis  
vxori. §. cū creditorem. ff. de furtis. & per Bald. in d. conf. cccclix. in princip. & dicitur dolose agere,  
vnde per extensionem passiuam lex ciuilis potest eum punire: sicut aliās videmus quòd potest iudex  
punire subditum suum de delicto in alterius foro commissio, vt per Bartolum in l. si is cui. §. fina. ff. de ac-  
cusatio. Et propterea in practica quandoque vidi iudices seculares procedere contra vsurarios volen-  
tes exigere credita secundum literas cambij, quas constabat esse simulatas: & tunc dicitur constare,  
quando apparet ex eorum libris, vel ex confessione eorum, secundum Socin. dicto consil. & in vsura-  
riis manifestis casus est clarior. cap. licet. de iureiuran. in sexto. & per Abbat. in dicto capitu. cū sit ge-  
nerale. In eadem ibi, item ex eo, &c. Hæc est secunda pars glos. in qua glos. tangit illam quæstionem  
an iudex debeat iudicare secundum conscientiam: in qua Felinus in capitu. pastoralis. §. quia verò. su-  
prà titul. ij. ponit regulam cum septem fallentiis: sed nos attingemus hinc solum casus dubios. Fac ergo  
regulam †, quòd iudex debet iudicare secundū allegata, & probata, nō secundū conscientiam tantum. 55  
l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præf. vbi Bart. & Doct. idem Bart. in l. vnica. C. vt quæ defunt aduoc. &c.  
cum concord. ibi per Alex. & dicit Bald. in cap. nisi pridem. de renuntiat. quòd si iudex dicat, ego ita iu-  
dico secundum conscientiam, non valet sententia: quod tene mēti. Est verum quòd tex. in d. §. veritas.  
parum facit, quia ibi erat erratum: dicit tex. quòd obseruabitur veritas probata, & sic ibi probatio præ-  
ualet errori, non autem conscientia. Melius facit ratio: nam iudex habet iudicare secundum verita-  
tem. l. rem non nouam. C. de iudi. in authent. iusiurandum quod præstat. §. æquius. sed veritas dicitur ef-  
se illud, quod probatum est, vel per legem præsumptum, vt est tex. singularis. in l. fin. in fi. ff. de prob. & fa-  
cit tex. in c. j. ibi, verum iudicium. iuncto c. laudabilem. §. de frig. & malef. Ex hoc infertur, quòd si iudex  
sciat aliquem deliquisse, si delictum contra eum plene \* probatum non est, debet tantum definitiue ab-  
soluere, non autem ab obseruatione iudicij, vt tenuerunt Io. Andr. Calder. Cardina. & Abb. in d. §. quia  
verò. Abb. & Imol. hinc, qui per d. regulam reproban opinionem Anton. de Butr. dicentis quòd tali ca-  
su deberet absoluere ab obseruatione iudicij. Et pro ista opi. contra Butr. est ratio vrgens: nam vbi cun-  
que

que iudex statuit terminum actori seu accusatori ad probandum, si deinde probatum non sit, debet se-  
qui definitiua, vt est tex. in auth. qui semel. C. quo. & quam. iu. & per Barr. & doc. in l. properandum. §. et si  
quidem. C. de iudi. & quod no. in l. qui accusare. C. de eden. Et idem dicendum est de iudice inquirente,  
quando assumpsit probationes super veritate criminis, vt licet per Abba. qui allegat rationem: quia oc-  
cultra iudicio Dei relinquenda sunt. vj. q. j. c. li omnia. & c. qualiter. j. in fi. de accu. Et ista doctrina Doct.  
hic facit ad casum, qui quotidie est in practica. Nam isti iudices vbi vident non poss. procedi ad con-  
demnationē, quia probationes \* fortè non sunt concludentes, solent pronuntiare, non est rebus sic stan-  
tibus ad vltiora procedendum: quæ sententia est interlocutoria, vt dicit Bar. in l. Titia. versi. secun-  
do modo. ff. de accu. Et est ratio, quia nō imponit finem negotio: vnde si superueniant noua indicia, ipsi  
rursus incarcerant reum, & exigunt nouas pecunias. Puto, quòd istud fieri non deberet, quia reus non  
debet teneri in suspenso hoc modo. l. ij. C. de exhi. reis. & per Io. de Ana. in consi. xvij. quod no. Alexan.  
consi. clxxx. versi. vltierius. in secundo. imò debet definitiue absolui, vt dicunt Docto. hinc. Et istud tanto  
57 fortius procedit in crimine falsi, vbi iudex nunquam debet interloqui, \* quid sentiat circa merita cau-  
sæ, sed debet, vel absoluere, vel condemnare. l. vbi. C. de falsis. & si reus non appellet ab ista interlocu-  
toria, curret tamen instantia, & consequenter lapsò biennio, à die quo reus inquisitioni respondit, vel  
fecerit actum æquipollentem, putà quia examinatus à iudice negauit delictum, nō poterit amplius mo-  
lestari. l. si. vbi Bal. & Sal. C. vt intra certum tempus cri. act. & c. l. ii. de quo. vbi Sali. C. ad Turpil. vnde  
etiam quòd superuenirent noua indicia, non tamen poterit contra eum amplius procedi. & ista proce-  
dunt in foro ciuili. quid autem sit in iure canonico, dependet ex no. in c. pe. j. de iudicis. vbi tangitur, an  
59 causæ in eo foro instantiam habeant. Limita † istam regulā primò in iudice qui sit supra leges, & ha-  
beat facultatem eas condendi, quia talis debet iudicare secundum conscientiam, vt per Barto. in l. vni-  
ca. in fi. C. vt quæ def. & c. cum concord. Idem videtur in senatoribus, secundum Guid. Pap. in xxix. q. in  
deci. Delph. qui dicit ita quotidie practitari. Istud intellige, quando totus Senatus cognoscit, aliās vnus  
senator, cui fortè sit commissæ causa, tenebitur iudicare secundum allegata & probata, quia talis non  
habet facultatē condendi legem. & cessat ratio Bar. & doct. in hoc casu, & facit, quia in tali ordine sunt  
constituti vt vniuersi, & sic tanquā collegium, non vt singuli, vt per Ancha. & mod. in c. sicut olim. j. de  
60 accu. Secundò † limita, quando iudex habet certam conscientiam, in qua nihil dubitat: quia tūc non  
debet contra conscientiam iudicare, condemnando aliquē innocentem. arg. c. qui scādalizauerit. j. de  
reg. iu. & quia aliās peccaret mortaliter. c. sacris. j. quod me. cau. & per Mathes. in c. j. de sen. excom. Inn.  
Cald. Abb. & Feli. in d. cap. pastoralis. Puto quòd in tali casu debeat iudex rescribere principi, & facere  
quod ipse mandauerit. l. diui. ff. de pœnis. l. j. §. si. ff. de quæst. merito enim iste casus reddit iudicem dubiū,  
vnde debet cōsultare principē. §. si. in auth. de iudi. l. solent. §. legatos. ff. de of. procon. Sed quid, si prin-  
ceps simpliciter rescribat, quòd procedat prout iuris, & nolit istud onus supra se assumere? Videretur  
quòd iudex deberet sequi probata & allegata: quia videmus quòd propter rigorem iuris seruandū ali-  
qua fuerunt introducta, etiam contra veritatē. probatur istud per text. in d. l. diui. in versicu. quibus vel  
pœna imminuta. Idem probatur in causis ciuilibus, in quibus per superuenientiam instrumenti non ta-  
men reuocatur sententia. l. sub prætextu. ij. C. de transact. l. Imperatores. ff. de re iudi. Puto, quòd iudex  
liberetur, si iurauerit, & pronuntiauerit sibi non liquere de causa, iuxta text. in l. Pomponius scribit. ff.  
de re iudica. & quod in simili dicit se fecisse Aul. Gellius in noctibus Atticis, libro iij. capi. ij. Angel. in l.  
61 non quemadmodum. ff. de iudic. & Docto. in l. si iudex. ff. de iudicis. Tertio limita † vltra alios, vt  
non procedat in casu posito per Baldum in l. j. C. de manumiss. vindict. vbi dicit, quòd potest moue-  
ri iudicis animus ad iudicandum, etiam ex non scriptis in processu, puta, ex aliqua confessione coram  
se viua voce facta, per glossam in l. quoties. §. fina. ff. de probation. & istud dictum sequitur & commen-  
dat Alexand. in l. si is apud quem. ff. de acquirenda hæred. & Felin. in cap. cum venerabilis. versicul. ad-  
de secundo. j. de except. Pro ista decisione facit, quia potest iudex reiicere exceptionem tanquam ma-  
62 litiose \* oppositam, quamuis de ista malitia nihil sibi constet, sed ipse eam præsumat etiam aliunde  
quàm ex processu, vt per Innocen. in cap. post electionem. in fine. de concess. præbend. Abb. & Docto. in  
cap. licet causam. j. de proba. & in cap. ex parte. ij. §. de offic. deleg. & de tali præsumptione stabitur arbi-  
trio iudicis. argumen. l. j. ff. de iure deliberan. secundum Barba. in cap. sedes. de rescrip. Et in dubio præ-  
sumitur iudex eam ex causa reiicisse, quamuis eam non exprimat, secundum Butr. in d. c. post electio-  
nem. Tu aduerte, quia ex ista limitatione videretur posse dici, quòd quando aliquis producit instru-  
mentum ante litem contest. licet non producat post litem contest. quòd possit iudex illi fidem adhibe-  
re: quod tamen non est verum, vt concludit Fede. de Senis consi. clx. dominus. pro quo facit gl. in l. quæ  
omnia. ff. de procur. & ita tenet Anto. de Butr. in c. cū dilectus. de ord. cogni. Felin. in c. j. de proba. & in  
cap. causam quæ. de testibus. & in simili quod notat Mathes. singul. clxj. vbi allegat Bartol. in l. natura-  
liter. §. nihil commune. in vij. combin. ff. de acquiren. possess. Pro resolutione, non puto esse receden-  
dum à regula, quòd iudex debet sequi acta & probata in iudicio, nec debet credere instrumento non  
producto. cap. cū dilectus. j. de fide instrumen. cap. quoniam contra. j. de probat. quia de eo non con-  
stat sibi vt iudici, vt not. in l. i. C. vt quæ defunt aduoc. &c. Et istud procedit etiam in iudice, qui ex for-  
ma statuti procedere posset secundum arbitrium suum, vt per Signorol. de Homod. consilio ccxlvij. in  
fine. de quo tamen vide Bald. in l. solum. in vltima quæst. C. de testi. Aret. consil. lxxxiiij. Nec obstat  
Bbb v decisio

decisio Bal. in d. l. j. quia potest esse vera in casu suo, videlicet, quod si iudex adhibeat fidem tali confessioni, de qua nihil in actis constat, quod sententia per hoc non sit nulla, & ita ipse loquitur, & etiam Alexand. & Felin. Sed tamen non sequitur, quin iudex iniuste faciat, & possit appellari, nec stabitur attestatio ipsius de tali confessione. dicto ca. quoniam contra. Nec est verum quod iudex possit ita indistincte reiicere exceptionem, sed prætextu calumnie, prout dicunt moder. in dicto c. licet. imò requiritur, quod illa calumnia sit verisimilis, & resultet ex præsumptione legis, secundum Bal. consi. cclxvii. in v. volum. & facit quod no. Alexand. in dicta l. j. C. vt quæ defunt aduoc. &c. Quartò vltra alios t aduer 63  
rendum est ad casum, in quo iudex iudicat secundum conscientiam, quem ponunt Butr. & Anchara. in consi. ccx. inter contraria, vbi dicunt, quod quando occurrunt casus valde dubij, ita quod hinc & inde sint rationes efficaces, potest iudex eligere illam opin. quam secundum eius bonam conscientiam credit veram, & excusatur, etiam si deinde aliter declaratur per habentem potestatem. allegant not. in ca. fin. de constitu. Et in tali casu debet iudex diuidere, & dare vnicuique dimidium. argum. l. & hoc Tyberius. ff. de hæred. inst. & not. in l. Titius. ff. ad Trebellianum. & secundum hoc declaratur glo. in l. Nesenius. ff. de nego. gest. Cætera dicite vt per Felinum in d. c. quia verò. Glo. in verbo, publicum. Pro expeditione glo. & dictorum Abb. fac tres conclusiones. Prima est, in crimine t merè ecclesiastico iudex 64  
secularis requisitus vt præstet seculare brachium, nō habet se intromittere in cognitione criminis, sed debet exequi. ita est tex. loquens in crimine hæresis, in cap. vt inquisitioni. §. prohibemus. j. de hæ. in vj. & ita tenent communiter Canonistæ. Contrarium tenuit Bart. in l. magistratibus. ff. de iurisd. omn. iudicum. & in l. diuus. ff. de custod. reo. & opinio Bartol. est communis apud Legistas, vt dicit Imol. hîc.

Confirmo illam opinionem tribus rationibus. Primò per illum tex. in ca. circumcelliones. xxv. q. v. vbi est tex. quod propter hæresim etiam clerici sunt de foro iudicis secularis. & ibi gloss. super ver. confessos, hoc not. Secundò adduco tex. in ca. su per eo. j. de hæret. in vj. vbi hæretici qui in abiuratam ceciderunt hæresim, seculari decernuntur iudicio, sine vlla penitus audientia ab ecclesia relinquendi: illa enim verba, seculari iudicio, important quod talis secularis habeat in eis aliquod iudicium, vt etiam dicit And. Sicu. hîc. Tertiò hoc confirmo per rationem: nam etiam merus \*executor cognoscit in cau 65  
sa criminali, ne sententiam iniustam superioris exequatur, & hoc propter irreparabile præiudicium, vt dicunt Inno. & Feli. in cap. pastoralis. §. quia verò. Abb. & moder. in c. si quando. §. titu. ij. & facit gloss. xxiiij. quæst. iij. non inferenda, & Gemin. ij. quæst. j. c. sicut. Nec obstant iura allegata per Doct. quia responde vt hic per Siculum: & vltra eum ad dictum §. prohibemus, potest responderi, quod dum prohibet iudici ne cognoscat vel iudicet, debet intelligi iudicialiter, & partibus auditis: quia istud est propriè cognoscere. l. j. C. si contra ius vel vtili. publi. l. cognitio. ff. de offi. eius cui &c. Non autem prohibet quin ipse videat processum ad informationem conscientie suæ. Nec obstat quod tex. subdit, quod præp 66  
tè exequantur: quia illa habent quandam modificationem, secundum quod ad suum spectat officium: quæ verba in dispositione legali restringunt præcedentia. c. Abbate. §. contra, vbi no. j. de verborum signific. Vnde cum ad officium iudicis exequentis secundum Barto. spectet, vt se ex actis informet de iustitia sententia, satis dicitur promptè exequi, si quamprimùm potest, viso processu, exequatur. Et ista opinio habet magnam æquitatem, respectu aliquorum inquisitorum, qui satis præcipitanter iudicant aduersus istas mulierculas fatuas, credentes se offerre holocaustum Deo. Non recedendo tamen ab opinione contraria, limitate istam conclusionem primò, vt procedat quando crimen esset in veritate merè ecclesiasticum, & ita loquitur d. §. prohibemus. Si verò non esset, credo t quod secularis posset co 66  
gnoscere, licet ecclesiasticus pronuntiaffet tanquam de merè ecclesiastico: & propterea in contingetia facti, vidi quamplurimum dubitari. Aliquis inquisitor pronuntiauerat contra quandam mulierem tanquam hæreticam, & tradiderat iudici seculari: iste iudex ad instantiam partis vidit processum, in quo solùm continebatur, quod ista mulier fecerat quædam pocula amatoria, & solùm contra eam erant indicia quarundam maleficarum, quæ dicebāt, quod in quodam lusu nocturno cum dæmonibus viderant ipsam mulierem ludentem, & choreas ducentem. Ipsa verò negauerat omnia, & fatebatur se esse catholicam: fuit dictum quod iudex secularis non debebat exequi istam sententiam, quia non videretur quod in isto processu inquisitor potuerit cognoscere. Nam quo ad illa pocula amatoria, clarū est illud delictum non esse hæreticum, nec eius cognitionem spectare ad inquisitores, vt dicit Abb. in c. j. de sortile. per tex. in c. accusatus. de hæret. in vj. Nec est credendum quod etiam ipsa verè fuisset in lusu. Nam quamuis credatur sociis criminis in tali delicto, vt est tex. in ca. in fauorem. de hæret. in vj. tamen istud non est trahendum ad ea, quæ verè non videntur, sed per illusiones dæmonū, vt est tex. xxvj. q. v. c. episcopi. præsertim cum istæ participes criminis essent mulieres, quæ regulariter non admittuntur in causa sanguinis, c. iij. vbi no. j. de testib. Limitatur ergo ille tex. in d. §. prohibemus, vt procedat quando agebatur in causa verè spectante ad hæresim: sicut in simili dicitur de statuto mandante, quod iudex adhibeat fidem libris mercatorum: nam intelligitur in causa mercantili, vt dicit Ioan. And. in addit. Specu. in titu. de instrumen. edit. §. nunc videndum. Bald. in l. fina. C. ad Macedonia. Aret. consi. xliiij. cum concordant, per Iasonem in l. admonendi, de iureiuran. & Dec. in cap. j. de probat. Confirmatur ista limitatio, per ea, quæ notant Archid. Ioan. And. & alij in cap. si eo tempore. j. de rescript. in sexto. vbi ordinarius quamuis merus executor, non tenetur parère mandato delegati Papæ, quando nulliter processit. Idem est in casu qui non continebatur in eius mandato, de quo etiam per Doctorem in capit. si quando.

quando. §. tit. ij. & pro hoc facit in cle. j. de sequest. poss. & fruct. & per Anchar. consi. cclxxj. de titulis. Ad idem facit quod no. Ci. consil. lxxxiiij. in iij. vol. vbi licet ordinarius sit merus executor delegati Papæ, tamen si dubitatur an sit delegatus in illa causa, poterit cognoscere super tali articulo. argu. l. diuus. ff. de test. mil. l. non erit. §. dato. ff. de iureiuran. Secundò limitatur, t quando iudex laicus haberet conscientiam certam pro isto condemnato: quia tunc non debet aliquo modo concedere brachium inquisitori. per c. qui scandalizauerit. j. de regu. iur. & supra dicta in gloss. præced. Et idem videretur etiam si aliter sciret sententiam iniustam, per istum text. hîc, quia non tenetur secularis præstare auxilium, nisi ad ea quæ Deo placita sunt, prosequendum: vnde si sciat talem sententiam esse iniustam, non placet Deo vt eam exequatur, & ita sentit Abb. hîc, arg. l. non tantum. ff. de appel. Sed aduerte, quia ista limitatio posita per Abbatem, videtur cōfundere regulam: quia isto modo posset semper executor nolle exequi, & se intromittere in cognitione causæ, dicendo quod vult videre nunquid sit iusta. Saluando Abb. consideranda sunt verba quæst. per eum posita, quæ sunt, an secularis teneatur exequi, nisi episcopus faciat sibi fidem de processu. Et dicendum est quod sic, quia non tenetur episcopus mittere processum: sed si secularis aliunde videat processum, puta quia pars sibi ostendit, & cognoscit esse iniquum, non tenetur exequi. & ita procedit limitatio: quod nota, quia isto modo satis potest concordari opinio Bart. 67  
in dicta l. diuus. & in l. magistratibus. cum doctrina Abb. hîc, & mihi placet. Tertiò limitatur, vt t secularis non teneatur exequi sententiam episcopi, etiam si agatur de re merè ecclesiastica, quando prima fronte est præsumptio pro reo contra illam sententiam, puta quia reus appellauit, vnde pro eo præsumitur ad deferendum sedi apostolicæ. c. directè. j. de appel. & transeunt Doct. communiter: vnde inferunt ad quæst. disputatam per Ioan. de monte Merulo, quam refert Old. consi. lxxxix. incip. episcopus. de prælato qui appellauit ab episcopo volente eum visitare. Nam non debet secularis adiuuare episcopum, ex quo præsumitur pro appellante. quod intelligit Abb. procedere sub dubio, fortè, quando prælatus exhibet priuilegium exemptionis, iuxta c. cum personæ. de priuileg. libr. vj. quia aliàs episcopus habet fundatam intentionem de iure communi, & pro eo præsumitur. Nota bene istud dictū, ex quo probatur quod pro eo præsumendum est, qui habet regulam pro se particularem, licet alia generalis sit in contrarium. Et hoc facit ad limitationem eius quod dicitur, quod in dubio semper pronuntiandum est appellationem deferendam esse, vt no. gl. & Doc. in c. vt debitus. in versi. ex rationabili. j. de appel. Inn. in ca. ij. de rescrip. Bald. in l. properandum. §. fin. autem. C. de iudi. nam istud procedit in materia, in qua regulariter permitteretur appellatio: vnde si essemus in poss. florio, esset scus: ex quo regulariter de iure ciuili in eo non appellatur. l. vnica. C. si de momen. poss. & ita firmavit Dec. consi. xxviij. circa fi. & optimè probatur ex doctrina Abb. hîc, quia præsumptio est pro eo, qui dicit non esse deferendam appellationem, quia nititur regula particulari aduersus generalem. In practica tamen cōsultius esset, etiam in hoc casu pronuntiare deferendam appellationem, quicquid dicat Decius: nā semper in dubijs illam debemus partem eligere, per quam vtrique litigatori consulitur, & quæ minus est onerosa. l. j. ibi, neutri litigatorum. ff. si quis caut. per quam dicit ibi Pau. de Cast. quod in dubio debemus iudicare appellationem non esse desertam. facit l. ex his. ff. quæ in fraudem credit. quod tene menti, quia quotidie habetur 69  
in practica. Quartò limitatur, quando t iudex extraiudicialiter vellet aliquid facere, vel etiam implorare brachium seculare extraiudicialiter: nam tunc non tenetur iudex exequens ei parère, quia in extraiudicialibus præceptis iudex ecclesiasticus non est maior seculari, sed par. vnde non potest ei mā dare. c. cum ad verum. xcvi. di. & ita tenet Inno. & sequuntur cæteri. & facit, quia iudici præcedenti extraiudicialiter, impunè potest non pareri. l. prohibitum. C. de iu. ff. lib. x. de quo per Inn. & Doct. in c. si quando. §. de offi. deleg. Secunda t conclusio est, quod in criminibus mixtis iudex secularis non tenetur præstare auxilium episcopo, nisi sibi fiat fides de processu. §. si verò crimen. in auth. de sanct. episco. & ita tenent Butr. Abb. & cæteri. Et ratio est, quia secularis in isto casu iudicat vt in subditum, vt dicit Abb. hîc, non autem est merus executor. Sed aduerte, quia Ang. in l. j. C. de exhib. reis. & Sal. in l. ea quidem. C. de accu. quos refert Alex. in d. l. magistratibus. intelligunt tex. in d. §. si verò crimen. quando episcopus ipse non condemnauit reum, sed mittit eum condemnandum ad secularem: & consequenter videtur velle, quod etiam in criminibus mixtis secularis non cognoscat, sed simpliciter concedat brachium, quando episcopus ipse cognouit & condemnauit. Sed non puto recedendum à communi opinione, quia tex. in dicto §. si verò crimen. non potest recipere intellectum Ang. & Salic. Nam ibi episcopus deiectum honore clericum miserat ad secularem, vnde cum clericum degradasset, non est dicendum quod iudex suus aliter hoc fecisset, quàm causa cognita, & prius præmissa condemnatione, iuxta tex. in cap. cum non ab homine. j. de iudic. Limitatur ista conclusio, quando episcopus ipse vult exequi suam sententiam, puniendo secundum canones, & simpliciter implorat à seculari vt concedat sibi familiam: nam tunc secularis in nullo dicitur executor, sed solummodo accommodat familiam, vnde non potest aqualiter cognoscere. & ita tenet Abbas isto casu, declarans Innoc. hîc, & sequuntur alij, & facit textus in cap. quoniam. vbi Abb. j. eodem. Et idem etiam est in ciuilibus causis. l. episcopale. in 71  
fine. C. de episcopa. audien. Tertia conclusio est: Sicut t iudex secularis tenetur adiuuare ecclesiasticum. ita etiam econtra. facit cap. fina. j. de exceptio. in vj. per Hostiensem, Baldum, Abb. & alios hîc. Et istud procedit etiam contra casus, in quibus imploratur brachium seculare. Et ex hoc inferitur, quod si aliquis sit exbannitus à iudice seculari, debet haberi etiam pro exbannito ab ecclesiastico. Confirmo istam



mo istam opinionem primò, quia cum ecclesiastica & ciuili iurisdictiones \* sint inuicem confederata, vnus iudex debet vitare proscriptum ab alio, vt est tex. in l. non dubito. in ff. de capt. quem ad hoc singulariter allegat Barto. in l. à diuo Pio. ff. de re iudica. vbi latè moder. Secundò confirmatur, nam ecclesia indistinctè habet iurisdictionem quo ad faciendum quòd aliquis exeat de peccato. capi. nouit. j. de iud. Sed banniti & condemnati ideo banniuntur, quia non paruertunt principi. & sic quia peccauerunt. xj. quæst. j. cap. qui resistit. & in cap. ij. de maior. & obediens. Et pro ista opin. facit quòd notat Gemina. in dicto cap. fina. de excep. vbi dicit, quòd non debet ecclesiasticus sententiam secularis exequi, antequam cognoscat an sit præiudicialis animæ. Sed hinc de tribus quæstionibus videndum est. Prima, si iudex requisitus nolit adiuuare, quæro quomodo consulatur? Innocent. & Abb. hic dicunt, quòd iudex ecclesiasticus poterit excommunicare secularem, & eum cogere. cap. ij. j. de maledic. Sed secularis non coget ecclesiasticum, ex quo est inferior. cap. qualiter. j. de iudiciis. cap. legimus. in fin. xcij. distinc. Sed tu aduerte, quia tex. in dicto cap. ij. dum dicit, quòd episcopus coget temporalem potestatem, loquitur in delicto blasphemie, quòd principaliter fit contra Deum, & in quo episcopus etiam de iure ciuili habet auctoritatem puniendi & compellendi iudices seculares, vt probatur in athen. alearum lusus. §. episcopus. in fi. C. de relig. & sumpt. funerum. Non puto tamen recedendum à communi. Quo verò ad iudicem secularem, licet Innocent. dicat quòd non poterit compellere ecclesiasticum, intellige istud esse verum ex sui persona: sed bene poterit recurrere ad superiorem ipsius ecclesiastici, puta archiepiscopum, qui coget episcopum vt illi det auxilium. d. cap. fi. de excep. in vj. & arg. §. j. in athen. vt differens. iud. & quòd not. Barto. in dicta l. à diuo Pio. §. j. in iij. quæstio. & per Butrig. in cap. postulasti. de foro competen. Et ita intelligo quòd not. Bal. in cap. licet vndique. §. tit. ij. vbi dicit, quòd episcopus tenetur obedire literis potestatis ei scribentis, & habentis temporalem iurisdictionem, quia hoc facit auctoritate legis: aliter superior eius eum punit. allegat glo. in l. ex ea. in glo. fina. ff. de postu. Secunda quæstio est, quo genere auxiliij debeat alter alterum iuuare. Et Abbas hinc sentit, quòd episcopus debet adiuuare seculare per viam excommunicationis: secularis verò adiuuabit episcopum per banna & relegationes. Tu aduerte, quia cum per implorationem talis auxiliij videtur negotium fieri de foro adiuuantis, non debet iste adiuuans grauiori remedio vti, quàm ipse in foro suo esset vsurus. Et propterea episcopus non excommunicabit nisi prius cognito, an inobedientia rei sit animæ præiudicialis, vt per Gemin. in dicto cap. fi. & an tale sit delictum, quòd illam pœnam mereatur. Et eodem modo non procedet ad excommunicationem, nisi præmissa monitione, de qua in dicto c. nouit. per Bal. & Docto. hic. Idem est dicendum ex parte secularis, prout est aliquis aduersus episcopum contumax: nã propter hoc secularis ad petitionem episcopi eum relegabit, seu concedet familiam episcopo, vt mittat in possessionem ex primo decreto, vt est de mente Doct. in dicta l. magistratibus. Tertia quæstio est, si sicut secularis tenetur adiuuare episcopum, nunquid idem sit in prælatis exëplis, puta Hospitalariis & Templariis? Innoc. hinc dicit, quòd si isti nolunt adiuuare episcopum, quòd tamen episcopus non potest eos excommunicare, quia non sunt subditi, vnde in eos non habet iurisdictionem, argumen. Clement. pastoralis. de re iud. sequuntur Bald. Card. Imo. & Moder. Intellige istud distum sanè, vt quamuis episcopus non possit eos excommunicare, poterit tamen splicare coram superiore, & sic Papa, vt eos compellat, & Papa debet hoc facere, argumen. dicto cap. fina. & supra dixi. In laicis fortius posset teneri contra Innoc. quòd imò in tali casu episcopus possit eos excommunicare. Primò per regulam, quòd facilius tollitur priuilegium, quàm ius commune. l. eius militis. §. si militia. ff. de testamen. milit. Sed iudex secularis quamuis iure communi solutus sit à iurisdictione ecclesiastica, ca. cum ad verum. xcvi. distinc. tamen compellitur in isto casu brachium præstare: ergo multò fortius debet compelli qui est solutus nisi per priuilegium. Secundò facit, quia ista imploratio \* auxiliij non fit nisi in subsidium, vt probatur in isto tex. ibi, & cum opus fuerit. & in cap. quoniam. j. eodem. & in d. cap. ij. de maled. & per Oldrad. confi. lxxxix. Priuilegium autem exemptionis, ad ista extraordinaria non videretur tractandum, de quibus non est verisimile concedentem cogitasse. argumen. cap. ij. de immu. eccle. j. Clemen. j. in Clemen. de censu. in fine. Tertiò facit, quia non videtur quòd episcopus petat auxilium vigore iurisdictionis suæ, quòd patet in hoc text. ponderando verbum, impleret, quòd propriè conuenit petenti aliquid à superiore, quo ad illum actum. c. j. j. de offi. iud. cum sim. Isti autem exempti censentur immunes quo ad illa, quæ sibi possent imperari. vt est tex. in ca. si Papa. versu. & est idem. j. de priuileg. in vj. non vbi implorant. Et licet possent deinde excommunicari, istud est vigore nouæ iurisdictionis per legem concessæ episcopo, propter eorum negligentiam, vt per Baldum in dicto capit. licet vndique. Cogita, & non recede à communi. Gloss. finalis. Gloss. ponit hinc intellectum ad istum textum satis malè conuenientem verbis literæ, & etiam habentem modicam dubitationem, quòd episcopus implorans brachium seculare, sibi non præiudicet: vnde Doctores eam communiter non tenent, licet dictum in se sit verum. Vnde secundus intellectus fuit Innocent. quòd illa verba, Non ad præiudicandum, intelligantur, scilicet illi contra quem petitur auxilium, quia non debet peti contra iustitiam. Etiam iste intellectus subaudit, & est indubitabilis. Tertius intellectus fuit Sicut, quòd per talem petitionem non tribuatur iurisdictione seculari, qui tenetur exequi, non autem iudicare. Sed etiam iste intellectus mihi non placet: quia text. non debuisset dicere, præiudicandum, sed solummodo iudicandum. Præterea text. nimis restringeretur, ex quo non procederet nisi in delictis merè ecclesiasticis, non in communibus, in quibus etiam

bus etiam secularis iudicat. §. si verò crimen. in athen. de sanctiss. episcop. & supra dixi post Abbatem. Quartus intellectus fuit, quòd illa verba, non ad præiudicandum, intelligantur, scilicet iudici seculari, quia ipse etiam posset cognoscere. Puto quòd iste intellectus sit verus, ex quo defenditur proprietate sermonis, vnde est tenendus. l. non aliter. ff. de leg. iij. & etiam decidit casum valde dubium, vt infra ostendam, argu. l. quod Labeo. ff. de Carbon. edict. nam præiudicare propriè dicitur iudex, quando fert sententiam quæ parit exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio, vnde talis exceptio, propriè dicitur exceptio. & not. in §. præiudicialis. inst. de actio. Nec obstat quòd textus videatur restringi, ex quo non procederet in causis merè ecclesiasticis: in illis enim oritur præiudicium seculari, quia respondeo, quòd secularis non procedit in illis, non quia sua iurisdictione elidatur per exceptionem præiudicij, sed excluditur ex defectu iurisdictionis: quia siue episcopus cognoscat, siue non, non potest se intromittere. c. inquisiti. §. prohibemus. de hæret. in vj. Videndum est ergo, nunquid si aliquis in crimine mixto sit cõdemnatus ab episcopo secundum legem canonicam, possit etiam condemnari à iudice ciuili, & puniri secundum ius ciuile. Hostien. Ioan. And. Bal. & Sicut. hinc videntur tenere quòd non: qui tamen non adducunt rationes multum vrgentes. Pro ista opinione est regula l. senatus. ff. de accusa. & l. licet. in fi. ff. nau. caup. stab. vbi non debet pluries de eiusdem hominis delicto inquiri: & quòd not. Ci. in l. qui sepulchra. C. de sepul. viol. Secundò facit regula. cap. fi. j. de excep. in vj. vbi sententia lata in foro ecclesiastico, parit exceptionem rei iudicatæ in foro seculari. Contrarium tenent Iacob. de Arer. Guli. de Cu. Iac. Buttr. & Bal. in l. placet. per illum tex. C. de sacrosanct. eccle. & idem consulendo tenuit Bal. confi. cclx. incip. facta est inquisitio. in iij. vol. quem refert & sequitur Ancha. in regula iuris, ea quæ in penul. char. j. de regu. iur. in vj. cum concordan. per Fel. in cap. de his. in xij. limi. j. de accu. vbi attestatur ita communitè teneri. & pro ista parte est tex. in c. felicis. j. de pœnis. in vj. & licet glo. ibi dicat esse speciale, tamen non potest reddi bona ratio specialitatis, secundum Doct. Secundò probatur, quia episcopus non potest condigna pœna afficere istos delinquentes, ex quo non potest ferre sententiam sanguinis. cap. sententia. j. ne cler. vel monac. vnde cum non possit plenè punire ex defectu iurisdictionis, non debet ipse secularis impediri quin rursus iudicet, vt per Cin. & Bald. in l. fina. per illum tex. C. de sportu. Tertiò probatur per text. in d. §. si verò crimen. vbi quamuis episcopus in causa criminali cognouerit & punierit, tamen etiam secularis cognoscat. Quartò facit, quia nisi ita diceremus, episcopus impediret & diminueret iurisdictionem secularis, quòd tamen facere non potest, vt not. Innoc. in capit. dilecti. de sent. excommu. Archid. xj. quæst. j. cap. de persona. Imò quilibet est maior in suo tribunali. l. apud eum. ff. de manum. vindi. Et quilibet potest tueri iurisdictionem \* suam. l. j. ff. si quis ius dicen. non obtemper. Et istæ sunt rationes, quibus principaliter mouentur Doct. tenentes communem opin. prout latius eas refert Ioan. Baptist. de S. Seuerino, in repet. l. cunctos populos. cum pluribus sequen. C. de summa trini. Sed tu aduerte, quia istæ rationes non videntur multum vrgere. Et primò non obstat. tex. in d. l. placet. quia ibi nulla pœna imponebatur de iure canonico. Et licet gloss. ibi credat significari pœnam excommunicationis, per illa verba, post debitæ vltionis acrimoniam, tamen fallitur, quia acrimonia significat asperitatem, vt dicunt grammatici, non autem coërcitionem à gremio ecclesiæ. & sic ille text. est intelligendus de pœna criminali aduersus sacrilegos, non de excommunicatione. & melius eum intellexit glo. xvj. quæst. j. §. placet. & in dicto cap. felicis. satis potest teneri intellectus glo. ibi, qui est de mente literæ. Non obstat ratio secunda, fundata per dictam l. ij. C. de sport. quia illa lex loquitur quando nuntius est mulctatus, & sic punitus pœna extraordinaria: sed quæstio nostra est, quando episcopus punit nocentem pœna ordinaria iuris canonici: inter quos casus est magna differentia, vt per Bal. in l. fin. in vj. quæst. ff. de iurisdic. omnium iudicum. Non obstat §. si verò crimen. quia ibi episcopus cognouerit ad finem degradationis tantum, quæ cognitio est preparatoria ad cognitionem iudicis secularis, vnde altera per alteram non tollitur, sed vna aliam adiuuat. c. cum non ab homine. j. de iudi. & ita tenet Anchar. in d. reg. ea quæ in versu. postremò notandù. Non obstat quarta ratio, quia non dicitur per hoc episcopus impedire iurisdictionem secularis, ex quo secularis potuisset præuenire. arg. l. j. ff. de offi. consul. Quid tenendum? puto non esse recedendum à communi opinione, quòd punitus in vno foro de crimine mixto, possit in alio puniri. quæ opinio optimè probatur in isto text. secundum verum intellectum. Pro qua sententia adduco rationem. Nam quando aliquis delinquit \* in crimine mixto, facit iniuriam legi ciuili, & legi canonicæ, quia venit contra præcepta vtriusque, ergo censetur se obligare pœnis per vtranque legem traditis, vt est textus in episto. inter claras. §. liquet. & ibi gloss. in verbo. se ipsum. C. de summa trinitate. Vnde succedit vera conclusio, quòd faciens iniuriam duobus, tenetur ad satisfactionem vtriusque in solidum, nec per satisfactionem vni factam, liberatur ab altero. l. prima. §. ceterum. ff. si famil. furtum fecisse dicatur. Bartolus in l. tertia. §. si ad plures. ff. de sepulchr. viol. Et ex ista ratione tollitur argumentum contrarium de l. senatus. cum similibus. Committens enim delictum aduersus legem ciuilem, satis est si vna pœna puniatur, licet aduersus talem delinquentem variæ pœnæ constitutæ sint. Et ratio est, quia vnum tantummodo offendit, scilicet legem ciuilem. Sed in nostro casu facta est offensio etiam legi canonicæ, quæ non tollitur per satisfactionem factam in foro ciuili, ex quo iurisdictiones sunt separatæ. dicto cap. cum ad verum. xcvi. distinctione. Et istud est quòd ponderant Doctores dum dicunt, quòd aliàs iurisdictione secularis diminueretur per ecclesiasticam. Limitatur ista conclusio, vt non procedat quando crimen mixtum esset principaliter punibile iure ciuili:



ciuili: quia si delinquens fuerit semel punitus à iudice seculari, non poterit amplius puniri per ecclesiasticum iudicem. Probatum ista limitatio in cap. cum sit generale. j. de foro competen. vbi est text. quòd ideo ecclesia punit sacrilegos, quia in eis puniendis iudices seculares sunt quadoque remissi: ergo si iudex secularis poena congrua iam punierit sacrilegum, cessat ratio text. & consequenter talis amplius non punietur. Et pro hac opin. adduco quod notabiliter voluit Bal. in l. executorem. in viij. quaest. C. de execut. rei iudic. vbi dicit, quòd absolutus vel condemnatus in loco delicti, non potest amplius accusari in loco domicilij: quia de iure ille est principalis locus, in quo debet punitio fieri, quod pater, quia ad ipsum remissio fieri debet. §. si quis verò compræhenforum. in authent. vt nulli iudic. & illa est respublica, quæ principaliter fuit offensa per delictum. Secus si sit punitus in foro domicilij, quia poterit adhuc puniri in loco delicti. quæ decisio est notabilis & vera. Nec obstat doctrina Bartol. in l. sepulchri. ff. de sepulch. viol. generaliter concludentis, quòd imò vbi quis est semel punitus de vno delicto, non potest amplius puniri. dicta l. senatus. & per Aretinum in dicto cap. de his. j. de accusa. quia istud procedit quando & forum delicti & forum domicilij sunt eodem principe: secus si sub diuersis, prout loquitur præcisè Bal. nam tunc seruetur eius decisio, vt punitus in loco principali, amplius non molestetur: secus econtra. & ita teneo. Nec Bald. in dicta l. nullum. C. de testi. contradicit huic opinioni, si bene videatur. Et in casu istius limitationis potest saluari quod dicit Bald. in dicto consilio cclx. in fin. vbi limitando conclusionem suam, dicit quòd in delicto commissio aduersus clericum, probabiliter potest teneri quòd sententia iudicis ecclesiastici, sit præiudicialis foro ciuili, seu seculari. dicto cap. fin. de exception. & probatur in dicto cap. felicis. per locum à speciali, sequendo gloss. ibi. Secundo limita in crimine principaliter ecclesiastico: quia si quis de eo fuerit penitus ab episcopo, secularis non poterit punire rursus in totum secundum legem ciuilem, sed tantum de excessu. Pone, aliquis vsurarius fuit punitus ab episcopo, iudex secularis nihilominus contra eum processit propter crimen stellionatus, per gl. & Butrig. in dicta l. improbum. C. ex quibus cau. infam. irrog. cum tale crimen habeat poenam arbitrariam. l. ij. de crim. stellio. debet tanto minus poenæ arbitrari, ex quo fuit semel punitus per episcopum: vnde ipse non puniet nisi de excessu, vt per Geminianum post alios in cap. j. de vsur. in vj. & supra tetigi. Et ratio est in isto casu, quia cum tale crimine sit canonicum, & lex propter canones istud puniat, debet in tali poena compensari illud quod fuit ordinatum per episcopum: quia quatenus crimen concurrat in lege cum poena, corrigit legem, & solum ex lege exigetur quatenus poena excedit. argument. l. j. & quod ibi Bartol. not. ff. vi bonorum raptorum. Et ita potest saluari supra dicta decisio, quæ aliàs difficulter sustineretur. & pro hoc facit l. ij. C. de sport. vbi si nuntius deliquit aduersus iudicem, & ab eo fit mulctatus, iudex maior qui nouam poenam infligit, habebit respectum ad illam priorem mulctam, vt tanto minus puniatur, prout sentiunt Cin. & Bald. ibi, & in l. fina. ff. de iurisdic. omnium iudicum. & Ioannes Andr. in dicto cap. felicis. in nouella. Tertio limita, quando poena iuris canonici est legitima & ordinaria, & similis poenæ legali: quia tunc secularis amplius non puniet, vt tenent Ioan. Andr. Lapus, & Gemin. in dicto cap. felicis. & dicit Abb. in dicto cap. tuæ. de procur. quòd hæc opinio est æqua: & ita etiam tenent Bal. Pau. de Cast. & Ioan. Bapt. de S. Seuerino in dicta l. cunctos populos. versic. quintus casus. & Aretin. in dicto cap. de his. & ita potest saluari opinio Imo. Butri. & antiquorum hinc. Et ista opinio propter tot auctoritates fortè seruetur in practica, quamuis non putem eam in puncto iuris esse veram: quia militat ratio in contrarium, ex quo per impositionem poenæ canonice, non tollitur iniuria facta legi ciuili, vt supra dixi. Et contrarium in hoc puncto sentiunt Docto. in dicta l. placet. & Anchara. in dicta regula, ea quæ. Fortius tenuit Aret. in dicto cap. de his. quòd si etiam poena canonica non esset æqualis, sed minor, dum tamen lex canonica habuisset eam pro condigna, & satisfaciente delicto, adhuc secularis non posset procedere. Et ita videtur fuisse de mente Bal. & repetentium in dicta l. cunctos populos. in versicu. quartus casus. & de mente Butrig. & Imo. hinc, & Ioan. de Anan. in dicto c. de his. Sed istud non est verum, & confunderet regulam, & communis opinio est in contrarium, per supra dicta. Quarto limita in casu notabili posito per Aretinum consil. l. viij. diligenter consideratis. in secundo dubio, vbi consuluit, quòd si Papa in terris immediatè sibi subiectis committat inquisitionem alicuius criminis iudicij ecclesiastico, quòd censetur commississe vt condemnet etiam ad poenam sanguinis, & si iste iudex absoluerit, non poterit iudex secularis fori in quo reus domicilium habet, procedere aduersus illum, Mouetur principaliter per cap. fina. de except. in vj. & doctrinam Bartol. in dicta l. sepulchri. Nec obstat secundum eum, quòd fortius videatur punitio facta respectu poenæ canonice, ex quo poena sanguinis non potuit irrogari per ecclesiasticum. argumen. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habit. quia censetur facta super hoc dispensatio, vt per eum, quod potest. & pro hoc inducit text. in cap. in archiepiscopatu. j. de raptor. Puto istam opinionem non esse veram, quia est contra communem opinionem, vt pater ex supra dictis. Nec obstat d. cap. fina. quia procedit in ciuilibus, non autem in criminalibus, vt dicunt Ioan. de Anan. in cap. qualiter. §. ad corrigendos. & Felin. in dicto cap. de his. j. de accusa. Nec obstat doctrina Bar. in d. l. sepulchri, quia supra respondi. Et etiam text. in d. c. in archiepiscopatu. nihil facit pro Aret. quia ibi text. committens causam criminis episcopo, non potest intelligi quòd comiserit eam iudicandam secundum canones, ex quo rex, qui per delegatum repræsentatur, habet iurisdictionem secularem, non canonicam. quæ ratio cessabat in Papa, in casu Aret. Quinto videtur posse limitari respectu accusatoris: quia accusator qui semel egit in iudicio ecclesiastico, non debet rursus admitti in seculari.

seculari. argumen. l. si is de quo. C. ad Turpillianum. & per Imolam in dicto cap. cum dilectus. de purg. canon. Et facit, quia isto casu cessat ratio prædictæ conclusionis: nam accusator præsumitur potius accusare propter inimicitiam, quàm vt defendat iniurias publicas. vj. quaest. j. cap. si omnia. Et idem videtur dicendum in denunciatore priuato, de quo in dicto capit. qualiter. & ita teneo. Cogita tamen, quia Docto. in ista materia satis intricatè loquuntur.

S V M M A E.

- |    |   |    |  |
|----|---|----|--|
| 4  | Argumenti à contrario sensu. genera, & cessatio. 6.           | 40 | Imperij mixti definitio.                       |
| 5  | Authentica, cassa. de sac. san. C. sensus.                    | 44 | L. Actionis. de act. & oblig. explicari.       |
| 7  | Delegabilia à pralatis, vel minus. 9. 14. 15.                 | 45 | L. Imperium. explanari. & 46.                  |
| 8  | Cap. Suffraganeis. explicari.                                 | 47 | Publica utilitas etiam de priuata accipiunt.   |
| 16 | Indignationis, verbi vis.                                     | 48 | Publica actionibus exequi.                     |
| 17 | Subdelegatus superioris, nisi suspectus, iudex competens. 19. | 49 | Jurisdictionis exequenda forma.                |
| 20 | Jurisdictionis explanata definitio. 24.                       | 51 | Imperium indelegabile.                         |
| 28 | Merum imperium iurisdictione contineri: ex causis contr. 30.  | 52 | Mixtum imperium indelegabile.                  |
| 29 | Regalia generali concessioni ex causis non inesse.            | 53 | L. j. de officio eius. sensus & conciliatio.   |
| 31 | Jurisdictione etiam delegatam intelligi.                      | 54 | Delegantur specialiter competentia ex causis.  |
| 32 | Merum imperium varie definiti, verius. 39.                    | 55 | Merum imperium habentes. 56. 59. 63.           |
| 34 | Merum imperium actione, non officio nobili exequi.            | 64 | Excommunicatio mortis similis ex causis contr. |
| 37 | L. Placet. C. de peda. iud. sensus.                           |    |  |



**Q**UOD SEDEM APOSTOLICAM &c. Summa & diuide vt hinc per Abbatem. In tex. ibi, in tali articulo constituto. nota, quòd archiepiscopus regulariter non potest consecrationem sui suffraganei\* alteri committere. Istud probatur hinc argumen. à contrario sensu: & in simili casu arguit Iurisconsultus in l. j. ff. de officio eius cui &c. vbi lex Iulia concedebat impedito, vt posset publici iudicij exercitationem demandare: ergo non impedito non licebat. Hostien. Butrig. Abb. Imol. & ceteri hinc tenent contrarium, quia archiepiscopus regulariter delegat in alium episcopum ea quæ sunt ordinis. prout etiam tenuit gloss. in cap. peruenit. xv. distinct. gloss. & Abb. in cap. aqua. j. de consecr. eccle. & ad istum textum respondet, quòd non de iure, sed de honestate procedit. Sed certè, admissa ista solutione, argumentum Iuriscon. in dicta l. j. non fuisset fortissimum, quia etiam ibi potuisset dici, quòd erat de honestate. Et quòd iste text. non capiat hunc intellectum, probatur duobus modis. Primo, quia responsio Papæ debet interpretari secundum\* interrogationem sibi factam. l. si defensor. §. j. ff. de interrogat. act. Interrogatio autem est generalis, nunquid sit sibi licitum: & sic nedum de honestate, sed etiam de iure. l. semper in contractibus. ff. de regu. iur. Eodem modo etiam responsio generaliter debet intelligi in dicto verbo, licet. Secundo arguitur ponderando conditionem, ex dictione, constituto, quæ importat conditionem, vt per moder. in rub. ff. solu. matrimo. Et conditio in lege posita, \* importat magnum mysterium iuris, vt dicit Bal. in authen. matri & auia. C. quando mul. tut. offic. fun. potest. Aret. in cap. de causis. j. de test. & per Alexan. in l. fina. in fine princ. C. de iure deliberan. vnde iste tex. necessariò videtur concludere contra communem intellectum. Docto. in dicta l. j. multa dicunt circa naturam istius argumenti. Tu pro nunc aduerte circa intelligentiam. Nam istud argumentum à contrario sensu comprehendit sub se quatuor genera argumentorum. Primum est argumentum à speciali: quia si lex dicit aliquid esse speciale in aliquo casu, ergo à contrario sensu, in contrarium erit ius commune: & isto casu, quod venit per argumentum à contrario sensu, dicitur venire ex ipso text. seu casu legis. l. qui testamento. §. mulier. & ibi gloss. quam ad hoc not. Bal. ff. de testamen. & propterea in tali casu crederem sumi argumentum ad correctionem iuris, quia tunc non videtur subauditus intellectus. & facit l. j. in fi. ff. ad municip. Et ratio est, quia lex volēs illud esse speciale, satis dicitur negare in aliis casibus: quia istud importat hoc verbum, speciale. Et in isto casu potest saluari quod dicit Felin. in cap. significasti. de foro competen. dum allegat Gemin. in cap. j. j. distinct. super gloss. in verbo, prohibetur. Secundum argumentum est quod dicitur ab inclusione vnus: quia lex vnum includens, à contrario casu videtur aliud excludere, & è conuerso. l. maritus. C. de procur. l. cum prætor. in princip. ff. de iudiciis. cap. nonne. j. de præsump. & istud venit tacitè, & ex coniectura, vt est tex. & ibi gloss. in l. apud antiquos. C. de furt. vnde tale argumentum nunquam caperetur ad correctionem alterius iuris, nisi dispositio aliàs redderetur elusoria. gloss. est in l. nulla. & in authent. diaconissam. C. de episcop. & cler. & per mod. in auth. ex testamento. C. de collat. Tertium argumentum est ab exceptione, quæ firmat regulam, de quo in cap. do minus. xxxij. quaest. vij. & in cap. cum dilecta. vbi per mod. j. de confir. vti. vel in iur. & in l. nam quod liqui dè. §. fin. ff. de penu leg. nam vbi exceptus est casus à regula, ergo à contrario sensu, casus qui non est exceptus, continetur sub regula. Et in isto casu tale argumentum non sumitur ad correctionem iuris communis, etiam si dispositio nihil operaretur, vt est tex. in cap. ad audientiam. j. de cler. non resid. vbi si statutum priuet clericos non residentes fructibus, præterquam si sint infirmi, vel in seruitio Papæ, non trahitur ad existentes in seruitio episcopi, qui de iure communi non priuantur. & sic excepti casus non firmant

firmant regulam in casibus non exceptis, ad correctionem iuris communis. Et ratio est secundum Abba. ibi, quia regula de iure communi non comprehendit talem casum: nam clericus existens in seruitio episcopi, non habetur pro non residente, de iure communi, a quo statutum recipit interpretationem. l. si ferui. C. de noxa. Est verum quod Alexand. in dicta authen. ex testamento. videtur sensisse contrarium, sed eius opinio confunditur per dictum cap. ad audientiam. Quartum argumentum a contrario sensu proprie sumitur ex dispositione generali, aliquid inducente certa ratione, ut accedente contraria ratione, contrarium inducatur. cap. cum apostolica. §. de his quae fiunt a praelat. & istud venit ex coniectura, & indirecte, ut ibi dicitur: & de hoc est dicendum ut supra dixi ex secundo genere argumenti: & talia argumenta a contrario sensu semper valent, dummodo sint a contrario sensu nedum litera, sed etiam rationis seu mentis, ex quo verba semper recipiunt interpretationem secundum mentem legis. l. Labeo. ff. de supel. leg. & ita intelligitur tex. in authent. cassi. §. C. de sacrosanct. eccle. vbi dicit lex, cassi. sint statuta per Italiam: non sequitur, ergo valeant extra Italiam: nam hic tex. faciendo mentionem de Italia, non propterea voluit ceteras prouincias excludere, sed quia frequenter ibi fiebant illa statuta. Eodem modo intelligitur tex. in cap. quod dicitur. §. de verborum significat. nam quamuis dicatur, priusquam conuenirent, intentio tamen dicentis non fuit, ut significaret eos deinde conuenisse: sicut in simili cum dicimus, Iudices priusquam de causa cognoscerent, reum damnauerunt: non sequitur, ergo deinde cognouerunt. Et optimè probatur in l. si conuenierit. ff. de iurisd. omnium iudicum. Declarat id diffusius diuus Hieronymus aduersus Heluidium, & Laurentius Valla super euangelio Matthæi.

Et istud inferitur per Butr. & Abb. ad dicta testium, in dicto cap. quod dicitur. & sic etiam intelligitur tex. in l. ij. C. de cond. infer. vbi si testator iussit cauere fideicommissario, si filia non diuerteret, non videtur remisisse cautionem in casu diuertij: quia non est verisimile quod talem casum turpem confiderauerit: imò præsumendum est potius, quod apposuerit illa verba, credens illam aliquo modo non diuersuram: ut sic conditio potius stet in vim causae compulsivæ, quam in vim causae finalis, ut declarat ibi Cin. licet glo. aliter intellexerit. Et ex hac declaratione sequitur, quod non capiatur vnquam tale argumentum a contrario sensu causae impulsivæ, vel verborum narratiuorum, vel modalium, vel quando sunt plures rationes finales, prout declarat Alexand. in dicta l. ij. ex quo, istis cessantibus, non tamen cessat dispositio, & intentio proferentis. l. j. §. sexum. ff. de postul. §. affinitatis. inst. de nup. cum similibus. Et sub ista declaratione comprehenduntur etiam fallentia positæ per Felinum in dicto cap. nonne. qui enim vnum dicit, non videtur aliud excludere, quando est connexum, vel consequutium, vel nitatur eadem ratione. cap. translato. §. de constitut. l. j. C. de diuer. rescript. quia mens dicentis non præsumitur talis. Et ista bene nota pro declaratione. Et ex supradictis apparet, quod argumentum a contrario sensu tenet in isto tex. ex quo capitur a contrario sensu loquentis. Vnde quicquid dicant Doctores, teneo contra communem, quod archiepiscopus, nisi ex causa, non possit delegare consecrationem.

Non obstant allegata in contrarium. Primò non obstat tex. in cap. aqua. §. de consecrat. eccle. quia licet tex. dicat, quod episcopus non valet delegare ea quae sunt ordinis, nisi alteri episcopo: non sequitur, ergo indistinctè ea quae sunt ordinis, possunt alteri episcopo delegari: nam tex. ibi procedit constituendo differentiam de simplicibus sacerdotibus ad episcopos, quia ea quae sunt iurisdictionis delegabilia, possunt etiam simplici sacerdoti committi: ea verò quae sunt ordinis delegabilia, debent committi episcopo. Sed non sequitur, ergo omnia quae sunt ordinis, sunt delegabilia: nam ille text. non dubitat super hoc, sed præsupponit habilitatem. cap. ad nostram. vlt. versicu. quanquam. §. de iureiurando. l. qui testamento. ff. de testamen. Stat ergo, quod aliqua quae sunt ordinis, sint delegabilia, aliqua non: sicut in simili dicimus de mero imperio, cuius vltimi duo gradus delegantur: ut per Bartolum in l. imperium. ff. de iurisd. omnium iudicum. Quamuis ergo reconciliatio ecclesiae demandetur episcopo, non tamen consecratio episcopi debet posse demandari, quae est maioris importantiae, ex quo videtur episcopus grauari, ut dicit hic glo. si archiepiscopus non interueniat. Non obstat tex. in cap. suffraganeis. §. supra de electione. quia dum tex. dicit, ad mandatum &c. debet intelligi, quod mandatum sit factum in casu licito, puta quia archiepiscopus esset absens, vel impeditus ex iusta causa. argumen. dicti capi. ad nostram. cum similibus. Et eodem modo responderetur ad textum in cap. cum prouinciales. l. xiiij. distin. quod etiam ostendunt illa verba, si necesse fuerit &c. Non obstat text. in cap. pastoralis. infra proxime sequent. quia loquitur de his quae sunt iurisdictionis, non autem de his quae sunt ordinis: de quibus infra dicam. Nota secundo, quod si subsit iusta causa, licitum est archiepiscopo delegare ea quae sunt ordinis, alteri episcopo. Sed nunquid si facta sit delegatio, præsumitur iusta causa? Videretur dicendum quod non: quia quotiescunque lex dicit aliquid debere fieri cum causa, illa non præsumitur nisi appareat, ut dicit Barto. in l. item si suspectus. ff. de procur. Et ad idem facit regula. l. si fortè. de cast. pecul. vbi quando aliquid non potest fieri nisi in certis casibus, probandi sunt illi casus. & per istam regulam ita tenet Iason in l. j. ff. de offic. eius cui &c. & per eandem regulam videtur idem voluisse Socin. in consil. xcvi. quem sequuntur moder. in l. nemo potest. ff. de legat. j. vbi dicunt, quod quamuis legatus de latere possit ex iusta causa mandare iudici, quod procedat ordine iuris non seruato, tamè illa causa est probanda, nec staretur suo simplici dicto. Ad idem facit textus in cap. nouit. de iudi. vbi Abb. & Aretin. notant, quod quando aliquid non potest fieri sine certa quidditate, illa quidditas non præsumitur, etiam in rege. prout loquitur text. sed debet probari. ad idem quod not. Aretin. in cap. quoniam contra. per illum tex.

lum text. & ibi Felin. §. de probat. & per Felin. in c. si pro debilitate. §. de offic. delega. Contrarium tenit gloss. notab. in c. pastoralis. in prin. §. tit. ij. quae vult stari dicto ordinarij, attestantis se propter impedimentum iustum delegare causam. quam gl. ibi communiter sequuntur Doctores. & idem tenet Alex. in l. j. ff. de officio eius cui &c. & in consilio xxij. consultus. in iij. Facit in simili, quia princeps non potest tollere dominium quaesitum alteri, sine iusta causa, quae tamen præsumitur in eo secundum scribentes, in l. fin. C. si contra ius vel vtil. & Doctores in c. quae in ecclesiarum. supra de constit. facit etiam quod not. Bald. in l. exemplo. in vlt. quaestio. C. de collat. & Felin. in c. sicut. infra de sentent. excommun.

13 Puto distinguendum, quod aut quaerimus an causa præsumatur, & dicendum est quod non, per supradicta. aut quaerimus, si causa sit expressa, an stetur dicto ipsius ordinarij, ita quod faciat plenam fidem, & tunc posset teneri glo. in d. c. pastoralis. quod sic. Ratio est, quia inde nomini oritur aliquod præiudicium, ut dicit Bald. in rub. §. tit. ij. Si verò posset oriri præiudicium, non crederetur. & ita procedit quod not. Socin. in d. conf. xcvi. Idem si episcopus consecrandus reclamaret, quia prætenderet sibi esse magis honorificum si consecraretur ab ipso archiepiscopo: nam posset etiam probari contrarium, quod imò non subesset iusta causa delegandi, & propter talem probationem tolleretur præsumptio oriens ex attestazione ipsius archiepiscopi, ut satis ostendit glo. in d. c. pastoralis. & idem tenet Guliel. de Cun. & Alberic. de Ros. in d. l. j. Et ex his consequens est, quod ex simplici delegatione, alio non dicto, non præsumeretur causa: licet si exprimeretur, staretur dicto ipsius delegantis, quia talis actus nemini est præiudicialis: vnde ex post facto, puta si iam delegatus iudicasset, non staretur, quia tunc esset in præiudicium eius qui succubuit: quod nota. & facit quod notat Felin. in c. si pro debilitate. §. allegato. Nota

14 tertio, quod ea quae sunt ordinis episcopalis, non delegantur nisi habenti ordinem: secus in his quae sunt iurisdictionis, quia delegantur etiam simplici sacerdoti. dicto c. aqua. §. de consecrat. eccle. Et ea dicuntur etiam ordinis episcopalis, quae requirunt consecrationem, ut est consecrare episcopos, ordinare clericos, benedicere virgines, ecclesias, vel altaria consecrare. per glo. in dicto c. aqua. & per Baldum in c. transmissam. de elect. Iurisdictionis verò dicuntur esse, quae consecrationem non requirunt, ut est iudicare, excommunicare, corrigere, iuramenta a vasallis accipere, eos inuestire, electos confirmare, beneficia conferre, ut per Baldum in dicto c. transmissam. Et ratio differentiae huius notabilis est, quam ponit glo. in d. c. aqua. Tu dic clarius ex mente Butrij, & Docto. hic, potestas consecrandi est a Deo, & eam virtualiter habet quilibet consecratus: vnde prius in quolibet loco eam episcopi exercebant, donec deinde fuerunt distinctae dioceses, ut dicunt Doctores in c. si ciuitas. de sent. excomm. in vj. vnde non debet aliquis consecratus amplius illa uti, nisi in sibi subditum, & in quem habet auctoritatem. Sed respectu ceterorum non deficit sibi habitus seu potentia, sed habet obstaculum exercitio: vnde si habens auctoritatem, mandat, dicitur remouere tale obstaculum, non autem conferre nouum ius consecrandi: quia quauis episcopus habeat ius consecrandi in casu tex. nostri, non tamen potest eo uti in personam, quae esset iurisdictionis archiepiscopalis. Et istud etiam voluit glo. hic. Nota quarto, quod ea quae sunt ordinis, non sunt adsumenda nisi a catholico, & cui sedis apostolicae gratia minimè sit subtracta. facit text. §. quaestio. vij. Daibertum. & ita notant Abb. Imol. & alij hic, quod declara duobus modis. Primò, ut consecrationes ab ipsis factae, & collatae nescientibus de misericordia, ab ecclesia tollerentur. c. ordinationes. & c. excommunicati. ix. quaest. j. not. Ioan. Firm. in tract. de episc. in iij. lib. in iij. parte princip. Secundo declara, ut talis consecratio sit nulla quo ad executionem, non autem quo ad habitum, ut est glo. vbi & Abb. & alij, in c. si de ord. ab episc. de quo dic ut per eum. Et ex his habes notare, quod excommunicatus dicitur priuatus gratia sedis apostolicae. Et istud facit ad clausulas quae solent apponi in literis principum, quando dicitur, sub poena priuationis gratiae nostrae, vel sub poena indignationis, quid operentur talia verba Bart. in extrauag. qui sint rebel. in fi. dicit, quod ista verba nihil vltius important, nisi quod expressè indicant, videlicet quod princeps non habebit eos gratos, seu erit illis indignatus. facit quod not. Baldus in procem. decret. vbi ista verba, maledictionem nostram incurrat, non important excommunicationem, sed simpliciter ponunt inobedientem in peccato mortali, ut per Gem. in c. j. in prin. de sepul. in vj. In contrarium facit iste text. & tex. in c. veniens. vbi Moder. infra de praescript. vbi talis clausula videtur importare poenam excommunicationis. Fortius etiam probatur in c. j. §. porro. & ibi gloss. in verbo, perdet. quae fuit prima causa benefic. amit. vbi talis clausula importat amissionem feudi: & ibi Bald. & Moder. hoc notant. Confirmatur per tex. in §. fit tibi quoque. in auth. de mand. prin. per quem tex. dicit Pet. & Bal. in auth. statuimus. C. de episc. & cleric. quod talis clausula importabit quod superior poterit punire extra ordinem. & facit quod not. Alexan. consilio xj. in j. volumine. Siculus in c. ceterum. infra de iudi. & in c. prudentiam. §. aduicimus. §. de offic. deleg. & in consil. xj. in primo. Puto non esse recedendum ab opin. Bart. quae est vera, & defenditur ex proprietate sermonis. l. non aliter. de legat. iij. & quia talia verba praecise non important certam poenam: poenae autem non habent locum nisi in iure expressae, ut in auth. de non elig. secundo nub. §. cum igitur. versu. nec quilibet lex. & text. in l. diuus. ff. de sepul. viol. per quam rationem ita tenet Alex. conf. ciiij. in primo. Fallit quando delictum commissum ex dispositione legis meretur priuationem feudi, vel poenam extraordinariam, quia tunc illa clausula declaratur secundum ius commune. & ita procedit text. in §. porro. & in dicta authent. statuimus. Fallit secundo, quando dicitur quod incurreretur sedis apostolicae indignatio: nam tunc satis potest admitti quod incurratur excommunicatio. & ita po-



rest intelligi text. in c. exit. in fine. de verb. signifi. in vj. Secus si Papa diceret, quod incurreret indignationem suam, vel priuaretur gratia: quia potest intelligi de gratia sua, quatenus est homo, non quantum est in sede Petri, argum. c. si gratiose. de rescriptis. in vj. & ita saluatur quod notat Baldus in dicta rubri. huius libri. Est verum quod ista limitatio non bene probatur hic, nec in dicto c. veniens. quia non sequitur, excommunicatus non est in gratia sedis apostolicæ, ergo qui non est in gratia sedis, est excommunicatus, quicquid dixerit Felin. in dicto c. veniens. vbi subdit, quod si Papa dicat, agatis gratias talibus hominibus pro benemeritis suis erga nos, quod intelligitur mandare, quod sint exempti ab ordinario. allegat Angel. in l. Paulus. §. Paulus. ff. de fideicommiss. liber. sed non reperio Angel. istud dicentem, nec credo quod in se sit vera decisio, per supradicta. Nec in isto casu militat ratio d. §. Paulus. Nota quinto secundum Abb. hic, quod subditus tenetur litigare subdelegato ꝛ sui superioris: sicut in simili hic videmus, quod episcopus tenetur recipere consecrationem à delegato sui archiepiscopi. Adde in simili quod notatur in c. quæris. supra de ætate & qualitat. vbi clericus etiam inuitus compellitur per episcopum ad maiores ordines suscipiendos, si est valde utilis ecclesiæ, licet ipse dicat se impediri propter peccatum occultum. Intellige istud notabile, vt procedat in reo vel etiam in actore, qui iam incipit agere: nam aliàs nemo inuitus agere compellitur. l. vni. C. vt nemo inuitus. Sed dubius casus est. Pone, ego egi contra te, & contestatus sum litem, nunquid possum te inuito \* renuntiare liti? & gloss. & Bald. in l. 18 vtique. ff. de rei vend. dicunt quod non, si rei inter sit: aliàs potero: quod not. Sed nunquid potero renuntiare instanti? Videtur quod sic, per not. in l. postquam liti. C. de pact. Puto quod non, quia quæsitum est ius reo, cuius interest expectare diffinitiuam, fortè vt absoluat. authent. qui semel. C. quom. & quan. iud. Secundò intellige istud notabile, ꝛ vt non procedat quando delegatus ex iusta causa possit recusari, puta quia suspectus, secundum not. in l. apertissimi. C. de iudi. in c. suspicionis. §. titu. ij. in c. cum specialij. §. de appella. veluti si in causa aliquis vertatur articulus subtilis: nam non compellitur subditus litigare coram delegato qui sit grossus doctor, vt dicit Baldus in l. fi. in xvj. quæst. C. de hered. inst. Extra gloss. dum Abb. hic prosequitur materiam iurisdictionum: referendo dicta Bartoli, in l. imperium. ff. de iurisdic. omn. iud. & accommodando ea cum dictis Canonist. primo quærit ꝛ quid sit iurisdic. 20 in genere, & residet cum gloss. in l. j. ff. eod. quod iurisdic. sit potestas de publico introducta cum necessitate ius dicendi, & æquitatis statuendæ. & cum ista diffinitione communiter transeunt Doctores. Sed tu aduerte, quia Iason in dicta l. j. arguit contra istam definitionem, quatenus dicitur, cum necessitate ius dicendi, quia datur iurisdic. in qua non est ista necessitas. Istud probatur quatuor medijs. Primo in iurisdictione voluntaria, veluti in iudicibus chartularijs, de quibus in l. j. ff. de iud. Sed tu responde, quod quicquid ibi dicat glo. nunquam fit in iure mentio de talibus iudicibus, vt §. dixi in rubri. nec tales iudices aliquam habent administrationem. Præterea iurisdic. voluntaria ita dicitur respectu partium, sed respectu iudicis est necessaria, vt est text. in authen. de quæst. §. si verò aliquis. & in l. iij. §. si tam vicinum. ff. de dam. infect. secundum intellectum Angel. Imol. Paul. de Castr. & Alex. Secundò adducit, quia etiam princeps non cogitur iudicare, & tamè habet iurisdictionem. l. princeps. ff. de leg. Sed ad hoc responderetur ex doctrin. Bar. in d. l. imperium. vbi dicit, quod habet necesse hoc facere saltem de honestate. l. digna vox. C. de legib. Ego credo quod imò de necessitate debeat princeps \* ius dicere, vel per se, vel per magistratus, aliàs posset priuari regno. argu. c. alius. xv. quæst. vj. & istud videtur esse de iure gentium. c. rex debet. xxij. quæst. v. quo iure non est solutus princeps. & facit quod not. And. de Iser. in tit. quæ sint regalia. in verbo, vestigalia. vbi dicit, quod princeps habet vestigalia, & redditus regni, vt seruet iustitiam, & tueatur subditos etiam ab incurfibus latronum, aliter non facit fructus suos. & ibi allegat Theologos ita concludentes. Tertiò adducit, quia iudex \* excommunicatus vel 22 suspensus habet iurisdictionem, & tamen non potest cogi ad iudicandum. c. ad probandum. infra de re iud. Sed dic quod nec etiam partibus volentibus talis debet iudicare, ex quo partes tenentur eum videre, vt ibi dicitur: vnde talis iudex est priuatus vsu iurisdictionis in pœnam. Quartò adducit, quia quando iudex \* est extra territorium, habet iurisdictionem habitu, vt est gloss. in l. iij. ff. de offic. præsi. 23 & tamen non potest cogi. Sed tu dic, imò si partes consentiant litigare sub eo, possunt eum cogere, vt dicit Bartolus. & est communis opinio, in l. fin. ff. de iustit. & iure. & per Docto. in c. P. & G. §. de offic. deleg. Præterea ad ista duo fundamenta vltima potest responderi, quod imò iudex potest cogi iudicare, sed debet istud congruis locis fieri & temporibus. argu. gloss. in c. quoniam Romani. xxxj. distinct. Sed tempore suspensionis vel excommunicationis, non est cõgruum tempus: sicut quando iudex est extra territorium, non est cõgruus locus. Et sic possunt tolli argumenta Ias. defendendo communem sententiam. Sed tu aduerte, quia quodlibet istius definitionis membrum videtur dubitabile. Et ꝛ primò dum 24 dicitur, quod est potestas de publico introducta, videtur istud ineptè dictum: quia cum nos loquamur de potestate quatenus residet in iudice, certè tunc potestas idem est quod iurisdic. l. potestatis. ff. de verbo. signifi. vnde istud est definire idem per idem. Secundò dum dicitur, cum necessitate ius dicendi, istud videtur falsum: quia multa spectant ad iudicem vigore iurisdictionis, quæ tamen non subsunt necessitati. l. non quicquid. ff. de iudi. not. in l. vbi pactum. C. de transact. Bal. & Alex. in l. Gallus. in prin. de lib. & posthum. Tertiò dum subditur, & æquitatis statuendæ, istud est superfluum, quia satis continebatur sub illis verbis, ius dicendi, ex quo ius continet æquitatem, quia est ars boni & æqui. l. j. in prin. cip. ff. de iustit. & iure. Præterea & fortius sequeretur, quod sententia contra æquitatem lata esset nulla, tanquam

tanquam lata sine iurisdictione: quod est falsum, quia prætor dicitur ius dicere, etiam si iniqua decernerit. l. penult. ff. de iustit. & iure. Et facit, quia condere \* Itatutum est iurisdictionis, vt dicunt omnes in d. l. j. & Bartolus in l. omnes populi. in j. quæst. in prin. ff. de iustit. & iur. & tamen statutum iniquum tenet. c. cum omnes. vbi Modern. in v. notab. §. de conitit. per Baldum in extrauag. de pace Constan. in princip. Præterea non est verum quod iudex debeat semper sequi æquitatè, imò rigor scriptus præfertur æquitati non scriptæ. l. placuit. C. de iudi. Possit fortè breuius definiri: Iurisdic. est potestas de publico ad ius dicendum constituta. cogita tamen. Sed hic successiue contingit dubitari de duobus. Primum est in dispositione loquente de iurisdictione, nunquid in dubio debeat intelligi de iurisdictione in genere, & sic etiam de mero & mixto imperio: an vero de minima iurisdictione tantum. Abbas hic videtur voluisse, quod intelligatur de minima, nisi addita sit dictio, omnimoda. per glo. in Clem. vnica. in verbo, omnimoda. de foro comper. Eandem opinionem tenet Baldus in c. quanto. §. de iudi. vbi dicit, quod si apposta esset dictio, omnis, adhuc non compræhenditur merum imperium, quia ista suprema ( vt est ius gladij ) requirunt specialem concessione. argu. l. Pomponius. in prin. ff. de procur. & ita tenet Ias. in d. l. imperium. & pro hac opin. facit doctrina Bart. in l. hoc legatum. ff. de leg. ij. In contrarium est communis opinio, de qua hic per Fel. & eam latè defendit Alex. in l. j. cum sequen. ff. de off. eius cui & c. secundum quam etiam consuluit consil. xxiiij. in iij. volumi. Pro qua conclusione facit regula, quod 26 idem operatur \* genus, quod numeratio singularum specierum. l. omnes. C. de præscript. xxx. anno. l. si duo. in fin. ff. de admitt. Sed tu aduerte, quia omnis difficultas residet in hoc puncto, an merum imperium debeat specialiter transferri, an verò sufficiant verba generalia. & Bald. dicit, quod debet specialiter transferri & exprimi. argu. d. l. Pomponius. Confirmo istam opin. duobus argumentis. Primò per tex. in d. l. j. ff. de offic. eius cui & c. vbi tex. loquens de mero imperio, dicit quod specialiter lege, vel constitutione, vel senatusconsulto tribuitur. Secundò probatur, quia merum imperium videtur esse 27 de regalibus. cap. j. quæ sint regalia. in vsibus feud. ergo debet specialiter exprimi, quia \* in generali cõcessione non censentur translata regalia, vt per Andr. de Iser. Bald. & cæteros in d. c. j. & facit tex. in c. j. de capi. qui curiam vend. Puto contrariam opin. quæ est magis communis, esse veriorè, & sic quod sufficiat generaliter concedi iurisdictionem, vt compræhendatur merum imperium, per supradicta. Non obstat gloss. in d. Clem. vnica. in verbo, omnimoda. quia illa dictio ibi non videtur apposta vt includatur merum imperium, quod etiam sine illa fuisset inclusum, sed ad declarandas qualitates ipsius iurisdictionis, vt ostenderetur quod eodem modo & forma, qua solebant episcopi cognoscere in diocesi sua, ita etiam cognoscerent quando sunt expulsi in propinqua ciuitate. & istud est magis de mente literæ, quicquid dicant Abb. & etiam Cardin. ibi. Nec obstat regula l. hoc legatum. quia non procedit nisi in odiosis hominum dispositionibus, & habentibus strictam interpretationem, vt per Abbatem in c. Rodolphus. §. de rescriptis. & declarauit in c. j. in secundo notabi. §. eod. Præterea regula ibi posita per Bartolum. non bene probatur in illo text. qui habet aliam rationem, vt per Paul. de Castr. in l. serui electione. §. Labeo. ff. de leg. j. & latius dixi in l. ij. in prin. ff. de verb. obli. Nec obstat quod merum imperium specialiter tribuatur, quia quicquid dicant Bald. & Ias. puto istud ita simpliciter dictum non esse verum. Non obstat d. l. j. quia ibi merum imperium tribuitur specialiter, id est, in signum maioritatis causarum, & specialiter respectu personarum, quia tribuitur certis magistratibus: non autem negatur, quin verbis generalibus possit transferri. Non obstat, quod sit de regalibus, quia. text. in d. c. j. non loquitur de omni mero imperio, sed solum de pœnis & mulctis. Et de isto fundamento j. dicam. 28 Stat ergo firma conclusio communis, quod concessa iurisdictione ꝛ venit merum imperium: quam etiam tenet practicus Papiensis in forma libelli super actione concess. in verb. plenam & omnimoda. Fallit primò ista conclusio, vt non censentur concessa ea quæ sunt maximi gradus meri imperij, vt est condere legem, secundum Angel. in d. l. imperium. & sequitur Iason ibi. Fallit secundo in regalibus, quia tali casu merum imperium consistens in regalibus non compræhenditur, sed censentur reseruarum. argu. c. quod translatione. §. tit. j. & per Doc. in d. c. j. quæ sint regalia. Et istud putarem verum, etiam si esset additum verbum generale, puta, omnis iurisdic. & in tali casu potest saluari decisio Baldi in d. c. quanto. & facit quod not. Alber. de Ros. in d. l. j. in fin. vbi dicit, quod rex donans castrum cum omni iure suo, non censetur concessisse ius regium, quia de tali verisimiliter videtur actum. Ista limitatio recipit plures declarationes. Prima est ꝛ quando in cõcessione essent verba valde prægnantia, puta quia diceretur, concedo tibi omnem iurisdictionem cum quibuscunque emolumentis, redditibus, & prouentibus & c. nam tunc includerentur etiam regalia, de quibus in d. c. j. vt cõsuluit Paul. de Castr. consil. lxxij. incip. quod dicti redditus. in j. volu. Et idem esset in concessione, vbi sit facta mentio aliquorum regalium, deinde sit subdita clausula generalis. Et quæcunque alia & c. secundum Paul. in d. consil. & Andr. de Iser. in d. rub. quæ sint regalia. Secundò declara, vt non procedat quando esset facta reseruatio aliquorum regalium: nam censentur in generali concessione alia inclusa, secundum Ludo. Roma. consil. cclxxj. vis tota. & Decium consilio cxcvij. Tertiò declara vt in tali cõcessione non veniant regalia quo ad nouam impositionem, sicut sunt vestigalia de nouo imponenda. l. j. C. vestig. noua imp. Secus de antiquis vestigialibus iandiu impositis, quia talia non censentur de regalibus, imò locantur, & venduntur, & transferuntur per habentes imperium merum, sicut reliqua priuata. ita singulariter dicit Com. consilio clxij. visa copia. in fi. ita declarans text. in d. c. j. quæ sint regalia. & sic dum text. ponit

inter regalia, multas, & pœnas, confiscationesque, potest admitti quod sint regalia, sed non tamen referuata: nisi quando imponerentur propter nouas constitutiones fiendas ab eo, cui conceditur iurisdictionis: nam istud sibi non liceret. & nisi ille textus ita intelligatur, non video quomodo possit procedere de iure. Nam ut dicit Pet. Iac. in tract. libel. in tit. de iurisd. in fin. in illo tit. quæ sint regalia. continentur multa, de quibus est truffatorium dicere quod sint alicui referuata principi: unde ipse tenet quod sit ius locati: & propterea concludit, quod si aliquis sit interfectus in via publica, cognitio de tali crimine ad eum pertinebit, qui in eius castro merum habet imperium à principe sibi concessum: non autem censetur ista cognitio referuata principi, tanquam sit de regalibus. & secundum istam decisionem etiam ego quandoque consului: & Docto. in l. continuus. §. cum quis. ff. de verbo. obliga. præsupponunt viam publicam non esse de referuatis, sed esse in dominio ciuitatis, & posse mutari & alienari, quicquid dicatur in d. c. j. & ita etiam vidi feruari. Fallit tertiò in mandato quod fit iudici: quia si simpliciter mandetur iurisdictionis, censetur solum actum de iurisdictione minima. & ita tenet Felin. hic, pro quo facit l. cognitio. per argu. à speciali. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. & videtur probari, quia talia mandata strictè interpretantur, unde in dubio videtur actum de specie, per regulam d. l. hoc legatum. Sed tamen Alex. in hoc tenet contrarium in d. l. j. cuius opinio præualeret in practica. Secunda principalis dubitatio, si an appellatione iurisdictionis, in dubio intelligenda sit ordinaria tantum, an etiam delegata. Alexand. in rubr. ff. de iurisd. om. iud. concludit quod venit vtraque, ponderando glo. ibi. Contrarium videtur voluisse Anton. de But. in c. sua nobis. §. de offic. vicarij. quem sequitur Iaf. in dicta rubr. Mouetur, quia in dubio, verba debent intelligi in potentiore significato. l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ag. ve. Iurisdictionis autem ordinaria est firmior, ut vidimus §. in rubric. Tu non recedas ab opinia. Alexand. distinguendo ut per eum. Non obstat fundamentum Iaf. quia quando \* vocabulum habet plura significata, & de necessitate vna est tantum accipienda, tunc capitur significatio potèrior: veluti cum lex loquitur de domino alicuius rei, & intelligit tantum de vno, tunc semper intelligimus de directo: quia directum & vtile dominium simul non concurrunt in eadem persona, ut notatur in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquiren. possess. unde tunc accipitur significatio potèrior, ut intelligatur de directo: nisi aliqua coniectura sit in contrarium, puta, quia agatur de sustinendo libello, iuxta notata in l. corruptionem. ff. de vsufr. & per Modern. in §. nihil commune. in l. naturaliter. ff. de acqu. poss. Sed vbi potest vtraque significatio accipi, tunc est secus: quia verba generalia, gneraliter accipiuntur. l. j. §. j. ff. de aleator. probatur ex not. per Bartolum & Angel. in rubr. ff. solut. mat. in verbo, petatur. & aliàs dixi in §. Cato. Successiue Abb. ponit definitionem meri imperij, traditam per Petr. & Bart. in d. l. imperium. ut si iurisdictionis quæ officio iudicis nobili expeditur ad publicam vtilitatem: cū qua definitiue transeunt ibi Doctores per Bartolum. Nec obstat fundamentum Iaf. ibi, dum dicit, quod talis definitio non comprehendere casum quo iudex absolueret aliquem criminaliter accusatum, ex quo talis sententia principaliter respicit vtilitatem priuatam, scilicet eius qui fuit absolutus, ut per Bartol. in l. j. ff. sol. mat. vers. tertio est quædam vtilitas. Nam ad hoc ibi respondet Picus, quod imò iudex quando procedit contra aliquem principaliter, procedit propter publicam vtilitatem, ut eos condemnet si reperiatur delinquentes: & licet quandoque absoluat, istud non attenditur. argu. l. si quis nec causam. ff. si cert. peta. Subdit tamen ibi Picus, quod Bar. in ista materia voluit plus scire, quam ipsi Iurisperiti: & propterea ipse aliter tenet, ut j. dicam. Pro habenda clariùs materia, videndum est, nunquid sit verum quod merum imperium expeditur iudicis officio nobili. Et videtur quod sic, ut probatur in l. placet. vers. sic. quod non ita. secundum communem intellectum. C. de pedan. iudic. Ex quo sequitur, quod accusatio non sit ius distinctum ab officio iudicis: unde iudex procedens in causa accusationis, dicitur procedere ex officio nobili, non autem ex officio mercenario deseruiente accusationi. & ita tenent ibi Bartol. Alexand. Ioan. Bapt. de S. Seuerino in viij. q. & alij, & est de mente Abb. hic: & ita etiam tenuit Bart. in extrauag. qui sint rebelles. in verbo, meretur. & in l. cum lex. vbi infert ad quæst. ff. de fideiussorib. & istam partem late defendit Aret. in rubric. j. de accusa. & pro ea facit ratio, quia aliquis delinquens non dicitur obligatus fisco, nisi demum lata sententia, quo casu fiscus acquirit etiam hypothecam, ut concludit Bartolus in l. aufertur. §. fiscus. ff. de iure fil. per Alexand. & Modern. in l. rescriptum. ff. de pactis.

Sed tu aduerte, si quia contraria opinio videtur verior: quia imò delinquens dicitur seipsum obligare, & tenetur ex præsumpto consensu, ut probatur in episto. inter claras. §. liquet. Gloss. ibi in verbo, si ipsum. allegat C. de sum. trin. & fid. cathol. ad idem est text. in l. fin. in verbo, maluerit. vbi Angel. C. de col. lat. bon. patrim. lib. xj. gloss. in l. seruus. ff. de his qui not. infam. Iaco. de Beluis. in §. quia verò leonis. ij. in authent. de non alien. per Bartol. & Doct. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. Sed officium iudicis non competit aduersus obligatum naturaliter, præsertim ex consensu, imò non præsupponit obligationem. l. cum quærebatur. ff. de damn. infect. & quamuis Aret. in hac rub. dicat, quod imò obligatio qua tenetur delinquens, oritur ex æquitate, secundum Bart. in l. non solum. §. iniuriarum. ff. de iniur. quo casu factis posset dici quod competeret officium iudicis, iuxta not. in l. qui seruus. §. si. ff. de verb. obl. tamen dico quod iure talis delinquens tenetur etiã ex præsumpto consensu, per supradicta: & sic tollitur responsio Aret. Et istud fundamentum tanto magis procederet in criminibus, in quibus bona applicatur ipso iure fisco, iuxta c. cum secundum. j. de hæret. in vj. per Bar. in authent. incestas. C. de incest. nup. nam in illis non potest negari, quin delinquens statim obligetur, ex quo perdit bona: unde in tali casu non est dicendum quod

dum quod detur officium iudicis. Secundò pro ista parte adducit quod not. Bart. in l. si maritus. §. tin autem extraneus. ff. ad l. Iul. de adult. Aret. post alios in rub. j. de iudic. vbi dicunt quod accusatio est remedium ordinarium, ergo non est officium iudicis, quia tale est extraordinarium. l. cum filius. ff. si cert. pet. l. in causa. ff. de minoribus. Tertiò adduco text. in l. j. ff. de iurisd. om. iud. vbi text. volens demonstrare amplitudinem officij iudicis, exemplificauit solum in causis mixti imperij: certè si causæ criminales expedirentur tali officio, Iurisperitus fuisset diminutus, qui tacuisset exemplum nobilius. Nec dicatur quod hoc concessio sequeretur, quod nec inquisitio tractaretur officio nobili: quia respòdeo, quod de inquisitione non debuit haberi aliqua consideratio, ex quo regulariter non permittitur. arg. l. iij. ff. de fideicom. liber. Quartò considero, quod officium \* iudicis est quid extraordinarium, & non datur nisi vbi non est aliquod nomen speciale petitionis. c. ij. §. de offic. iud. per Bar. in d. l. j. unde datur quando imploratur restitutio in integrum, vel interpositio decreti, vel dario tutoris: & est ratio, quia ista non habent nomen speciale petitionis: quæ ratio cessat in casu nostro, ex quo accusatio est nomen speciale. facit in simili quod not. Bart. de contractibus innominatis, in l. iuris gentium. in prin. ff. de pact. in l. j. ff. de iure iur. & facit, quia valet argumentum de contractibus ad iudicia. l. omnè. ff. de iudi. Quintò adduco, 35 officium iudicis si nobile etiã lata definitiua non expirat. l. illicitas. §. si. ff. de off. præsid. Sed in accusatione, lata sententia, iudicis officium expirat. l. diui. ff. de pœn. ergo non est notabile. & per istam rationem ita tenet Bart. in l. si iudex. posteaquam. ff. de re iud. & licet Alex. in d. l. imperium. conetur saluare Bart. ab ista contrarietate, tamen Bart. nimis clarè loquitur. Et solutio Alex. ad d. §. si. dum dicit, quod procedit tantummodo in multa, in qua iudex latus habet habenas. l. si qua pœna. & l. aliud. §. inter. ff. de verb. sign. confunditur ex notatis per eundem Alex. in d. l. iudex. vbi concludit hoc esse non solum in multa, sed etiam in restitutione in integrum. arg. l. in causa. ij. de mino. §. si. Sextò adduco, quod ius inducendi multam est meri imperij, secundum Bart. in d. l. imperium. & Abb. hic, & tamen inducitur per viam actionis in factum. l. j. §. fin. & Bart. in vers. ad secundum. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & talis actio eadem est cum accusatione, secundum Bart. ibi. Et istam partem, quod merum imperium expeditur officio mercenario deseruiente accusationi, principaliter tenuit Bar. in d. l. si iudex posteaquam. & ibi sequitur Alex. Idem etiam voluit Bart. in d. l. j. in prin. in iij. q. vbi Moder. Taurin. ponderant. ff. si quis ius dic. non obtemp. & idem sentit in extrauag. ad reprimendum. in verb. accusationem. Petr. Bald. Iaf. Picus in d. l. imperium. Bal. in d. l. placet. C. de pedan. iudi. Imol. & Angel. in l. v. in prin. ff. de verb. obliga. Angel. de Aret. in tractatu maleficio. in verbo, mero. & in verbo, nec non ad querelam. & in verbo, nec non ad denuntiationem. Nec obstat tex. in dicta l. placet. quia intellectus si communis ad illum textum non videtur verus: & contra eum primò facit, quia est impossibile quod principium legis referatur ad causas mediæ iurisdictionis, quæ sunt c c c. aureorum, iuxta textum in §. audient. in authent. de iudi. quia ista distinctio fuit facta à Iustiniiano, qui fuit longè posterior Imperatoribus qui fecerunt dict. l. placet. unde non potest referri d. l. ad ius nouissimum, quia sequeretur quod tempore quo fuit facta, non habuisset aliquem idoneum intellectum: quo casu non procedit l. sed & posteriores. ff. de legibus. Secundò facit, quia falsum est quod causæ ccc. aureorum possint cognosci per præfides, nisi in causa appellationis. §. & iudicare. in authent. de defens. ciuit. de quibus causis appellationis non potest intelligi d. l. placet. quia illæ non possunt delegari referuata sententia. authent. ad hæc. C. de iudi. per gl. & Salic. in l. j. C. de pedan. iudi. & tamen d. l. placet. loquitur etiam quando fit delegatio referuata sententia, secundum communem intellectum. Tertiò contra eundem intellectum ponderantur verba tex. dum dicit quod præfides delegabant illas causas, eò quod ipsi non possent cognoscere. Nam si intelligamus de causis mediæ iurisdictionis, illæ delegarentur non solum quia præfides non possent, sed etiam quia non vellent cognoscere: & aliud est nolle, & aliud non posse. c. cum super. j. de off. deleg. gl. in c. literas. in verb. dispensare. j. de rest. spolia. Quartò ponderantur illa verba, Ex officio suo. quia non videtur quod simpliciter debeant referri ad officium iudicis nobile. quod probatur ex vl. vers. ibi, dum tamè de ingenuitate & c. quæ clausula est exceptiua, ut declarat Ale. in authent. ex testamento. in princip. C. de collatio. unde exceptio debet esse de terminis regulæ. l. nam quod liquidè. §. si. ff. de penu lega. sed exceptio loquitur de causis quæ expediuntur officio iudicis mercenario, ergo etiam vers. præcedens, potius deberet de tali intelligi. Facit, quia iura facientia mentionem etiam de mero officio iudicis, tamen intelliguntur de mercenario. l. v. in prin. de verb. obl. Ad istud argumentum tamen ex infra dicendis parebit responsio. Quintò dico istum intellectum non esse tenendum, quia corrigit ius antiquum. ar. l. sancimus. C. de testa. De iure enim antiquo causæ pecuniariæ etiã mille solidorū, sunt delegabiles. d. l. imperium. in fi. Facit, quia 38 ad hoc vt inducatur correctio \* legum, debet specificari, secundum gl. in c. cupientes. §. quod si per viginti. in verb. petere. de elect. in vj. Sed ibi hoc non inducitur expressè, imò ille tex. est valde ambiguus, facit, quod no. Bar. in l. in ambiguo. de reb. dub. Unde tu cogita si ille tex. aliter potest intelligi, vt prima pars loquatur in mero imperio, secunda in mixto, tertia in causis iurisdictionis: & in prima statuitur, quia cum iure veteri propter absentiam seu licitum impedimentum delegaretur causæ meri imperij, iuxta l. j. ff. de off. eius cui & c. & ibi Doct. solebant præfides illas delegare, dicentes se non posse cognoscere, seu se esse occupatos: vetat istud Imperator. nisi tale impedimentum sit ex causa publica, vel propter negotiorum multitudinem. Subsequitur deinde in secunda parte, quod istud non vult procedere in causis in quibus præfides non solebant delegare: quia illæ neque in dictis duobus casibus debent delegari. & hoc in-



telligo de illis causis mixti imperij, quæ non sunt delegabiles: & illa verba, ex officio suo, simpliciter intelliguntur, id est, per seipso, siue ex propria sollicitudine. l. i. j. C. de ser. fugi. l. j. C. qui per. tut. Et si dicas, sicut præfides delegabant causas meri imperij sub prætextu quod essent impediti, & propterea cognoscere non possent, cur non idem faciebant in causis mixti imperij? Respondeo, quod ratio differentia est in promptu: nam in causis meri imperij non debet reus detineri diu in carceribus, nec expectare quod cesset impedimentum iudicis. l. j. C. de cust. reo. quæ ratio cessat in causis mixti imperij, in quibus mora non est ita præjudicialis. & ita teneo. Nec est verum quod tex. ibi velit quod possit fieri delegatio, reseruata sententia, nec verba legis hoc importat: cogita tamẽ. Et sic videtur quod ista definitio Bar. & Abb. quæ acceperunt à Per. de Bellaper. non sit vera, & merito Picus ab ea recessit, & dicit quod vera definitio ponitur in d. l. imperiũ. 39

per Iurifconsultũ, vt dicamus, quod merum imperiũ est potestas gladij animaduertendi in facinorosos homines. & ita etiã tenuerunt Ang. Paul. de Castr. in fi. & Picus ibi, & etiã est de mente gl. in l. j. in verb. bonorum. eod. tit. Idem tenet Oldr. Odofr. Iac. de Are. Guliel. de Cun. Iac. Butrig. Bal. Albe. de Ros. ibi, & Oldr. consil. x. venditũ est castrum. Per. de Anch. Hostienf. & antiqui hinc. Butrig. & Io. de Ana. in c. in archiepiscopatu. de rapt. Io. And. in addit. Specul. in tit. de iurisd. om. iu. in gl. in verb. explicatur. Petr. Iacob. in libello de iurisd. Et licet aliqui ex supradictis alias ponant definitiones, tamen reincident in idem cum definitione Iurifconsul. & præsupponunt quod merum imperium consistat in crudeliori rerum animaduersione, propter publicã vtilitatẽ, iuxta lita vulneratus. ff. ad l. Aquil. nec ipsi considerant istud nobile iudicis officium, prout faciunt Bart. & Mod. Et cum ista opi. ego resideo, intelligendo de gladio non materiali, sed ciuili, prout in c. dilecto. de sent. excom. in vj. Et tenendo istam partẽ, quæ propter auctoritates antiquorũ videtur comunior, non obstant rationes Bart. & Doct. Et primò non obstat, quod condere legem sit meri imperij. arg. l. nulli. vbi Bal. C. de sent. & tamen non comprehenditur sub hac definitione: quia respondeo, quod imò condere legem, est cuiusdã facultatis, nec est alicuius iurisdictionis. Istud probatur, quia à quo remouetur genus, ab eo remouetur quælibet eius species. l. omnis. C. de præscript. xxx. ann. Sed condere legem non est iurisdictionis in genere. Istud probatur, quia in hoc non est necessitas ius dicendi, secundum distinctionẽ supra positam: non enim compellitur aliquis leges condere. Item aliud est ius dicere, aliud condere. Confirmatur secundò, quia condere statuta, pertinet etiã ad non habentes aliquã iurisdictionẽ: vnde populi subditi alterius imperio, possunt statuere, vt est magis comunis opinio, per generalitatẽ l. omnes populi. vbi Iaf. ff. de iusti. & iur. & per Doct. in c. quod clericis. j. de for. comp. & sic, sicut condere statuta est cuiusdã facultatis, ita etiã debemus dicere de alijs legibus, quia valet argumentum de vno ad aliud, & statutũ in loco vbi viget, dicitur ius comune. c. cum venissent. j. de eo qui mitt. in possess. §. volumus. in extrauag. de pace Constan. & ibi Bald. in verb. criminalib. & Iaf. in d. l. omnes populi. facit quod not. Ro. consil. ccxvii. & Soci. in consil. lxxxj. in j. volu. Ad idem moueor, quia merum imperiũ semper respicit publicã vtilitatem, sed lex quandoque respicit priuatam. l. j. §. huius studij. ff. de iusti. & iur. Præterea etiã dato quod condere legem sit meri imperij, adhuc Iurifconsul. definitio est vera: quia Iurifconsul. definit merum imperiũ, quatenus residet in magistratibus: quod ostenditur ar. rub. sub qua est situata d. l. Imperiũ. l. Imperatores. ff. de in diẽ addi. non autẽ definitur imperiũ quod est principi reseruatum, prout est condere legem. l. si. C. de legi. de quo in l. formam. C. de offi. præfec. præ. & in l. non ambigitur. ff. de legib. Sed, vt dixi, prima responsio est verior, quia nullibi probatur quod condere legem sit meri imperij. Secundò non obstat si diceretur, quod data ista definitione pro vera, sequeretur quod quilibet haberet merum imperium, ex quo datur casus, in quo quilibet habet ius animaduertendi gladio in facinorosum, puta si sit desertor, transfuga, vel nocturnus depopulator. l. j. C. vt lic. vnicuique. Sed respondeo, quod terminus Potestas, positus in definitione, capitur ratione iurisdictionis. l. potestas. ff. de verb. sig. sed in dicto casu non animaduertitur vigore iurisdictionis. Tertiò non obstat argumentũ Iaf. in d. l. imperium. dum dicit, quod ista definitio non habet genus proprium & differentias, ergo non est bona, vt per Bart. in l. j. ff. de testa. Sed potest respondere, quod imò potestas est genus, cætera verò important differentias, ex quibus resultat proprium. Præterea satis est quod conuertatur cum definito. l. j. §. j. ff. de dolo. & per Mod. in rub. j. de probat. & licet Iurifconsul. non posuerit formaliter verba secundum naturã definitionum, tamen definitio satis colligitur ex eius verbis, & in hoc imitatus est potius rhetoricos quàm dialecticos, prout etiam solet facere in ratione argumetandi, de quo in l. j. ff. si cer. per. Cætera argumenta sunt leuia, vnde satis fuit respondere in voce. Circa definitionẽ mixti imperij, & communiter tenetur opin. Bart. & Abb. quod sit iurisdicctio quæ expeditur officio iudicis nobili, ad priuatam vtilitatem. & Bar. dicit expeditur officio nobili, ad differentiam iurisdictionis, quæ expeditur officio mercenario deferuiente actioni: & sic Bart. & Doct. constituunt manifestã differentiam inter officium iudicis nobile, & actionem: & ita transeunt omnes. Tu aduerte, quia istud non est ita expeditur: imò appellatione actionum, generaliter accipiendo, venit officium nobile: & hoc probatur aliquibus medijs. Primò, quia tali officio competit definitio actionis posita Instit. de actio. Nam officium \* iudicis est persecutio. l. pecuniæ. §. persecutionis. ff. de verb. sig. & sic ius perseguendi in iudicio quod sibi debetur. Nec obstat quod officium iudicis nullã præsupponat obligationem. l. qui per collusionem. ff. de act. emp. l. iij. C. de pos. Et sic non videtur verificari illud verbum, debetur, quia respõdeo quod illa iura procedunt in casu suo, videlicet in officio mercenario, quod expirauit lata sententia: sed nos loquimur in nobili, quod quidẽ officium nobile præsupponit actionẽ ex æquitate orientem, quæ etiã propriè loquendo,

quando, est obligatio, vt per Bartol. & Docto. in l. Iulianus verum debet. ff. de condit. indebi. licet in tali obligatione quis non constituatur in mora ante interpellationem iudicalem. l. cum postulasset. ff. de dam. infect. Et nisi diceremus subesse veram obligationem, malè faceret iudex qui compelleret aliquem per officium suum, si non esset obligatus, contra l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. loc. Et probatur hoc, quia in executione iudiciali nedum competit actio in factum iudicati, sed etiam officium iudicis nobile. l. item veniunt. §. idem rectè. ff. de petit. hæred. Bartol. & Doctores in l. intra. ff. de re iud. ergo præsupponit etiam propriè loquendo obligationem, quia aliàs non posset concurrere cum actione. Et idem dicitur in executione multatæ, pro qua competit actio, & etiam iudicis officium. l. j. §. si quis ius dicen. non obtemp. Secundò probatur in l. in causã. ij. in prin. ff. de mino. iuncto eo, quod dictio, aliàs, est im-

42 plicatiua \* similiũ. l. si fugitiui. C. de ser. fug. Et dicere quod ibi non implicat, est cauillare tex. Tertiò probatur ex l. i. iuncta l. liberti. C. de liber. & eor. lib. nam in l. j. dicitur quod datur remedium extraordinarium, & sic officium iudicis. l. cum filius. ff. si cert. pe. sed in l. liberti. dicitur quod datur actio: & sic ibi expresse apparet appellatione actionis comprehendi officium iudicis. Quartò facit, quia idem est officium iudicis, quod persecutio, secundum Bart. in d. l. j. & probatur in l. pecuniæ. §. persecutionis. ff. de verb. sig. Et persecutio & actio ordinaria, seu actio in factum, idem est. l. si. ff. de var. & extraor. cog. §. præiudiciales. Instit. de act. Et hoc tenendo non obstant allegata in contrarium: & primò text. in l. quod si minor. §. fin. ff. de minor. dum dicit, ex hoc edicto nulla propria actio proficiscitur, sed totũ pendet ex prætoris cognitione: quia vult dicere textus quod ex illo edicto non oritur aliqua actio natia, sed si prætor cognouerit subesse æquitatem, concedet datiuam, seu extraordinariam actionem. Et iste intellectus probatur

43 ponderando dictionem Ex, quæ significat \* causam proximam, vt per Bart. & Doct. in l. non dubium. C. de ell. & ponderando dictionem, proficiscitur, quæ refertur ad actiones natias, de quibus per Bart. in §. & ideo. in l. iuris gentiũ. ff. de pact. Præterea illa dictio, propria, significat specialem: quia proprium est quod vni soli conuenit, secundum Dialecticos: vnde non tollitur actio extraordinaria, quæ est generalis. Non obstat l. hæreditas. in fi. ff. de pet. hæred. ibi, quamuis stricto iure nulla teneantur actione hæredes &c. quia respondeo, quod ille tex. à contrario sensu probat quod hæredes iure non stricto, & sic ex æquitate tenentur aliqua actione, & sic officio iudicis: & secundũ illum tex. intelligitur l. Quintus. §. Pomponius. ff. de annuis leg. Non obstat text. in l. actionis. † in j. vers. ff. de act. & obli. vbi videtur probari, quod officium iudicis instar actionum obtinet, ergo non est actio, vt ibi in gl. Nam respondeo, quod ille text. inducit similitudinẽ officij iudicis cum actione particulari in rem, vel actione in personam: sed non sequitur quin omnes comprehendantur, capiẽdo actionem in genere: sicut hominum alter est alteri similis, & tamen omnes propriè veniunt appellatione hominũ. & istud probatur ibi etiã ponderado verbũ, continetur, quod solet vt plurimũ intelligi de proprietate sermonis, vt per Bar. in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postul. Non obstat tex. in c. ij. j. de offic. iud. ibi, officium iudicis vbi cunq; pro actione proponitur, ergo non est actio. Nam respondeo, quod ibi ponuntur illa verba ad differentiam officij iudicis, quod succedit loco exceptionis, de quo in l. planẽ. ff. de pet. hæred. non quod in suo casu iudicis officium non comprehendatur sub actione. Et sic illa præpositio, pro, non stat similitudinariè, sed ad denotandam differentia: sicut si mercator vini dicat, istud vinũ habeo pro merce, illud verò pro vsu meo. l. seruos aut. §. si. ff. de leg. iij. facit l. ij. §. separata. ff. pro empto. Et sic remanet defensata ista opinio aduersus Bar. Abb. & Doct. de qua latius dixi Paradoxorũ lib. ij. Et ex hoc capite definitio Bar. videtur dubia.

Sed tu fortiùs considera, quod adhuc admissa comuni opin. resultat non modica difficultas cõtra istam definitionem. Et primò obstat, quia ad petitionẽ fideicommissi nedum compedit actio, secundũ text. in l. j. C. com. de leg. sed etiã officium iudicis. d. §. persecutionẽ. & l. cum proponas. j. C. de pact. per Ange. in §. pen. in auth. de hæ. & Falcid. Sequeretur ergo, quod causa fideicommissi, si intentaretur officium iudicis, esset mixti imperij: si verò intetaretur actio, esset iurisdictionis: & sic delegatio posset fieri, vel non posset, habito respectu ad modũ agendi, non autẽ ad præiudicium & maioritã causarum: quod est cõtra Doct. in l. j. in prin. ff. de off. eius cui &c. Secundò obstat, quia facere executionẽ sententiæ, est mixti imperij. l. iubere cauere. ff. de iurisd. om. iud. vbi Bart. & omnes. & tamen ista executio etiam fit per viam actionis in factum. l. cum antea. circa prin. C. de arbit. per Bart. & Doct. in d. l. intra. ff. de re iudi. Tertiò obstat, quia missio in possessionẽ ex primo decreto in actione reali, videtur fieri officio iudicis mercenario, vt contumax veniat compariturus & responsurus actioni intentatæ, & tamen est mixti imperij. d. l. iubere. Nec responsio Bart. ibi est bona, dum dicit, quod imò talis missio fit ex edicto prætoris, de quo in l. Fulcinus. §. j. ff. de bon. auto. iud. & consequenter non fit virtute actionis intentatæ, sed virtute nouæ concessiois factæ per prætorem. quia respondeo, quod text. in d. §. j. solũ loquitur in actionibus personalibus: vnde pro resolutione istorum argumentorũ vide quæ inferius dicam, vbi tradam nouam doctrinam in ista materia. Circa definitionem iurisdictionis, Doct. communiter transeunt cum Bart. & Abb. hinc, quod eius causæ expediuntur officio mercenario deferuiente actioni ad priuatã vtilitatem.

45 Sed tu aduerte, quia in contrarium † fortiter stringit text. in d. l. imperium. vers. si. vbi iudicis dandi licentia est iurisdictionis, & tamẽ non expeditur iudicis officio mercenario, sed nobili. l. j. ff. de iurisd. om. iud. Et probatur, tum quia ad hoc non est aliqua prodita actio, tum quia iudex ex se ipso etiã inuitis partibus potest delegare. c. pastoralis. vbi not. j. eo. vnde etiã ante mortã litem potest iudex constituere delegatum. l. obseruandum. vbi gl. ff. de iudi. Nec est verum quod Iaf. Picus, & alij mod. dicunt, quod imò

delegatio sit officio mercenario deseruiente actioni intentanda, arg. notatorū. per Bart. in d. l. j. vbi officium iudicis etiā ante litem contest. deseruit interrogationibus faciēdis, & dilationibus dandis: quia respondeo, quod ista propriē veniunt ex natura actionis parte petente: quod nō est in delegationibus. aliās etiam restitutio in integrum aduersus remissionem actionis deberet dici esse iurisdictionis, & expediti officio mercenario: quod est falsum. Pro responsione istius argumenti videretur esse tenendus intellectus cōmunis, quem ad illum tex. tenent Pet. Cin. Bar. Alex. & moder. & declaratur per Io. Bapr. de S. Seuerino ibi, in xxvij. q. qui dicunt, quod text. non vult dicere quod delegare causas sit iurisdictionis, sed quod de natura causarum iurisdictionis est vt possint delegari. Sed iste intellectus non videtur tenendus, quia non conuenit literæ, & est facere tex. de nouo. Præterea secundū hunc intellectum dictio, etiam, aut nihil implicaret, quod est contra naturam suam. l. etiam. ff. sol. mat. aut implicaret quod mixtum imperium possit delegari, quod est contra ipsorum doctrinam. Item ibi probaretur quod causæ iurisdictionis essent delegabiles, quod est contra d. l. placet. vers. si. & certē secundū hunc intellectum Iuriscōsultus ineptē expressisset intentionē suā: vnde ego aliās disputādo dixi, quod in d. l. imperium. solum Iuriscōsultus loquitur de mero & mixto imperio, quod ostenditur ex diuisione facta in prin. legis. Et dum tex. dicit, mixtū est, † cui etiam iurisdictionis inest, quod in danda bonorū possessione consistit: 46 subsequitur, idem esse de licentia dandi iudicis, quia sicut in bonorum possessione iurisdictionis inest, ita etiam inest in licentia dandi iudicis, vnde vtrunque est mixti imperij. & sic in illo tex. licentia, est casus ablatiui, & subauditur præpositio, in, prout fit in auth. de defens. ciuit. in prin. vbi gl. in verb. multis. & in l. j. in verb. quiete. C. de primice. lib. xij. & in carmine Vergiliano, Lac mihi nō æstate, pro non in æstate. & declarat Seruius in iij. Aeneid. super carmine, Quod tibi delato Ortygiam. & solent idonei auctores vt hoc loquendi modo: & secundum hunc intellectum omnia erunt plana. Secunda difficultas est, quia dantur actiones causa iurisdictionis, quæ tamen respiciunt vtilitatē publicam: veluti si aliquid debeat ur fisco. l. vtilitas. C. de primip. lib. xij. secundū Fulg. & Picum in d. l. imperium. Et ecōtra potest dari mixtum imperium tendens ad vtilitatem publicam, si ad instantiam fisci mitteretur aliquis in possessionem. facit litem veniunt. §. in priuatorum. ff. de peti. hæred. Sed responde, quod debet definitio intelligi de publica † vtilitate, quæ est in cōmuni & in quolibet particulari, non de ea quæ est in cōmuni tantum. 47 l. ij. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco pub. per Bart. in l. j. ff. sol. mat. & ita residet mod. in l. imperium. Potes etiam dicere, quod naturaliter istæ actiones sunt inuentæ, vt consulatur vniciuique priuato: & licet eo iure etiam fiscus possit vti, non tamen alteratur earum natura. argu. gl. in l. certi conditio. in prin. ff. si cer. pet. Tertia difficultas est, quam ego moueo †: quia sunt aliquæ iurisdictiones quæ expeditur per actiones, quæ tamen publicā respiciunt vtilitatē principaliter, etiā in quolibet particulari. 48 Istud probatur in interdictis quæ facta sunt propter publicā vtilitatē, vt est de via publica, & ne in flumine publico. l. ij. §. publicæ vtilitatis. ff. de interdict. & tamē expeditur per viā actionis. §. si. vbi gl. Inst. de interd. Quarta difficultas est, quia aliqua sunt iurisdictionis, vt causa ingenuitatis & libertatis, secundum Bart. & Doc. & tamē expeditur officio iudicis nobili, vt est gl. in l. si duo. in prin. ff. de iure iur. & probatur in l. j. §. per hanc. ff. de rei vend. Et fortius posset teneri, quæ actio præiudicialis sit officii iudicis, & sic sit actio in factū dependens à prætoris cognitione. Nec obstat tex. in d. §. per hanc. qui ponit actiones præiudiciales tanquā differentes à prætoris cognitione: quia ibi potest intelligi de alia cognitione prætoris, quæ nō est præiudicialis, nec cōpetit contra filiū, sed contra tertiuū dicentē filiū non esse in potestate, de qua in l. iij. §. cæterū. ff. de lib. exhib. & sic declarabitur tex. in d. §. præiudiciales. ibi, ex quibus vna ferē causam habet legitimā, scilicet actio qua queritur, an aliquis sit liber &c. nam ibi ponit illam dictionem, ferē: quia quāuis illæ præiudiciales actiones pendeant ex officio prætoris, nihilominus illa qua queritur, an aliquis sit liber, quandoque est ciuilis, & expeditur iure actionis. Et hoc est in casu posito in d. §. per hanc. videlicet quando intētatur rei vēdictio adiecta causa, scilicet ex iure Quiritū. Cogita tamen, & nō recede à cōmuni. Ex supradictis apparet, quod istæ definitiones Doc. sunt periculosa: vnde tu breuiter dicas, † quod merū imperiū expeditur accusationibus vel inquisitionibus mixtū vtriusque 49 rō persecutionibus, iurisdictionis minima actionibus, non faciendo istam differentiam de vtilitate publica & priuata, prout considerant Docto. & non probatur aliquo iure. Et ex hoc inferitur, quod ius indicendi \* multam sit mixti imperij, quia expeditur actione in factum. l. j. §. fin. ff. si quis ius dicend. non obtemp. quæ, quādo pendet ex iurisdictione prætoris, idem est quod officium iudicis. Et idem etiam est de causa executionis, quia licet Docto. dicant in illis causis competere duplex remedium, in d. l. j. tamen quicquid ipsi dixerint, puto quod sit vnum tantū, & idem sit ipsa actio in factum, quod officium iudicis. Et idem arbitror in causis fideicommissi: vnde tolluntur oppositiones quas supra feci. Et idem, saltē disputatiuē, posset teneri de causis libertatis & ingenuitatis, de quibus supra dixi. Et secundum prædicta optimē declaratur. d. l. imperium. nam imperium dicitur ab imperando, eō quod iudex in causis imperij non adstringitur ad certam regulam, sed totum pendet ab eius iurisdictione: & istud propriē est in causis criminalibus, quia nullum ius residet in parte accusante, vnde tunc imperium dicitur merum, Vbi verò venit aliquod ius applicandum parti, vt est in persecutionibus, tunc dicitur mixtum: & tale imperium est simile causis iurisdictionis, vnde text. illud definiendo dicit mixtū imperium esse potestatem, seu illud imperiū cui etiam iurisdictionis inest, secundum Ang. in d. l. imperiū. & exemplificat in bonorū possessione, quæ propriē est persecutio. l. iij. §. bonorum. ff. de bo. poss. Expeditis definitionibus, Abb.

bus, Abb. post Bar. ponit sex gradus meri imperij, quorum quatuor primi non delegantur, duo verò vltimi delegantur, scilicet, coërcio & ius indicendæ multæ. Et est ratio, quia ista duo competunt etiam magistratibus municipalibus, ergo possunt delegari, secundum eos, per l. j. vers. qui verò. de offic. eius cui, &c. Sed tu aduerte circa istam rationem, à qua dependet tota materia delegationum, & quam malè videntur Doctores intellexisse. Et principaliter Doct. ex dicta l. j. colligunt duas regulas. Prima est, quod ea quæ conceduntur magistratibus maioribus in signum maioritatis causarum, non possunt delegari: † & consequenter causæ meri & mixti imperij non delegantur, quia in eis electa est industria personæ. Sed tu aduerte, quia Guido de Suza, & Raph. Fulg. in dicta l. j. non tenuerunt istum intellectum, quorum opinio videtur verior: quia cauillatur ille text. si exponamus specialiter, id est, in priuilegium maioritatis causarum. Imò illa dictio significat nominatim, & in specie: vnde infra ponam alium intellectum verum. Secunda regula est, quod ea quæ competunt iure magistratus, & sic quæ competunt etiam decurionibus, qui sunt minores magistratus, possunt delegari. Sed etiam ista regula non est vera, & contra eam primò obstat ille text. quia intelligere ibi magistratus, scilicet decuriones, est ridicula interpretatio: quia ibi non fit aliqua mentio de istis decurionibus, sed solum distinguitur de his quæ competunt, puta prætori, & sic tanquam gerenti talem magistratum, ab his quæ nominatim & in specie sunt illi concessa. Secundò dicitur, quod imò ista regula est falsa: quia aliqua competunt delegatis, quæ non comperunt magistratibus municipalibus. Istud probatur per l. ea quæ. ff. ad municip. vbi decuriones non possunt in possessionem mittere legatorum seruandorum causa. d. l. ea quæ. & tamen istud potest delegari. l. cognitio. §. vt possessio. ff. de offic. eius cui, &c. Et solutio gloss. & Doct. ibi est contra text. dum dicunt, quod dicit. §. vt possessio. loquitur de cognitione, vtrum permittenda sit missio, vel ne. Nam text. dicit, vt in possessionem mittatur, mandari potest. Præterea ista solutio caret ratione, & potius esset dicendum totum oppositum, vt ibi aduertit Paul. de Cast. Tertiò probatur, quia magistratus municipalis in integrum restituere non potest. dicta l. ea quæ. & tamen iudex cui mandata sit iurisdictionis, potest. l. fin. C. vbi & apud quem. etiam iure Digestorum, si specialiter id fuerit mandatum, vt ibi dicitur in fin. Nec obstat solutio Bar. in d. l. imperium. post gloss. in l. j. ff. de dam. infe. dum dicit, quod est speciale fauore minorum: quia istud est contra d. l. fin. quæ loquitur etiam de restit. maior. Nec obstat solutio Alex. in d. l. j. dicitur simpliciter esse speciale fauore restitutionis in integrum: quia hoc attentò, ex eodem fauore debuisset etiam competere municipalibus, per extensionem regulæ passiuæ, quæ procedit etiam in correctoriis, de quo per Alexan. & Doct. in l. ij. ff. de legat. j. Item maior fauor est, vt lapsus restituatur per maiorem magistratū. l. non distinguemus. §. Iulianus. ff. de arbit. Ioan. Fab. in §. fin. Instit. de Attilin. tut. Alex. in d. l. j. ff. de iurisd. om. iud. Minus etiam obstat si diceretur, quod etiam de iure Digestorum non posset delegari ista restitutio, sed tantummodo cognitio, vtrum esset danda, vel ne: quia respondeo, quod istud est contra d. l. fin. quæ loquitur in ipsa restitutione, circa medium, ibi, is qui iudicem dederit, videtur ipse dare restitutionem in integrum. Quartò probatur, quia aliqua competunt magistratibus municipalibus, quæ tamen non competunt præsidibus, nec quo ad cognitionem, nec quo ad delegationem: sicut sunt causæ citra c c c. solidos, de quibus non possunt se præsidēs intromittere, vt est text. in §. & iudicare. in authen. de defens. ciuit. quicquid dicant Doct. Nec obstat text. in §. audient. in auth. de iudi. vbi pedanei ex delegatione ordinariorum cognoscunt vsque ad c c c. aureos: quia ille text. non loquitur de prouinciis vbi sunt præsidēs, vel proconsules, vel similes magistratus, sed ponit ius particulare iudicum qui sunt in Romana curia, vt apparet in principio constitutionis, & declarat Bartol. ibi. Quintò facit, quia duumviri non possunt multare. l. j. ff. si quis ius dicen. & duumviri sunt magistratus municipales. l. honores. ff. de decur. lib. x. l. in honorariis. in fin. ff. de actio. & oblig. l. iij. §. duas. ff. de dam. infect. quicquid dicant Ang. & moder. in d. l. vni. qui dicunt contra illos tex. Et etiā defensores ciuitatum non possunt multare. l. defensores. ij. C. de defens. ciuit. non cauillādo illum tex. & tamen videtur quod istud ius comperat iudicibus, quibus madata est iurisdictionis. l. ij. ff. quis & à quo. l. nullus. C. de spor. Licet aliud sit in iudicibus datis, seu pedaneis, de quibus dixi §. in rub. Sextò facit, quia magistratus municipales non poterant iure Digestorū decernere bonorum possessionē. d. l. ea quæ. & l. fin. C. qui admitt. & tamen iudices, quibus mandata erant iurisdictionis, poterant. d. l. cognitio. §. possessio. Nec obstat quod dicunt Doct. debere intelligi de possessione bonorum, quæ non tribuit ius, ex quo Iuriscōsultus dixit possessionē bonorum, non autem bonorū possessionem: quia istud argumentum confunditur per l. si duobus. in prin. ff. de bo. poss. contra tab. & l. liberto suo hæred. ff. de bon. liber. & tex. cum ibi not. in l. j. C. vnde legi. & tex. cum rub. ff. de bon. poss. & hæred. petit. quibus iuribus, probatur dictam differentiam non esse verā. Septimò facit, quia è conuerso etiam videmus aliqua cōpetere magistratibus, quæ non cōpetunt delegatis, vt est ius fustigandi. §. audient. in aut. h. de defens. ciuit. l. magistratibus. vbi Bar. ff. de iurisd. om. iud. Et cōfirmatur, quia magistratus municipales habent potestatem super carceres. l. si quis vxori. §. si fugitiuum. ff. de fur. quod nō videtur competere delegatis. §. si verò ignoti. in auth. de testi. Vltimò confirmatur, quia isti magistratus sunt de se distincti, nec vnus intromittit se de altero. d. §. & iudicare. & consequenter, de vno non inferitur ad aliud. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Et ita remanet confutatus intellectus communis ad d. l. j. Quare tu pro declaratione illius text. facias firmam conclusionem, quod mixtum imperium competit iure magistratus, & potest delegari, prout etiam tenuit Fulg. in d. l. j. Istud probatur primò in d. l. j. §. si.



ibi, Imperium † quod iurisdictioni cohæret, mandata iurisdictione transfertur: tale enim imperium 52 est mixtum. d. l. imperium. ibi, cui iurisdictione inest. & intelligere simpliciter de coercione, est restringere text. Secundo probatur in l. fin. ff. eo. vbi mandata iurisdictione, transfertur imperium quod non est merum, ergo mixtum transfertur: duplex enim tantummodo est imperium, merum videlicet & mixtum. d. l. imperium. Nec obstat ratio quæ subditur: iurisdictione enim sine modica coercione nulla est: quia talis coercio intelligitur de missione in possessionem contra contumacem, & de iure mulctandi, quæ sunt mixti imperij, & competunt iudicibus quibus mandata est iurisdictione, vt s. dixi. Tertio probatur in d. l. cognitio. in prin. vbi dicitur tex. cum propriam iurisdictionem tuis dederis legatis, consequens est &c. Nam nisi mixtum imperium esset delegabile, illa consequentia non tenuisset, præsertim quod talis cognitio ante illud rescriptum non videretur delegabilis, quia specialiter concessa. l. j. ff. quod falso tut. Quarto probatur in dicta l. cognitio. §. fin. vbi expressim cauetur, posse mandari bonorum possessionem, & missionem in possessionem: & restringere illum tex. de possessionibus, quæ non tribuunt ius, vel de cognitione tantum, est restrictio irrationabilis. vt satis perpendunt ibi Paul. de Castr. & Ias. Quinto probatur, quia delegare causas, est mixti imperij, vt s. dixi, & probatur in l. cum prætor. §. j. ibi, propter vim imperij, ff. de iudi. & tamen tale ius transit in eum, cui mandata est iurisdictione, vt ibi probatur, non restringendo regulam per exemplum, & s. dixi in rub. Sexto facit, quia restitutio in integrum est mixti imperij. d. l. ea tamen. & nihilominus potest delegari. d. l. fin. C. vbi & apud quem. Nec text. ibi se fundat in aliqua specialitate, sed in ratione, quod delegatus refert personam delegantis, vt ibi in gloss. in verb. restitutionem. quæ ratio generaliter concludit, non speciali favore, de quo etiam s. dixi. Septimo probatur, quia cum ista prohibitio delegationis sit introducta propter maioritatem causarum & magistratuum, secundum Doct. in quibus videtur electa industria personæ, sequetur quod causa valens c. c. aureos, posset delegari misso in possessionem ex secundo decreto: & si causa non importaret centum aureos, non posset: quod est absurdum, & contra rationem ipsorum Doct. Vltimo probatur, quia mixtum imperium de iure canonici sine dubio est delegabile. c. cum venissent. de eo qui mittitur in possess. & gloss. in c. si quis clericum. j. de for. comp. Nec inducenda est differentia inter ius canonicum & civile. c. j. de oper. noui nunt. & infra ostendam non esse aliquam differentiam.

Ista conclusio sic firmata, † resultat clarus intellectus ad d. l. j. vt velit Iurisconsultus, quod ea quæ 53 specialiter, id est, nominatim & in specie, lege vel senatusconsulto, vel constitutionibus principum tribuuntur, non possunt delegari: quæ verò competunt iure magistratus, id est, eo ipso quod aliquis est creatus in officium, puta quia factus est prætor vel præses, ea possunt delegari. Et si quæras, quæ sunt ista, quæ competunt specialiter? Respondeo primo, merum imperium, vt probatur in l. aut damnum. §. præfecto. ff. de pœn. & l. nemo potest. ff. de reg. iur. & talis concessio reperitur facta à legibus propriè loquendo, prout sunt promulgatæ à magistratu, & confirmatæ per populum. §. lex autem. Instit. de iur. nat. gen. veluti sunt leges publicorum iudiciorum. Idem est in aliquibus casibus mixti imperij, veluti in alienatione rusticorum prædiorum, quæ vetita est minoribus, oratione Seueri & Antonini, nisi cum causæ cognitione, quæ specialiter prætori commissa est. l. j. in prin. ff. de rebus eor. ideo non delegatur. l. j. ff. de off. eius cui, &c. Idem in causæ cognitione super transactione alimentorum de futuro, quæ oratione diui Marci, prætori vel præfidi specialiter est concessa. l. cum hi. in prin. ff. de transact. ideo non delegatur. §. nec demandare. in d. l. item in datione tutoris. quæ specialiter conuenit certis magistratibus. l. muto. §. tutoris datio. ff. de tutel. l. j. ff. de tut. & cura. dan. & ideo non delegatur. l. nec mandante. eod. titul. Idem videtur in manumissione, quod ius specialiter aliquibus magistratibus est concessum. l. fin. C. de vind. lib. l. apud. de manumiss. vind. vnde non delegatur. d. l. j. Et ratio istorum casuum est, propter quandam specialem fauorem seu concessionem ipsi factam, non videtur fuisse de mēte concedentis, quod possent delegari, imò censetur electa industria personæ. Et hoc tenendo, non obstat in contrarium allegata.

Et primo non obstat d. l. placet. & d. l. imperium. in fin. allegatæ per Alex. in d. l. j. quia cōmunis intellectus ad illas leges non est verus, vt supra latius dixi, & ex vno inconuenienti, ipsi deduxerunt mille inconuenientia. Et propterea, secundum intellectum meum in d. l. placet. vers. quod non ita. dixi quod loquitur in causis mixti imperij non delegabilibus, quas supra enumeravi. Secundo non obstat l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconsul. quia intellectus dati per Doct. ad illum tex. sunt omnes vio latui: vnde tu intellige realiter, quod vbi decretum est necessarium, non debet procosul expedire per libellum: id est, non est satis quod subscribat libello, sed debet cognoscere, & re ipsa interponere decretum. l. iudex. C. cōmi. vel epist. l. minorū. C. de præd. minorū. l. ij. C. de assess. vnde non sequitur, quin mandata iurisdictione, veniat etiā ius interponendi decretū extra illos casus speciales. Tertio non obstat fundamentum Riminal. dum dicit, quod sequeretur quod delegatus principis non posset subdelegare, ex quo specialiter habet cōmissionem à principe, & sic à lege, quod est contra. l. à iudice. C. de iudi. quia respondeo quod d. l. j. loquitur in ordinario habente specialem cōmissionem à lege: sed delegatio principis non fit animo cōdendi legem, imò est concessio personalis. l. j. de constit. prin. licet deinde habeat facultatem delegandi. Facit etiam, quia si commissio fiat specialiter à prætore, vel declaratur ex respōsis prudentum, inde erit delegabilis. l. iij. §. duas. de dam. infe. l. ij. ff. de offic. prætor. nam d. l. j. loquitur de lege propriè promulgata, vel constitutione principis. Et sic tolluntur quædam alia obiecta modernorum. Quarto non obstat quod sequeretur, quod magistratus municipales non possent delegare coercionem,

cionem, ex quo illis specialiter est concessa. §. audient. in auth. de defens. ciuit. Sed potes negare, quod sit concessa specialiter. l. magistratibus. ff. de iurisd. om. iud. Præterea satis credo quod non possint magistratus causas delegare, prout tenuit Fulg. in l. solent. ff. de iurisd. om. iud. Soc. in l. j. ff. quis & à quo. & est ratio, quia delegare, est mixti imperij, ergo non competit magistratibus municipalibus. d. l. ea quæ. ff. ad municip. Quinto non obstat. tex. in §. si verò etiam quidam iure. in auth. de exhib. reis. vbi iudices dati ab ordinariis seu ex sacra forma, non possunt aliquid facere contra cōtumaces, & sic non possunt mittere in possessionem: quia respondeo, quod ille tex. loquitur in iudicibus datis, qui habent tantummodo iudicandi facultatem: nos verò loquimur in iudice cui est mandata iurisdictione, inter quos casus est magna differentia, vt s. latè ostendi. Vltimo non obstat. ratio Ias. dum dicit, quod secundum hunc intellectum aduersariua, quæ verò, non aduersaretur in iure & in facto, secundum l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de dam. infe. Nam istud est leuissimum, quia iuri aduersatur: quia principium loquitur de causis specialiter competentibus, & ideo indelegabilibus: versiculus verò loquitur de causis competentibus iure magistratus, etiam sic, quæ generaliter delegantur. Adducuntur etiam quædam rationes satis fragiles, veluti tex. in l. vbiunque. de regul. & tex. in §. si verò ignoti. de testi. in authen. & quædam alia, quibus respondi in voce. Facias ergo duas conclusiones. Prima est, quod mixtum imperium regulariter delegari potest. quod intellige, quando delegatio fit per vicem iurisdictionis mandata. & ita loquuntur iura pro ista parte. Secus puto de iudicibus datis, ex quo tales non dicuntur habere administrationem, seu iurisdictionem aliquam, vt declarauit s. in rubr. Et propterea tales iudices dati non exequuntur sententias suas. l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iud. Et tales non habent ius mulctandi. arg. l. ij. §. si quis ad pedaneum. vbi Alber. ff. ne quis cum qui. l. ij. §. j. vers. à competenti iudice. ff. si quis in ius vocat. l. aliud. §. inter mulctam. ff. de verb. sig. cum simil. Secundo intellige, quod quamuis transferatur mandata iurisdictione, tamen aliquando requirebatur specialis concessio, putà causa restitutionis in integrum. d. l. fin. & in causa suspecti tutoris. d. l. cognitio. quod vtrunq; fuit sublatum, & statutum, quod in generali mandato comprehendantur, & hoc fauore restitutionis, & propter fauorem pupillorum, vt ibi probatur. Secunda conclusio est, quod quæ competunt specialiter, non delegantur: & sic merum 54 imperium non potest delegari. facit l. nemo potest ius gladij. ff. de reg. iuris. Limitatur † per Abb. post Bart. vt non procedat in modica coercione: pro quo facit text. in l. si quid. ff. de offic. procons. & in d. §. si verò ignoti. in authen. de testi. Et licet Fulg. in l. fin. de offic. eius cui. &c. & in d. l. imperiū. tenuerit quod ista coercio sit mixti imperij, per d. l. si tu responde, eam intelligendo prout supra dixi, quod loquitur de modica coercione, quæ fit ad expediendum iurisdictionem, prout est missio in possessionem, vel ius mulctandi. Nam solutio Barto. intelligentis eam de coercione verbali, quamuis Doct. cum eo transierint, tamen cauillat text. Et licet Abb. hinc & ceteri voluerint ius mulctandi esse meri imperij, tamen non probant aliquo iure: & credo quod sit mixti, quia expeditur persecutionibus. d. l. j. hoc iudicium. ff. si quis ius dicit. & illa distinctio de publica vtilitate, vel priuata, supra fuit confutata. Secundo fallit secundum Abb. hinc, post Bart. & Doct. vt non procedat quando ordinarius se absentat ex causa necessaria. §. ad hæc. in auth. de collato. & probatur in l. j. vers. non aliter. ff. de offic. eius cui. &c. & est communis conclusio. Idem dicit Abb. hinc, & communiter Doct. si sit infirmus, eadem ratione: de quo dic vt per Alex. in d. l. j. Sed hinc cadit difficultas per tex. in d. l. placet. secundum intellectum quem supra tenui, quod principium loquatur in causis meri imperij, & excipiantur solum duo casus, scilicet occupationes publicæ, & multitudo causarum, ergo priores fallentia non sunt veræ. Sed responde quod tex. in dicta l. placet. non loquitur in iudicibus quibus mandata est iurisdictione, sed in pedaneis & datis: vnde in talibus procedunt illæ duæ exceptiones, vt possint delegari pedaneo, quando sunt occupationes publicæ, & causarum multitudo, intellige similitum, & sic meri imperij, vt apparet ex verbis sequentibus in tex. ibi, omnia huiusmodi negocia. Et cum iudex datus detur etiam ad quemlibet articulum, eatenus dabitur quatenus important occupationes. Sed quando iudex est absens vel infirmus, in totum est auocatus à cognitione, per talem causam: vnde tunc non agitur de dando iudice, sed de materia, danda in totum iurisdictione. Et isto casu loquuntur Doctores & iura præalleg. Tertio fallit secundum gloss. Abb. & Doct. hinc, & in dicta l. j. vt non procedat de iure canonico: quia eo iure quicquid est cognoscibile, est & delegabile. & hoc probatur in c. in archiepiscopatu. j. de raptu. vbi rex Siciliæ, qui est subditus pontifici, Clem. pastoralis. de re iud. delegat causas meri imperij. Idem probatur in Clem. j. de hæret. & in c. licet. de off. ordi. cum simil. vt hinc per Abb. & moder. & est cōmunis opinio. Sed tu aduerte, quia contrarium videtur verum, pro qua parte ponderaui supra esse tex. in isto c. Secundo dico idem probari in c. si pro debilitate. supra de offic. deleg. vbi non potest delegari causa ardua, nisi ex iusta causa, putà debilitatis vel simili. & istud ibi probatur per arg. à contrario sensu. nec responsio Abbatis ibi est bona, vt etiam aduertunt moder. & bene. Tertio facit textus in capit. pastoralis. eodem titulo ibi, necessitate exigente. Et quamuis illi tex. loquantur in delegatis Papæ, tamen probant à fortiori, idem esse in ordinariis, vt probabitur in sequenti limitatione. Quarto facit, quia non debemus inducere differentiam inter ius civile & canonicum, imò debemus concordare quantum possumus. cap. j. de oper. no. nun. cum similibus. Nec obstat iura allegata pro communi, quia vltra responsiones Felin. hinc responderetur primo ad tex. in d. c. in archiepiscopatu. quod quamuis rex Siciliæ sit subditus Papæ, tamen habet iura principis, & illi competunt omnia reseruata: quia quando Papa creat regem, statim illi quæruntur

quæruntur etiam referuata, ex quo talia solent cõpetere regibus. ita dicit notabiliter Bal. in tit. quæ sint regalia. c. j. in fin. & sequuntur ibi moder. & consequenter in dicto c. fuit facta delegatio causarum criminalium, quod potuit fieri, quicquid dicat Abb. hîc: & facit quod not. Bald. in consi. ccclix. quæ ad modum Imperator. in iij. lib. vbi loquitur de duce Mediolani, qui eo ipso quod ab Imperatore habuit inuestituram Ducatus censetur habuisse omnes alias res referuatas principi. Notant moder. in lex hoc iure. ff. de iust. & iure. Nec obstat text. in dicta Clem. quia illud videtur speciale in causa hæresis, propter fauorem fidei, vt ibi per Card. & per Felin. hîc. Præterea ibi non est propriè delegatio, & sic concessio iurisdictionis de delegante in delegatum, iuxta l. j. §. j. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. quod apparet, quia potest inquisitor procedere etiam si non fiat delegatio, sed habeat simplicem consensum ordinarij, vel eius delegati, vt ibi probatur. Et sic remouetur potius obstaculum, quod obstat iudici aliàs habenti iurisdictionem. facit quod not. Anch. in c. hi qui. de præbend. in vj. & Felin. in c. cum ex officij. vers. & quia multipliciter. j. de præscript. Nec obstat quod ibi etiam delegatus episcopi vel Capituli cognoscat: quia quo ad episcopum, intelligitur de eius officiali, prout text. in prin. se declarat: quo ad Capitulum est speciale, propter iustum impedimentum, ex quo non esset conueniens quod omnes de Capitulo venirent. Potest etiam responderi vt dicam in sequenti fallentia. Non obstat c. licet. de offic. vica. quia istud procedit in vicario episcopi, qui potest æquiparari legato pro consulis, in quo etiam merum imperium delegatur. l. solent. ff. de offic. procons. vnde multa cõpetunt istis vicariis, quæ non conceduntur cæteris delegatis. c. constitutus. de concess. præben. c. statutum. de præben. in vj. & per Fel. hîc, & istud tanto magis procedit, tenendo quod talis vicarius habeat ordinariam tanquam constitutus, de conscientia legis, de quo dixi. §. in rub. Præterea possit teneri, quod etiam istis vicariis non possit concedi cognitio quæ respiciat gradus maiores meri imperij, sed tantummodo minores: quod innuit ille text. dum dicit, posse concedi facultatem puniendi aliquos excessus, ponderando dictionem, aliquos, quæ verificatur in minoribus excessibus. Clem. j. vbi gloss. & Card. de for. comp. Bald. in l. j. C. de in offic. donat. Bal. Rom. & Corn. in l. sicut. C. de testa. milit. l. a. in l. eum qui. ff. de iurisd. om. iud. cum concord. Præterea puto aduertendum: quia non videtur quod isti gradus maiores meri imperij sint de iure canonico, prout tenuit Abbas, sed potius habeantur pro modica coërcione, quæ sine dubio transit in vicarium: tanto magis tenendo quod habeat ordinariã, de quo dixi in rubr. Et pro hoc facit, quia si bene aduertamus istæ pœnæ iuris canonici non fiunt in vltionem delicti, & sic principaliter respectu publicæ utilitatis, prout sunt pœnæ iuris ciuilib. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de pub. sed simpliciter imponuntur vt delinquens pœniteat, & saluet animam suam: & sic principaliter imponuntur propter vtilitatem priuatã. Et de pœna perpetui carceris, probatur in c. nouimus. in fin. j. de verb. sig. & in c. quãuis. de pœn. in vj. Idè etiam est in detentione in monasterio. c. Romanus. lxxxj. distin. c. tuã. j. de pœnis. Vnde tales detrusi dicuntur pœnitentes. c. si ille. §. o. dist. & probatur in c. vt famã. j. de sent. excõm. vbi clerici detruduntur in monasteria, vel etiam in perpetuos carceres, vt agant pœnitentiam. Quod si eam non agãt, sed sint incorrigibiles, traduntur curiæ seculari, & hoc propter publicam vtilitatem, ne delicta remaneant impunita: & sic publica vtilitas non cõsideratur, nisi in casu quo traduntur curiæ seculari. Et ista traditio non videtur quod æquiparetur morti, prout præsupponit Abb. post Innoc. quia prælatus talis non condemnatur, sed simpliciter eicit extra fortè domini: & potest secularis tales eictos absoluere, vt not. in c. cum non ab homine. j. de iudi. Cum ergo tales pœnæ imponantur ad pœnitentiã, non sunt capitales, vt probatur ex not. per Bart. in l. ij. ff. de publ. delict. vbi si statutum dicat, quod banniti à centum libris supra, possint impunè offendi, non dicitur inde inferri pœna capitalis, quia imponitur solummodo vt bannitus delictum purget & emendet, vt ibi per eum: & consequenter tales pœnæ potius sunt similes modicæ coërcioni. pro quo facit text. in cap. contra idolorum. xxvj. quæst. v. vbi quo crimine serui flagellantur, & sic puniuntur modica coërcione. l. magistratibus. ff. de iurisd. omnium iudic. eo crimine liberi detruduntur in monasterium vel in calceres. Et si vera esset definitio meri imperij posita per Abb. hîc tales pœnæ non essent de illo imperio, quia respiciant priuatam vtilitatem, vt supra dixi. Ad alias rationes quæ afferuntur pro ista limitatione, responde vt per Feli. hîc. Quartò fall. in delegato principis, quia ille subdelegat etiam merum imperium. c. venerabili. supra titul. ij. cap. fin. §. j. eod. titul. l. j. C. qui pro sua iurisd. in fin. Clem. j. de hæret. cum similibus. Et ista videtur magis cõmunis opinio, licet pro alia parte sint etiam maximæ autoritates, vt per Alex. in d. l. j. Et quod imò delegatus principis nõ subdeleget merum imperium, est regula generalis posita in l. nemo potest gladij. ff. de regul. iuris. quæ fortius probat ponderando negatiuam præpositam verbo, iuxta not. in c. j. de regul. iur. in vj. & in l. Gallus. in princ. ff. de liber. & huic regulæ videtur adhærendum, per gloss. in l. omnis definitio. ff. de regul. iur. Potest etiam responderi rationibus contrariis, vt per Alex. & j. dicam. Secundò vltra Doct. vide tur ista conclusio probari in cap. in archiepiscopatu. de raptoribus. vbi delegatus ecclesiasticus regis Siciliæ, causam requirentè sententiam sanguinis remittit ad regem: certè si potuisset subdelegare, non debuisset remittere, iuxta gloss. in cap. clericis. & cap. sententiam: infra ne cler. vel monach. Tertio probatur, quia sicut ordinarius non delegat merum imperium, ergo nec delegatus: quia quo ad ius delegandi, maiorem potestatem habet ordinarius, quàm delegatus principis, vt probatur in authen. ad hæc. C. de iudi. fa. quod not. Abb. in cap. cum Bertoldus. j. de re iud. vbi ordinarius potest delegare cum potestate subdelegandi, & tamè delegatus principis non potest, sequitur Alex. in l. à iudice. C. de iudi. & habetur

habetur in c. super quæstionum. §. porro. §. de offic. deleg. Quartò probatur in d. c. si pro debilitate. §. tit. ij. arg. à contrario sensu, quod est efficax in iure, vt §. dixi. Quintò probatur in l. à iudice. in fin. C. de iudic. quæ aliàs in d. vers. esset indubitabilis. Et facit, quia talis delegatus non habet aliam facultatem subdelegandi, cum cautum sit illa lege, vt probatur in c. pastoralis. in prin. §. tit. ij. Sed illa non referatur ad causas meri imperij. Nec obstat allegata in contrarium, & primò text. in c. venerabili. quia loquitur in infirmo, quæ causa est sufficiens ad delegandum etiam in ordinario, vt §. vidimus. Nec obstat text. in d. c. fin. §. j. quia vltra moder. in d. l. j. potest responderi, quod text. parificet, siue commissio habeat dictionem personaliter in causis pertinentibus ad vtilitatem partium, siue simpliciter fiat de inquisitione: quia propter grauitatem causæ, videtur electa industria. Et isto vltimo casu nõ attenditur consensus partium, ex quo commissio respicit ius publicum, quod consensu partium non conceditur, lius publicum. ff. de pact. Et puto quod illum text. ita voluerit inducere Ant. de But. hîc. Non obstat d. l. vnic. dum ibi dicitur, quod delegatus principalis subdelegat, personarum causarumq; habito tractatu: quia intelligitur de causis & personis de quibus in princ. l. vbi dictum fuit, quod ordinarij non delegant nisi causas ad iurisdictionem suã pertinentes, in delegatos suæ iurisdictioni subiectos: quæ distinctio nõ habet locum in delegatis principis, cum princeps vbiq; habeat iurisdictionem. Non obstat d. Clem. j. de hæret. quia respõdit in præcedentibus. Præterea facilius delegatur collegæ, quàm alteri. c. ex literis. j. de in integ. restit. & per Hostien. hîc, prout est in illo casu, in quo ambo tã ordinarius quàm inquisitor habent iurisdictionem aduersus hæreticos. Ad cætera argumenta respondet optimè Alex. in d. l. j. dic vt per eum. Et limita aliã communem quatuor modis, vt per moder. in d. c. si pro debilitate. Dantur & aliæ limitationes ad prædictã conclusionem principalem per moder. in d. l. j. qui tenet, quod in casibus in quibus merum imperium delegatur, possit delegatus etiã procedere ad vltimum supplicium. Et ita est cõmunis opin. reprobata gl. in l. fin. C. de offi. eius qui vicè, & c. quicquid dixerit Abb. hîc. Et in quantũ Abb. dicit causam iurisdictionis vltra trecentos aureos non posse delegari, cum quo omnes transeunt, tu teneas contrarium: quia text. in d. §. iudicare. nihil facit, & potius probat contra Doct. declarando vt supra dixi. Et dum Abbas enumerat quatuor gradus dignitatum, dic quod etiam est gradus perfectissimus. per l. j. C. de perfectis. dignit. lib. xij. & vide quæ latè dixi in dispunct. lib. iij. c. iij. Circa postremã quæst. Abb. dum quærit, quibus cõpetat merum imperium, & distinguit post Bar. in d. l. imperiũ. fac quatuor conclusiones. Prima est quod qui præest prouinciã, t̄ habet merum imperium. l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offi. præsid. Et quæ dicatur prouincia, dic vt per Cin. in l. fi. C. de præscrip. longi temp. & vide Bar. in extrauag. qui sint rebelles, in dictione Lombardię. Sed contra hanc conclusionem facit, quia præses non potest deportare in insulã inconulto principe. l. j. §. hi quibus. ff. de leg. iij. & tamè habet merum imperiũ. Gl. in d. §. qui vniuersas. respondet, quod istud est quia non habet insulã, quod est falsum. l. relocatorũ. §. j. ff. de interd. & releg. l. cum nauarchorum. C. de nauic. lib. xj. Aliter respondet Iac. de Rau. ibi, quod istud sit, quia deportatio infligitur nobilibus, sicut plebeis decapitatio. l. inter pœnas. in fin. ff. de interd. & releg. l. capitalium. in fin. ff. de pœnis. Vnde cum agatur de punitione viri nobilis, cõsulendus est princeps. l. diui. ff. de pœnis. & ita etiam tenet Raph. Comen. in d. §. hi quibus. Sed ista solutio est dubia, quia videtur quod quilibet liber homo, quamuis non nobilis, deportetur. l. eius qui. ff. de testamen. l. si is qui. circa medium. ff. de iniust. rup. & c. Puto quod istud sit, quia tale ius specialiter nõ est præfidum concessum. d. l. aut damnum. §. præfecto. ff. de pœnis. Nec in ista materia credo quod valeat argumentum. Iste est clarissimus vel spectabilis, ergo habet ius gladij: quia principes antiqui habebant ista officia pro distinctis, & alia aliis cõpetebant. d. §. præfecto. Secunda conclusio est, quod qui præfunt ciuitati tantum, regulariter non habent merum imperium, sed solum iurisdictionem minimam. §. audient. in authen. de defenso. ciuit. Cum ista conclusione transeunt cõmuniter Doct. Sed tu aduerte, quia in contrarium facit quod not. Bart. & Ioan. de Plat. in l. j. C. de metrop. Bery. lib. xj. vbi maximæ ciuitates habent merum imperium: mediã, mixtum: minimã, iurisdictionem. allegant text. in l. si duas. §. decem. ff. de excus. tut. Puto quod conclusio Doct. hîc & in d. l. imperiũ. sit verior, quia merum imperium \* omne est in manu principis. c. j. quæ sint regalia. & ibi Bal. in extrauag. de pace Constan. in princ. in verb. iurisdictionem. & facit l. j. in verb. regimentis. ff. de offic. præfect. præ. Idem tenet Alb. de Ros. in d. l. imperium. per tex. in l. vnic. ff. ad l. Iul. de amb. & in §. iudices. de pace iuramen. firm. in feud. 58 Vnde quando princeps constituit aliquem supra prouinciã, censetur tradere merum \* imperium: si verò constituat supra ciuitatem, censetur concedere iurisdictionem minimam tantum, nisi consuetudo aliter dicat, prout in potestatibus ciuitatum qui sunt hodie. Non obstat d. §. decem. quia maxima ciuitas dicitur metropolitana, in qua præsides debent residere, vt not. in l. j. ff. de offic. præfect. August. & in l. si in aliquam. ff. de offic. procons. & propterea ibi est forum ordinarium omnium causarum, non ex persona ciuitatis, quia ipsa habet tantummodo iurisdictionem minimam, sed propter præsidem. Si verò sint aliquæ ciuitates quæ ex priuilegio habeant proprium forum, & in quibus fortè debeat aliquando præfens conuenire, iuxta l. ciuitas Rhodiorum. C. de offic. rect. prouinc. tales dicuntur mediã ciuitates. & ita intelligo dictum §. decem. Tertia conclusio, t̄ quod castrum seu villa existens in territorio ciuitatis, non habet aliquam iurisdictionem, nisi quatenus reperiatur sibi concessa per superiorem: imò iurisdic. est in ciuitate. Et vltra iura allegata per Doctores optimè probatur in l. pupillus. §. territorium. ff. de verborum significationib. Fundamentum enim Bart. est erroneum, dum præsuppo



præsupponit post Azonē, municipium esse castrum in territorio ciuitatis: imò municipiū est propriè ciuitas, quæ licet capessat munera cum P. R. tamen proprias leges habet, vt probatur in l. j. ff. ad municip. & in l. munus. in fin. ff. de verb. sign. & declarat Gellius in Noctibus Atticis. Contra istā conclusionē Bar. & Abb. & cæterorum, videtur facere quod notat Bar. in l. si quando. C. de bo. vacan. lib. x. cum cōcord. ibi per Alex. vbi si princeps\* donat castrum, intelligitur etiā donare merum imperium, ex quo castrum est nomē vniuersitatis & territorij, cui cohæret iurisdictio, secundum Bald. in c. j. de contr. inuest. Sed responde, quod istud debet intelligi, quando princeps donat castrū, quod habeat ex se merum imperium, quia iam sit segregatum à iure ciuitatis: aliās non præsumeretur velle auferre de iure ciuitatis, & tribuere alteri. l. fin. C. si cōtra ius vel vtil. publ. l. j. §. meritò. ff. ne quid in loco publ. & ita potest intelligi quod notat Bar. in l. j. C. de excus. mun. lib. x. licet Ias. dubitet de illa decisione, in l. j. in fin. de iurisdict. om. iud. Sed pone quod princeps separauerit castrū à iurisdictioe ciuitatis, & dono dederit illud cū mero & mixto imperio alicui suo Baroni,\* nunquid poterit talis donatarius constituere vicarium vel prætorem, qui cognoscat de causis criminalibus loco sui? Videretur quod nō, per d. l. j. & l. nemo potest gladij. & ita videtur sensisse Specul. in tit. de iurisdict. om. iud. vers. qui autem. & ita firmat Picus in d. l. imperium. In contrarium vrget decisio Raph. Fulg. in confi. j. vbi loquitur in fortioribus terminis, videlicet de feudatario, seu eius emphyteuta. Credo istud verius, quia allegata in contrariū, loquuntur in officialibus: sed quæstio nostra procedit in eo, qui habet ius perpetuū, & est dominus rei, vnde potest quæ vult constituere, qui cognoscat causas criminales. argu. l. in re mandata. C. mādāt. facit quod not. Bar. in l. spadonem. §. si ciuitatis. ff. de excusa. tuto. Sed nunquid nati\* in tali castro debeant admitti in collegium Doctorum ciuitatis, in qua viget statutum, vt in ea nō admittatur nisi natus in ciuitate, vel eius comitatu? Picus in d. l. imperium. tangit, & inclinatur quod non debeant admitti: quæ opinio est verior, quia cū castrum sit separatum, non dicitur esse in territorio ciuitatis, ex quo ciuitas non habet ius tenendi, & sic iurisdictioem. d. l. pupillus. §. territorium. Et idem est comitatus in statutis, quod territorium, vt per Card. in Clem. ne Romani. §. sanē. in vj. quæst. de elect. de quo per Andr. Sicul. in c. veniens. infra de præscrip. Sed hīc cadit pulchra quæstio, an si tale castrum extimatur de iurisdictioe ciuitatis, debeant in eo seruari itatuta ciuitatis. Et ex d. l. imperium. per doct. Bart. ibi, videtur dicendum quod non, quia tale castrum æquiparatur ciuitati, vt ibi per Bart. sed ciuitas regitur secundum propria statuta. Teneo contrarium, prout consuluit Alex. confi. clj. secundo vol. quia per talem separationem non admittunt statuta quæ prius habebant, nisi tale castrum separatum applicaretur alteri, vt per Bar. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignor. act. cum concor. Et istud ampliatur, etiā si in tali castro essent particularia statuta: & diceretur, quod deficientibus statutis castri, recurreretur ad ius commune: nam adhuc recurreretur ad statuta ciuitatis, ex quo istud de iure cōmuni, vt castrum regatur secundum statuta ciuitatis. §. fin. Instit. de satisfdar. & ita consuluit Rom. confi. ccxviij. præfens. & Socin. confi. lxxxj. Sed ista ampliatio est contra manifestam mentem statuentium: & facit, quod tale statutum nihil opere tur, vnde non puto quod sit vera, saltem in castro exempto seu separato, quia tale non subiicitur ciuitati: vnde cessat ratio Lud. Rom. & ita consuluit confi. cclxxj. In castro verò non exempto posset teneri d. opinio, quod nota, quia quotidie occurrit. In quantum in ista conclusione Abbas dicit, quod in castris subiectis ciuitati, solet mitti vicarius qui cognoscit vsq; ad c. c. solidos, causas verò grauiore remittit ad ciuitatem: intellige Abb. loqui de ciuitatibus quæ ex consuetudine omnimodam habent iurisdictioem, de quibus per glo. in d. l. fin. C. de præscrip. longi temp. aliās de iure communi ista castra non habent aliquam iurisdictioem, vt per Bar. in l. j. §. cū vrbem. ff. de offic. præf. vrb. & coram istis vicariis proceditur, quamuis libellus sit ineptus, quia vt plurimum sunt laici & ignari iuris, vt per Bal. & Salic. in auth. nisi breuiore. C. de senten. ex peric. recit. & Alex. confi. lxxj. in ij. Quarta conclusio est, quod qui præst vniuersitati non habenti territorij, non dicitur habere merum imperium. l. fin. C. de iurisdict. om. iud. sed solum cognitionem circa illam artem de qua sunt collegiati. Fallit in† Rectore seu in Doctore legente. authen. habita. C. ne filius pro par. licet non seruetur de consuetudine. Tu adde aliam fallent. in casu l. ex eo. C. de agent. in reb. lib. xij. vbi nedum cōceditur merum imperium, sed etiam delegatur: quod est notabile. Contra prædictam conclusionē facit, quia talis potest statuere, & sic condere legē, vt ibi per Bar. & in l. omnes populi. in ij. quæst. primæ partis principalis. ff. de iust. & iure. Bal. in l. ij. C. de constit. pecu. ergo habet merū imperium. Responde vt s. dixi, quod condere statutū, non est de mero imperio, quicquid præsupponat Bar. in d. l. imperiū. & in d. l. vbi Alex. ff. de iurisdict. om. iud. Aduerte tamē, quia licet collegiū Doctorum possit facere statuta, non tamē potest aliquid de nouo statuere vltra veterem consuetudinē, per quod grauentur deinde alij qui sunt admittendi, secundum Bald. in d. auth. habita. Et propterea, in contingentia facti, dixi quod collegium medicorum qui statuerunt, ne quis in illud admitteretur, cuius pater artem vilem exercuisset, non potuerat istud facere, nisi tale statutum confirmaretur à principe. Vltimo, in quantum Abbas hīc dicit, quod excommunicatio est meri imperij, secundū Inno. in c. transmissam. de elect. nisi quādo infligeretur in fauorē priuatum, puta in pœnā cōtumaciæ in causa pecuniaria: quia tunc secundū eum, erit mixti imperij. Idem tenet in c. cūm contin gar. §. de foro comp. Adde, quod Ias. in d. l. imperium. tenuit, quod in isto vltimo casu sit iurisdictiois, & sic expediatur officio mercenario: quod fortè est verius, secundum definitiones per me supra traditas. Sed videndum est, † cui pœnæ æquiparetur ista excommunicatio: & videtur quod æquiparetur morti. c. per

c. per venerabilem. vbi Abb. qui filij sint legit. cap. j. §. de homicid. & c. j. de fur. & facit, quia ista est maxima pœna quæ imponatur de iure cano. secundum Innoc. in c. qualiter. §. ad corrigendos. j. de accus. Et est ratio, quia occidit animā, vt not. in c. cūm infirmitas. de pœnit. & remis. Alibi glo. in §. minor. Insti. de cap. dimi. dicit, quod æquiparatur interdictioni aquæ & ignis, & consequenter etiam de portationi: & ita tenent Angel. Alex. & moder. in l. Gallus. §. & quid si rātum. ff. de lib. & posth. & videtur probari in c. sicur. xj. q. iij. cum tribus seq. Idem tenet Angel. in disputatione incip. duo ad inuicem litigantes. Alibi gloss. in c. pastoralis. §. de appell. dicit quod æquiparatur relegationi: & illā gl. singularem dicit Card. in c. perpendimus. §. de senten. excōm. & sequitur eam Abb. ibi. Bar. in l. ij. ff. de pub. iud. dicit, quod non est pœna capitalis, ex quo excōmunicatio est medicinalis. c. j. §. de sent. excōm. in vj. & sequitur ibi Ang. & Imol. Sed Abb. supra videtur innuere, quod excommunicatio sit minoris gradus meri imperij, & sic æquiparetur modicæ cōercioni. c. ex literis. §. de offic. deleg. & ita expresse tenet hīc, dum dicit, quod competit quibuslibet ordinariis iuris canonici, etiam inferioribus. & sic ista doctrinā videntur inuicem contrariari. Quid tenendum? Puto distinguendum: quia aut loquimur quo ad animam, & videtur æquiparari morti, & est maxima pœna, & regulatur secundum naturam delicti propter quod infligitur. Aut loquimur ex se, quo ad potestatem inferentis, & videtur verior opinio Bart. & etiam Abb. hīc. Non obstat quod quidam moder. respondentes ad rationem Bar. in d. l. imperium. dicunt, quod quando excōmunicatio fertur à lege in pœnam delicti, non dicitur medicinalis: quia respondeo, quod imò etiam tunc fertur pro contumacia: quia Canon intendit monere, quod quilibet abstineat ab eo, propter quod excommunicat, secundum Card. in d. c. perpendimus. in ij. quæst. Vnde si quis velit se corrigere ex solo crimine, non est excōmunicandus. xj. q. iij. nemo. Innoc. in c. j. §. de excess. prælat. vnde etiam tali casu dicitur medicinalis. Et propterea si quis in morte pœniteat, quo ad Deum non habetur pro excōmunicato, vt not. in c. à nobis. ij. §. de sent. excōm. & per Imol. in l. ij. Idem de iniuste excōmunicato. xxiiij. q. j. c. quodcunque. per Card. & Abb. in c. ab excommunicato. §. de rescript. Et non debent etiam Prælati esse faciles ad excommunicandum \* pro re leui, puta pro furto gallinæ. xj. q. iij. nullus. & per Card. in d. c. perpendimus. quod male seruat hīc.

DE IUDICIIS, RVBRICA. SVMMAE.

- 2 Prauidicij & principalis diuersi iudices.
- 3 Iudicij definitio multiplex. 4.
- 6 Iudicij acceptio multiplex.
- 8 Inquisitionem pro foro censeri.
- 9 Extraordinarium variè accipi. 11.
- 12 Patronatus ius, temporale.
- 13 Cap. ij. de iure patr. sensus.
- 14 Iudicia pœnā dignosci.
- 15 Cap. per tuas. de simonia. explanari. 18.

**C**ONTINVATVR Rubr. sic supradictū est de præparatoriis iudiciis, nūc de iudiciis ex quo inferūt Mod. quod præmissis præparatoriis inferuntur ad principale dispositionē, ex quo inferūt multa, de quibus hīc per eos. Hinc iudex præparatorij\* etiā in principali causa cognoscit. l. ordinarij. C. de rei vèd. vbi Bal. dicit quod si quis agere velit cōtra laicū, & cōtractū quem iurauit dicat simulatū, vnde petat absolutionē, episcopus poterit etiā cognoscere in causa principali. Et hanc conclusionē sequitur Alex. & hic per Mod. Adde quod in cōtrarium facit doctrina Bar. in l. ij. ff. de iurisdict. om. iud. vbi si agatur† de successiōe paterna, & filius dicatur illegitimus, etsi matrimonij probatio sit præparatoria, & verti de beat corā iudice ecclesiastico, ea tamen ventilata agatur ad principale id est, petitione hæreditatis coram seculari. Et sic ostenditur falsa regula Bal. Ad idem & secundò facit, quia cū petens absolutionē alleget turpitudinem propriam, non debet in eius facultate etiam mutare forum per ea, quæ traduntur in l. iusiurandum & ad pecunias. §. fin. ff. de iurē iurando. l. de tutela. C. de integ. restit. nam licet possit quis allegare turpitudinem suam contra eum qui est particeps, est verum quo ad eximendū se ab obligatione, non autē quo ad mutationem iudicij. Pro opin. tamē Bal. quæ in practica obtineret, facit quod ipse Bal. not. in rubr. §. de constit. in fin. vbi dicit quod licet de causa matrimoniali nō possint laici dispo nere, tamen vbi habent facti certitudinem, possunt secundum Canones iudicare, & ita tenet Archid. xcvj. distin. c. bene. ergo in simili idē de ecclesiastico. vbi enim habebit facti certitudinē, cōtractū esse simulatum non solum poterit à iuramento absolueri, sed etiam secundum leges postea iudicare. & pro ista opin. Bal. eam sustinendo in hæredum est huic fundamento tanquam per iuramentum causa facta sit ecclesiastica. c. fin. de foro competen. lib. vj. quod videtur verum, quando vterque tam actor, quam reus iurauit. Nec obstat responsio Mod. quod ille tex. loquitur, quando agitur ad obseruationem contractus, nos verò quando agimus de distractu, & quādo quis sortitur forum ratione contractus, si agatur de resolutione non sortitur illud forū. l. ij. C. vbi & apud quē cogn. restit. in integ. & vide, quæ dixi in c. j. §. co. nam respondeo, quod ille tex. potius probat nostrā opin. ex quo ibi illud sit propter regulā, vt actor sequatur forum rei. vnde si ista regula præualeat etiam, quod varietur forum actoris, quanto magis in nostro casu in quo nihil variatur, ex quo tam actor, quam reus iurando subdiderint se ecclesiastico. vn de cessant rationes Mod. dum dicunt actorem non consentire in ecclesiasticum ex quo inuitus à reo sub eo in exceptione cogitur. nam cū à principio cū iurauit, volens erat, & ex eo consensu tradita est iur

est iurisdictio. & hæc opinio vt dixi fundatur super d.c. fin. de foro comp. qui tex. probat in fortioribus terminis. nam si illud est quando alias aliquis incidere in periurium, quanto fortius debet esse, ne aliquis perseueret in periurio, quod quidem lex canonica magis abominatur, arg. auth. credentes. in fin. C. de hæreticis. & quæ not. in c. intelleximus. j. eod. Veniendo ad dicta domini Abb. t̄ in quantum definit iudicium, quod est actus trium personarum, &c. & dicit quod ista definitio est vera definiendo à communiter accidentibus. & sic habes quod satis est, si definitio definiat regulā. & ita tenent Aretin. & Mod. hîc. Puto, quod ista opin. non sit vera, quia cui non competit definitio nec definitum. l. j. ff. de dolo. sed attenda hac opin. sequeretur, quod iudicium inquisitionis non esset iudicium ex quo illi non competit definitio: ergo, &c. Nam data hac opin. sequeretur etiam, quod res facta casu speciali, non autem secundum regulam non esset proprie talis. Vnde testamentum factum coram principe absque testibus non esset proprie testamentū, ex quo factum casu speciali, quod est contra. l. omnium. C. de testa. Et contra hanc opin. etiam facit, quia nos videmus definitiones comprehendere etiam casus speciales, vt probatur in l. j. ff. de testa. iuncta d. l. omnium. Tertio pro hac opin. facit tex. in l. j. ff. de reg. Car. vbi iurisconsultus reprobatur quandam definitionem quia in quibusdam falsa est. Nec obstat si dicas, quod illa non est definitio, sed descriptio prout tenet Bar. ibi quia probat à fortiori. nam si descriptio non est satis, quod concludat regulariter, quanto magis definitio, quæ exprimere melius debet definitum. Quarto pro ista conclusione facit regula, omnis definitio iuncta glo. ff. de reg. iur. nā si definitio est periculo sa propter casus speciales, alias non esset periculosa, vt dicit textus & per hanc rationem. j. istam opin. tenet Ias. in rubr. ff. sol. matr. Quinto facit tex. in d. l. j. ff. de dolo. vbi prima definitio ideo reprobatur: quia tamen si regulariter dolus fiat per simulationem regulariter tamen aliquando fit citra simulationem. & ita tenent Moderniores hîc. licet opinionem Abb. hîc quæ videtur cōmunior, teneat etiā Alex. in rubr. ff. sol. matr. vbi saluat definitionem dotis & Aret. in l. j. ff. de testa. pro quorum opin. facit reg. l. hoc legatum. ff. de leg. iij. tex. ibi circa definitionem Abbatis dum dicit iudicium t̄ est causa discussio, quæ coram iudice fit. ex ista diffinitione collige primò quod quando non discutitur causa non dicitur proprie iudicium: & propterea iudicium proprie incipit à litis contestatione. ita tenet Abbas modern. hic cum similibus. contrarium tenet gloss. in rub. C. de in ius vocando. Et contra istam cōmunem opin. arguo duobus modis, primo per doct. Bar. in l. vbi acceptum. ff. de iudiciis. vbi vult, quando citatus nō habet aliquam exceptionem declinatoriam, tunc iudicium incipit à citatione, alias verò incipit à litis contestatione. Nec obstat, si ex mente Mod. respōdeas, quod doctrina Bar. procedit solum quātum ad iudicem ad hoc, vt iurisdictio præoccupetur: quia respondeo, quod tex. in d. l. vbi acceptum. iuncta doctrina Bart. appellat iudicium cœptum à citatione. nec distinguit considerando dictionem iudicium, sed solum ponit decisionem. Vnde restringere naturā verbi indeterminatè positi ad casum decisionis tantum non videtur esse bene dictum, tum propter regulam, quod regula nō restringitur exēplis. l. j. §. quod vulgò. ff. de vi & vi armata, tum etiam quia non subest ratio, cur iudicium debeat sic proprie appellari à citatione respectu præoccupationis, non autem generaliter. vnde ratio videtur, quod hæc vox diuerso iure debeat censerī. l. cum qui. ff. de vsucapio. Fortius facit, quia data opin. mod. pro vera, sequeretur quia ex quo iudiciū non proprie hîc appellatur nisi respectu præoccupationis, nō est possibile quod dicatur proprie iudicium: quia illud quod dicitur secundum quod, non est proprie tale. l. mercis appellatione. ff. de verb. sig. vnde sequeretur quod tex. improprie dixisset iudicium, quod est contra auctoritatem iurisconsulti ex d. l. vbi acceptum. Secunda ratio pro hac opin. contra communem est, quia valet arg. ab ordine titulorum Bar. in rubr. ff. de testa. tut. Mod. rubr. ff. de off. eius cui. sed in nostro tex. præponitur rubr. de iud. titulo, de lit. contest. ergo iudicium dicitur ante lit. contest. Nec obstat si diceres, quod in nostra rubr. capitur iudicium largè, quia nō videtur, quod subsit causa, cur hîc hæc vox capiatur largè. cum enim in dubio verba strictè accipiantur. l. non aliter. de leg. iij. cur non sic factum est in casu nostro, vt titulus iste postponeretur titulo de litis contestatione. & tenendo hanc opin. nulla lex est, quæ obstat præter tex. in d. c. forus. de verb. sig. ad quem tex. puto respondendum, quod habent intellectum quem vulgò omnes illi tradunt. nam ibi tex. non venit declarando respectu proprietatis vocabuli, sed respectu rerum. nam quod non considerauit proprietatem, probatur dum dicit, quod causa est \* origo negotij nōdum discussi: & tamē proprie & negotium discussum dicitur causa Bart. & scrib. in l. causas. C. de tran. Mod. hîc. Item dum dicit quod vbi discussum est, dicitur iustitia. iustitia ergo secundum cum intellectum communem est negotiū discussum, quod absurdum est & contra diffinitionem de qua inst. de iusti. & iure. in prin. non ergo vult tex. cōsiderare quicquam de proprietate verborum, sed voluit dicere quod causa est generale verbum, & comprehendit principium negotij, cum proponitur, id est, cū quis deliberat, proponit litigare, id enim significat proponere. l. respiciendum. §. pen. ff. de pœnis. xxij. q. ij. §. cum dicitur. vbi autem discutitur, est iudicium. intellige discuti, etiā vbi præparatoria discussionis tractantur. arg. l. ij. ff. de iur. om. iud. nam cum reus non habeat exceptionem dilatoriam vel declinatoriā certè incipiet tum discuti. vbi autē erit discussum & iudicatum, tūc dicitur facta iustitia. & hoc modo ille tex. non obstat, imò paulò. j. probat hanc opin. dum dicit iudicium est iurisdictio. nam clarum est, quod etiam ante lit. contest. iudex vtitur iurisdictio. c. gratum. §. de off. deleg. l. apud proconsulē. ff. de off. procons. ergo ante lit. contest. dicitur iudiciū. & hæc vtilia sunt ad quæstionē de qua per Signor. de homodeis. in cons. clxij. statuto ciuitatis Mediolani cauetur, quod quilibet maior xvij. annis intelligatur

gatur habere legitimam ætatem in iudiciis, nam intelligitur etiam ante li. contest. vt hic per Dec. licet Signor. teneat contrarium. Concludendo in hac quæstione dicendum videtur, quod verbum hoc t̄ iudicium habile sit comprehendere plura significata secundum subiectam materiam, arg. l. plenum. §. equi tij. ff. de vsu & hab. vnde aliquando intelligitur post lit. contest. tantum, vt in l. j. C. de lit. contest. in l. am plus non peti. ff. rem ra. hab. glo. in §. omnem. in auth. de litig. & gl. in cle. j. de iudic. & tunc tex. in l. properandum. in prin. C. de iudic. & in l. is qui se obtulit. ff. de rei vendic. aliquando etiam significabit ante lit. contest. vt in d. l. vbi acceptum. ff. de iudi. vt ibi Bar. & Ang. & gl. in §. si. in verb. proœmiis. in auth. vt in medio lit. gl. Bar. Bal. in d. rub. C. de in ius voc. & Bar. in l. ij. ff. de fur. & vide omnino Dec. in rubr. j. de probat. aliquando significabit locum in quo ius redditur, vt in auth. offeratur. C. de lit. contest. & in l. si fideiussor. ff. de interro. act. Abb. hic & Mod. aliquando alii modis, & tamen omnibus proprie. Nā non valet consequentia, istud est largè & generaliter: ergo improprie, vt patet ex not. per Abb. in c. Rodolphus. §. de rescr. Philip. Dec. in rub. §. de const. Ex supra dicta definitione secundò colligendum est ibi, iudicium fit, &c. quod si non fiat iudicè, non dicitur \* iudicium: facit quia sententia nulla, non est sententia. c. j. & ibi Abb. de re iud. l. iij. §. cōdemnatum. ff. de re iud. electio nulla non est electio. l. serui electione. vbi Ias. ff. de leg. j. instrumentum nullum, non est instrumentum. Bal. in c. constitutus. de tranfact. Stipulatio nulla, non est stipulatio. l. j. §. sed si mihi. & ibi mod. ff. de verbor. obliga. Et actus nullus, non dicitur actus. Bal. & gl. in l. iij. ff. de test. tu. intellige ergo dictum Abb. in iudicio quod sit nullum, non autem iniustum, aliàs malè loqueretur. Quærunto doctores, nūquid t̄ iudicium inquisitionis sit extraordinariū. & cum sit contra regulas iuris, communiter concluditur quod sic. Abb. & Mod. hîc. Et pro hac opin. adducunt duæ rationes. Primò, quod extraordinarium t̄ dicitur, quod sit contra regulas iuris ciuili. l. in causæ. ff. de in int. rest. Secundò est, quia extraordinarium dicitur quod expeditur officio iudicis. l. cum filij. ff. si cer. pe. cum si. Istæ rationes videntur concludere de iure ciuili, quicquid dicant Mod. hîc in ij. le. tu. dum dicant, quod prædicta iura loquuntur, quando officium iudicis datur loco deficientis actionis. nam etiam potest dici, quod inquisitio succedit in locum deficientis actionis, cōcludunt itaq; de iure ciuili, de iure verò canonico ex quo regulariter inquisitio permittitur, videtur dicēdū quod sit ordinariū quoniam ordinarium \* dicitur quod regulariter permittitur. l. solent. ff. de off. procon. & leg. nec ob. ratio mod. quam ipsi adducunt in contrarium, dum dicunt, restitutio in integrum regulariter permittitur minoribus, & tamen est extraordinaria. d. l. in causæ. nam restitutio in integrū est contra regulas generales, quod ea quæ semel placuerunt amplius displicere nō possint. l. sicut. C. de act. & obli. vnde cum sit contra istam regulam, dicitur iudicium extraordinarium. Sed, licet inquisitio sit contra regulam quod nemo sine accusatione exprimitur. l. ij. §. si publico. ff. de adul. tamen ista regula de iure canonico sublata est, vnde non dicitur esse contra aliquam regulam. Item restitutio in integrū non conceditur nisi minoribus: inquisitio de iure can. est longè generalior: vnde instantia quam dant Mod. non videtur bona. Concludendo præter alios aduertendum est, quod iura expressè dicunt iudicium accusationis esse extraordinarium. l. ordo. ff. de publ. deli. §. si. inst. de interd. vnde si iudicium accusationis est extraordinarium, quanto magis iudicium inquisitionis? & certe videntur doct. dixisse contra illum tex. Tamen aduertendum est, quod extraordinarium t̄ dicitur pluribus modis. Aliquando respectu pœnæ, quæ affligitur delinquenti. l. ij. ff. de cri. stel. l. si. vbi Bar. in versu. quæro quid in crimine iniuriarum. ff. de pri. del. Aliquando respectu processus seu iudicij, in quo ordo sublatus est. d. l. ordo. & d. §. si. Aliquando respectu delicti ipsius, quod non reperitur aliqua generali lege punitum. & ita loquitur titulus. ff. de extraor. cri. & l. j. & c. Et horum omnium respectu de iure ciuili videtur, quod inquisitio sit extraordinaria, præter vltimo casu. nam eius respectu non est extraordinaria. Si ergo quæramus de iudicio, nunquid sit extraordinarium, prout est proprie nostra quæstio, ego credo quod indubitatè de iure ciuili sit extraordinarium. per d. l. ordo. arg. à fortiori. & idem etiam de iure canon. Nec obstat, quod regulariter de eo iure sit permessa, quia accusatio regulariter permittitur de iure ciuili. l. hos accusare. ff. de accu. & tamen eius iudicium est extraordinarium. dic. l. ordo. & sic teneo communem per aliam rationem quam faciunt Mod. quia eorum rationes non vrgent sicut rationes d. Abb. in vtranq; partem quæ parum faciunt, vt hic per Mod. qui tamen non viderunt. d. l. ordo. Secundò quærunto Abb. & Modern. nunquid t̄ ius patronatus sit ius spirituale vel temporale? & communiter tenetur, quod sit mixtum, vt per gloss. in c. piæ. xvj. q. vij. Abb. & Mod. hîc. licet alij vt Goffr. & Ant. de Bu. teneant quod sit spirituale. Ego arbitror esse ius temporale. pro qua conclusione est tex. in c. quanto. j. eo. inducendo sic quod est tali annexum, non dicitur tale. c. translatio. §. de consti. vbi lex & sacerdotium sunt connexa. & tamen lex non dicitur sacerdotium. Idem tenet Bal. in c. cum omnes. per illum tex. §. de cōst. dum notat illum tex. quod licet aliquid sit annexum, non tamen est illud: sicut cœmeterium est annexum ecclesiæ, nō tamen est ecclesia, & claustrum est annexum domui, non tamen est domus, & pertinentiæ ciuitatis non sunt ciuitas. c. si ciuitas. de sen. excom. lib. vj. ad idem glo. in c. accusatus. de hære. lib. vj. Si ergo est spirituali connexum, sequitur quod ipsum sit temporale: nec effectus qui ex illa spiritualitate resultat, scilicet quomodo possit vèdi, quod cognoscatur sub iudice ecclesiastico. quod requiratur consensus episcopi: quicquam nō inferunt ad alterandum ipsum ius temporale: quia causæ primordium, quod rei non alteratur per effectus, ex quo illi sunt separati & diuisi ab ipso principio. nec accessorium alterat principale. l. cum princip. & regu. accessorium. de regu. iur. libr. vj. & in ff. nec filius alterat naturam patris. l. prospexit. ff. qui & à quibus. iuncto



tex. insti. de iustit. & iure. & iuncta glo. in rub. & ita teneo. Non obstat, quod iura dicunt ius patronatus communicatum fuisse laicis ex gratia. in c. iij. j. de iu. patrona. nam si esset temporale, non videtur quod posset dici esse comunicatum ex gratia: nam respondeo altero de tribus modis, & primo istud esse propter effectus spirituales, qui inde resultant, vt per Are. & Dec. hic, & Roch. in tract. de iure pa. Vel & secundò dic, quod imò stat simul, quod ecclesia concedat rem temporalem ex gratia, veluti si episcopus det libros ecclesiasticos suos laico ex gratia: nam isti libri sunt temporales. Abb. in c. quanto. j. eod. Vel & tertio dic, quod ille t̄tex. non probat quod concedantur ex gratia: nam dum dicit, iustiniuit, intellige 13 propriè, id est, defendit statuta est, non autem dedit in gratiam. & pro hac interpretatione facit textus in l. si quis fortè. ff. de pœnis. adde glof. xxxij. q. ij. admonere. in verb. venialiter. in fi. Tertia t̄quæstio 14 est, quomodo dignoscamus causam ciuilem a criminali: & communis est, quod quando pœna applicatur parti, dicitur ciuilis: quando fisco, dicitur criminalis. ita tenet Bar. in l. iij. ff. de sepul. vio. & est communis conclusio. Et ista opinio vltra alios optimè probatur in l. si. ff. de pri. deli. vbi in furto, quando agitur ad pœnam applicandam parti secundum §. quadrupli. inst. de act. dicitur agi pecuniariter. quando vero aliter agitur, non vt pars aliquid sibi habeat, dicitur agi criminaliter. Ad idem facit tex. in l. fin. ff. de furt. Vltra iura allegata hîc per Mod. in contrarium adducuntur per Mod. plura, de quibus hic per eos. Primò obstat text. in c. tuæ. de procu. vbi dicitur, quod est mixtum iudicium: ergo nec criminale, nec ciuile, sed mixtum. Secundò obstat. tex. quem omnes hîc adducunt in ca. per tuas. el. j. in fi. de simon. Sed pro resolutione horum contrariorum primò sciendum est, quod iudicium sit mixtum, tamen accedit potentiori, & propterea in casu d. c. tuæ. dicitur iudicium ciuile propriè loquendo, licet cōsiderato alio respectu possit dici mixtum licet impropriè. & hoc minuit textus ibi, quasi mixtum & c. Et ista solutio probatur ex dictis per Bal. in confi. cxxv. j. in iij. parte. ad secundum respondendum est quod text. in c. per tuas. t̄loquitur in causa, quando pœna venit applicanda, nec fisco nec parti, & propterea nō vrget 15 in hac quæstione. Sed pro declaratione illius tex. quæro nunquid causa, qua agitur vt aliquis remoueatur ab ordine simpliciter seu à magistratu, sit ciuilis vel criminalis. & videtur dicendum quod sit ciuilis. per tex. in d. c. per tuas. vbi agebatur contra Abb. vt priuaretur beneficio, & dicit tex. quod erat actio ciuilis. Ad idem & secundò facit, quod quando agitur, vt aliquis remoueatur à tutela, tale iudiciū nō dicitur 16 criminale, sed ciuile. l. iij. §. tutor qui. ff. de fusp. tut. Bar. in l. j. §. nunc videamus. eo. tit. Are. Dec. Aen. Neap. & Rochus hîc. In contrarium facit text. in l. iij. §. pe. ff. de cri. stel. vbi amotio ab ordine est pœna iudicij criminalis. & istum tex. allegauit d. Phil. Dec. hic. Mod. respondent quod illud est quia in prædicto crimine stellionatus est maxima pœna, & non potest vltius procedi: vnde dicitur criminalis: aliàs si maior posset poni, diceretur ciuilis, arg. no. per d. Ant. de Bu. & Abb. hîc. Sed ista responsio nō videtur bona, quia dicta per Abb. cōmuniter nō tenentur. vnde stat simul, quod delictum puniatur duabus pœnis, altera leuiori, & altera grauiori, & tamen vtraq; erit criminalis. vnde videmus, qd de sepulchro violato datur iudiciū ex lege Iulia de vi publica, quod proculdubio criminale est, & inde est maior pœna. 17 l. sepulchri violati. ff. de sepul. vio. & datur etiā iudiciū ad decem pondo auri applicanda fisco. l. qui sepulchra. C. eo. quæ pœna est leuior. & tamen vtraq; criminalis. & istud fundamentū optimè tollit opi. Ab. Secundò contra hâc opi. facit tex. in l. ad tēpus. in prin. & ibi gl. ff. de decu. vbi iudiciū per quod decurio ordine mouetur, etiā ad tēpus dicitur criminale. Mod. hîc non allegat hunc tex. tamen dat solutionem generalem, quod aut agitur de remouendo aliquem ab ordine & dignitate publica, & tunc iudicium dicitur criminale. quia hoc principaliter spectat vtilitatē publicā: aut remouetur à gradu priuato: & dicitur ciuile. Sed cōtra istā distinctionē adhuc ob. tex. in d. c. per tuas. t̄ nā ibi administratio ipsa abbatia 18 est iuris publici, & respicit illa remotio vtilitatē publicā, c. nulla ratio. j. de præb. & firmat ipsi Mod. in ij. lect. quid tenendū? ego nescio aliter dicere, nisi quod aut pœna nō purgat delictū quia poterit agere ad grauiorē denuo, & non dicitur iudiciū criminale, sed ciuile. ita intelligit Bal. in d. c. tuæ. & ita procedit d. ca. per tuas. aut purgat in totum: & tunc secūs. Et hoc non poterit aliquo modo saluari opin. d. Abb. hic.

S V M M A E.

- 1 Constitutio an papa, an concilij sit conceptu dignosci.
- 2 Episcopi forum.
- 3 Cap. j. de iudiciis. sensus. 41.
- 4 Testis nulli in me sit aduersarius.
- 5 Aduersarius, colligatōr, & index.
- 7 Citatum, petente parte præsumi.
- 9 Contumacem variè censeri.
- 10 Excommunicationem non nisi absolutioe tolli.
- 11 Excommunicatione beneficium amitti.
- 12 Contumax non est ex causis recedens.

- 15 Contumax non parendo ex causis peccat.
- 17 Recusari consilium ob præsidem aliàs non.
- 18 Ordinarius ob comites & vicarios recusabilis & contra.
- 20 L. Si conuenerit. de iurisd. & c. j. de iudi. variè conciliari.
21. 22. 24. 25. 26. 27.
- 29 Pœnitere in specie. l. si conuenerit. ex causis non licere. 30. 31.
- 32 Forum ob collatam solutionem sorti ex causis diuersum. 33.
- 34 Persueruatiā excommunicationis beneficium, nisi in casibus, amitti. 35. 36. 37. 38.
- 39 Contumax non citatus, nisi in casibus, multabilis. 43. 46. 47.

C A P V T I.

**D**E QVOVL TDEO. Inscriptioe ibi ex consilio Africano tradunt mod. quæ dicitur constitutio conciliaris, & quæ papalis: sed adhærendo communibus, fac hanc conclusionem, quod constitutio facta in concilio generali, cui inter sit papa, si materia trahit originem à concilio, dicitur conciliaris. & ita tenet Abb. in c. j. de spō. & in aliis locis. & hoc cognoscitur, quando non expresso nomine papæ dicitur ex tali concilio: vt in nostro text.

stro text. Sed si apponitur nomen papæ non addito nomine concilij, censetur papalis. Si verò dictum sit talis papa de contentu concilij: constitutio dicitur conciliaris. ita Abb. in quodam sermone. & refert Dec. hic, qui tenet contrarium: quia regulariter quando aliquis tacit actum, & alius consentit, actus tribuitur facienti, non autem consentienti. l. aliud est videri. ff. de reg. iu. & allegant multa similia. & istud fundamentum fecit etiam Fel. in c. j. de spons. & non responder. Tu dic sustinendo communem, quod aut consentiens non habet potestatem cum actum faciendi, & faciens non habet potestatem consentiendi, & hoc casu actus tribuitur facienti, & procedunt contraria. Aut vterq; scilicet, agens, & consentiēs habet separatim potestatem faciendi: vt est in nostro casu: quia & concilium, & papa habet auctoritatem condendi legem generalem: & hoc casu cum par sit vtriusque conditio, actus tribuetur fortiori, & sic concilio. c. si papa. vbi gl. xl. dist. vnde quando non sumus in concilio generali, sed in alio cœtu, tribuetur constitutio papæ, etiam si dictum sit de concilio & consensu, putà cardinalium. & ita procedit text. allegatus per Dec. in c. j. de renū. lib. vj. Hinc, si papa dicat se facere auctoritate synodi, vel facere decernente simul facta synodo, tribuetur constitutio concilio per rationem supradictam: & ita loquitur tex. in c. nimis. de iure iu. & ij. q. j. c. fin. Mod. hîc. Si verò sit dictum, sacro approbante concilio, talis papa fecit & c. tunc ista constitutio videtur papalis: quia illa verba non important, quod fuerit facta in concilio, sed potuit esse facta ante à papa: deinde potuit approbari à concilio. & ista quæstio secundum scribent. est vtilis, quia difficilius contra constitutionem synodalem dispensatur. & non est: quia ex quo est facta à pluribus habet maius robur. c. de quibus. xx. dist. c. prudentiam. §. de offic. deleg. cum ibi no. sed ista ratio facit iniuriam sacrosanctæ sedi apostolicæ, quasi in canonibus ab ea prolatis non adhibeatur perfecta cognitio. Item est contra tex. in l. humanum. iuncta l. si. C. de legib. vbi, quando imperator legem facit, adhibet in cōsultationem quam plurimos consistorianos: & vniuersis approbantibus, tunc legem promulgat: ergo idē dicendum in papa. Item ista ratio est contra tex. in c. j. xx. dist. in prin. vbi rex. dicit, decretales itaq; epistolæ canonibus conciliorum pari iure exequantur & c. ergo vtilitates tradita hîc per doctor. non sunt bonæ. vnde ista quæstio non est probabilis, & istam puto esse veritatem. Nota primò 2 quod causæ episcoporum tractari possunt in concilio prouinciali. ita no. Ant. de But. Abb. & Mod. Sed Decius hîc tenet, quod imò istud concilium erat generale, & ita residerunt etiam Mod. allegat duas rationes: prima, quod tale statutū concilij hîc ponitur simpliciter pro generali canone: ergo videtur, quod esset generale. nam prouinciale non ligaret omnes. c. j. de const. sed ista ratio nihil valet. quia & dictum sancti Augustini non ligat. c. de libellis. xx. dist. & tamen si positum sit in hoc libro facit legem generalem. c. translatō. & c. ne innitaris. §. de const. Secunda ratio est, quia præsupponitur hîc in fine à cōtrario sensu, quod concilium priuasset episcopatu istum Dequouultdeum. ergo intelligendum est de generali: quia speciale non posset. cap. accusatus. iij. quæst. vj. Sed ad hoc respondetur, quod imò istud argumentum non colligitur figurando casum: vt hic per Anto. de But. Vel dic, quod processus factus fuit coram prouinciali concilio. & dum dicit non posse adimi illi episcopatum, intellige non respectu huius concilij, sed respectu vel papæ vel concilij generalis. vt inde ponatur quid inde iuris sit. nam verba debent intelligi secundum potestatem disponentis. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu, & habit. cum simil. & sic tenendo communem: confirmatur illa: quia aliàs non esset verisimile, quod iste episcopus consensisset in iudicium dicti cōcilij, cum si esset generale, haberet iurisdictionem etiam in inuitum, de quo infra dicemus.

Secundò nota, quis dicatur aduersarius, de quo hîc per Mod. & ex dictis Abb. hîc collige istam conclusionem, quod quando ego litigo contra aliquem, ille non potest dicere testimoniū contra me in alia lite, quam habeo cum tertio. Sed dubium est finita lite, nunquid talis qui litigauit mecum, possit in testem adduci. & Aret. tenet, quod non. iste punctus est disputabilis, & pro opi. sua adducit Aret. primo t̄tale argumentum, si lis duraret, non posset produci, quia præsumeretur inimicus: ergo etiam lite finita: quia odium durare præsumitur, nisi probetur reconciliatio. l. in ipsius. vbi Bal. no. C. fam. ercisc. Inno. in cap. cum oporteat. de accu. Sali. in l. iij. ff. de testibus. Sed ad hanc rationem respondet Decius, quod istud est verum, rebus sic stantibus. sed cum cesserit lis, dicendum est cessare inimicitia. Ista responsio non videtur bona, quia ista cessatio litis nil infert ad mutationem voluntatis. vnde videtur standum regulæ. l. eum qui. ff. de probat. & cum ista lis sit finita etiam inuita parte. quia iudicium redditur in inuitum. l. inter stipulantem. §. j. ff. de verborum oblig. ex actu necessario non videtur inferendum ad voluntarium. 6 l. iij. ff. de regu. iu. Posset fortasse aliter responderi, quod imò aliquando lex præsumit mutationem voluntatis, vt in casu l. ita stipulatus. la grande. & ibi declarat Bar. in prima opp. ff. de verborum oblig. vnde in nostro casu, cum finita sit lis, præsumitur à lege mutatio. & hoc ex aliquibus causis. tum quod non est verisimile, quod tandiu quis stet in peccato seruando odium, & rancorem. argument. l. merito. ff. pro socio. tum quod ex illa turbatione qua quis afflixit aduersarium litigantem. l. minor. xxv. annis. de minoribus. præsumit tandem odio suo esse satisfactum. argument. l. vnica. verfi. quæ multo magis. C. de raptu virginum. & l. satis. ff. de in ius vocā. quæ solutio multo magis, procedit post decem annos: nam, hoc tempore elapso, præsumitur obliuio. l. j. vbi gloss. C. de feruis fugi. Secundò pro ista conclusione adducitur textus in §. item propter inimicitias. institu. de excusa. tutorum. vbi mortuo testatore præsumitur durare inimicitia. Potes respondere, quod illud sit in pupillo, pro cuius salute cautiùs agitur. Vnde videmus, quod suspectus tutor dicitur etiam à iudice, qui aliàs in cæteris accusationibus esset minùs idoneus: vt est textus in l. cognitio. in princip. ff. de offic. eius cui. Tertio pro ista conclusione. facit textus in

canon. accusatores. el primo. iij. quæstione v. vbi etiam post reconciliationem quis repellitur vt suspectus. Sed intellige, quando reconciliatio pauco tempore præcessit: vnde ille text. dum considerat solum breuitatem temporis conciliationis, non faciendo vim in considerando prolixitatem temporis à quo cœpta est iniuria, videtur fortiter facere contra istam opinionem Aret. contrarium tenet Ioann. Andr. & Abb. & Decius hic & ante eum contrarium tenuit glos. not. in l. iij. ff. de testibus. in verbo, inimicus. & Barto. in authen. de testibus. in §. si verò dicatur. vbi videtur tex. expressus, quòd, finita criminali lite, poterit litigator testimonium dicere. Aretin. hic intelligit illum tex. loqui in casibus specialibus, videlicet aliquo casu: veluti quando quis habuit litem mecum, & vicit, & ego succubui. nam tunc ex quo talis inimicitia videtur contracta culpa mea, est admittendus. Contra istam solutionem est doctrina Innocen. in cap. cum I. & A. de re iudicata. quam etiam ipsemet Aretin. refert. & eam etiam sequitur Feli. in capi. repellantur. & in cap. cum oporteat. de accusa. & in capi. quoties. de testibus. Quare secundo modo respondetur tenendo intellectum Barto. ibi ad illum textum in d. §. si verò dicatur. versic. si verò quis. nam dum dicit text. non adfit ad testimonium qui vsque adeo suspectus (aliàs infectus) est donec de crimine iudicetur: intelligit Barto. illa verba, Donec de crimine & c. id est non testificetur, pendente accusatione criminis, non quidem instituta de teste, sed ab alio tanquam ille accusaretur à duobus. sed etiam iste intellectus cauillat tex. Quare Moder. respondent, tertio modo dicentes, quòd ille tex. non probat contra prædictam opinionem nisi per argumentum à contrario sensu, quod non valet vbi resultat repugnantia legis, vt not. in l. j. ff. de offic. eius cui. & in l. conuenticula. C. de episcop. & cleric. Sed ista responsio est nugatoria præsertim quia est falsum, quòd sit argumentum à contrario sensu, alioquin dicendum esset, quòd regula firmata, per exceptionem in casibus exceptuatis, esset argumentum à contrario sensu, quod est contra textum in l. nam quod liquide. §. fina. ff. de penu leg. & tradita per Bartolum in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. facit quod no. Cin. in dicta l. conuenticula. dum allegat l. ij. C. de condict. infert. & quæ ponit Decius in cap. cum dilecta. versic. vlti. notandum. j. de confirmat. vti. vel inuti. Item dictio, Donec, de qua in illo text. est extinctiua præcedentis dispositionis vt est sui natura. l. iij. ff. de seruitur. Barto. in l. j. ff. de condi. & demonstrat. non autem sequentia, inducit per argumentum à contrario sensu. Quare ego quarto modo respondeo & quidem realiter, quòd ille tex. loquitur quando ille contra quem dicendum erat testimonium, erat accusator ipse testis in causa criminali. istud probatur in tex. ibi odiosum sibi ex quo accusator proprie dicitur habere odium sicut accusatus inimicitiam. §. fin. institu. de iniuriis. cum ibi not. Item ibi conuentus pecuniaria & c. iuncto eo quod aduersatiua aduersatur in iisdem terminis: vt est glo. in §. item lapilli. institu. de rerum diuisione. Baldus in l. omnes populi. ff. de iustitia & iur. Alexanc. in l. si filius, qui hæres. ff. de liberis & posthumis. modò in proposito, ex quo potuit esse, quòd ille contra quem dicendum erat testimonium, accusauisset illum in fraudem criminaliter, ne posset postea testificari, secundum notata per Bartolum in l. prima. §. si seruus. ff. de quæstionibus. ideo expectandum est iudicium in dicta accusatione, vt si accusator sustineat, non possit testificari, si accusatus sustineat possit: ne præsumatur fraude accusatus. & ista solutio magis placet, quicquid dicat Aretin. in capit. repellantur. de accusatione. vbi aliam solutionem ponit, quæ cauillat textum. Secundò pro ista conclusione facit textus in capit. item cum quis. infra de restitutione spoliatorum. ibi quia criminaliter aduersus eum ante restitutionem agere non potest, cum præsumatur eius existere inimicus: ergo finita lite, & sic restituta re poterit agi: quia cessabit ratio, quòd non præsumatur inimicus. & iste tex. videtur fortiter vrgeri: licet doctores non aduertant. Pro resolutione tamè posset dici, quòd ille textus loquitur in accusatore, qui non potest quicquam excipere de crimine, cum sit raptor ex quo spoliatus ante omnia restituitur. cap. primo. de restitutione spoliatorum. ista ergo ratio inimicitie præsumptæ cum ea ratione, quæ est, vt spoliatus ante omnia restituitur, facit, vt talis accusatio non admittatur, post finitam verò accusationis litem, tunc admittetur. Et licet præsumatur inimicus, non tamen per hoc solum excludetur, sicut excluderetur testis: quia nos videmus, quòd testes faciliùs reiciuntur, quam accusatores, ex quo plus præiudicat eorum inimicitia: vnde & faciliùs dicitur suspectus iudex, quam testis. cap. cum super abbatia. de officio delega. cogita tamen. Tertio pro ista opinione adducunt Modern. text. in cap. ad hæc. el primo. & in cap. proposuit. el primo. de appellatione. quæ iura loquuntur in iudice, qui iudicat ex necessitate: nos loquimur in parte, quæ voluntariè agit. & ideo iudex solus, qui inquirir, dicitur aduersarius. Vel responde, vt hic per Moderniores, & videtur omnino ista opinio verior: licet disputando possent aliquo modo euitari dicta iura, & ita resideo cum hac opinio. quæ videtur communis. eam tamen intelligendo, vt si iudex etiam post litem finitam cognouerit subesse inimicitiam, testem repellat: nõ propter iudicium, sed propter inimicitias ex regula generali, quòd inimici repellantur. cap. repellantur. de accusatio. non tamen præsumatur inimicitia, nisi probetur, & ita procedat contraria opinio. nam videtur standum arbitrio iudicis. l. tertia. ff. de testibus. & istud satis est de mente Antonij de Burrio & Modernior. hic & ita esset seruandum. Nota tertio quòd citatio debet fieri ad instantiam partis, vt hic per Moderniores. Sed nunquid facta præsumetur etiam facta ad instantiam partis? Abbas hic & alij communiter, quòd sic. Contrarium tenet Roman. in l. sciendum. ff. de verborum obligatio. quia est solennitas extrinseca, ergo non præsumitur. l. quæcunque. §. fin. de publicia. Sed ad hoc respondet Aretin. quòd ex quo in citatione requiritur expensa, ideo præsumitur facta ab eo à quo fieri debuit. l. fina. C. de ali. pupil. præst. sed responde quòd ista solutio non est bona: quia ille tex.

ille textus loquitur in maxima expensa. Item ratio illius legis non habet locum hic. Ego puto aliter respondendum, videlicet, quòd ista non sit solennitas, sed quoddam factum, quod in iudice præsumitur, ex quo est modici momenti. nihil enim iuris tribuit citatio: vnde illa requisitio debet præsumi. cap. veniens. el secundo. infra de testibus. præsertim cum spectet ad eius officium. l. si publicanus. §. primo. vbi Imo. ff. de publican. & facit quod not. Alexand. in l. sciendum. versic. item fallit in iudice. ff. de verborum obligatione. & Decius hic. Nec obstat cap. quoniam contra. infra de probatione. quia ea respiciunt formam processus: vnde forma non præsumitur. cap. nouit. vbi Abbas in quarto notab. infra eodem. licet igitur citatio non præsumatur, qualitas tamen respiciens citationem præsumitur in iudice. & de hoc dixi in dicto cap. nouit. Nota quartò, quòd contumax dicitur, qui illicentus recedit à iudicio: & talis dicitur verus contumax, vt per Moderniores hic: & quis sit verus contumax, vide latè per Ioanem de Imola in l. ex consensu. §. finali. ff. de appellatione. & talis contumax punitur pari pœna, sicut ille, qui est contumax in non comparendo, secundum glossam in cap. cupientes. §. quod si per viginti. in verbo, comparere. de electione. libro sexto. Modern. hic. adde, quòd istud est dubitabile: quia contumax in non comparendo est contumax in duobus, iste verò non nisi in vno: vt patet ex gloss. vbi Ioann. de Imol. declarat in l. creditor. §. iustus. ff. de appellatione. & dominus Abb. hic in decimo notab. ergo contumax in non comparendo debet grauiùs puniri, quia grauiùs delinquit: & probatur in dicto §. iustus. nam contumax in non comparendo non appellat. dict. l. ex consensu. §. fina. contumax in non parendo sic. dicto §. iustus. de hac gloss. dicam infra. Nota quintò quòd excommunicatus donec satisfecerit, non liberatur ex sola satisfactione, sed vltèriùs requiritur absolutio. & hoc procedit, etiam si ad certum tempus excommunicatio facta sit. Item, si pontifex excommunicauit, donec satisfecerit: tamen etiam requiritur absolutio, vt hic per Moderniores qui limitant, nisi quis excommunicatus esset virtute alicuius constitutionis & constitutio reuocaretur per papam, qui vellet illam haberi pro infecta: vt per glossam in clemen. j. in verbo, pro infecto. de immunitate ecclesiarum. Adde quòd contra istam limitationem facit: quia haberi pro infecta non est ex veritate, sed ex fictione: quia nemo potest facere, vt quod factum sit, infectum sit. l. in bello. §. factæ. ff. de capri. vnde istud est per fictionem, quod etiam importat verbum, haberi, vt not. in l. si is qui pro emptore. de vsucapio. sed ego habeo, quòd in foro conscientie, & vbi agitur de peccato, non attenditur fictio, sed veritas. ita tenet Ioan. Andr. in capit. is qui fidem. infra de sponfalibus. not. Modern. in cap. cum non ab homine. infra eodem. ergo excommunicatus non potest censeri absolutus per fictionem. istud fundamentum videtur reale. tamen responde, quòd verum est, quòd in foro animæ respectu partium non attenditur fictio aliqua vel præsumptio, sed respectu legislatoris sic: quia eius fictio est veritas. l. fina. ff. de probatione. Secundò limitatur in suspensio, quia post satisfactionem absolutio in eo non est necessaria, vt in gloss. in dicta clementina prima. de decimis. quod intellige esse verum, quando suspensio facta est ad tempus, putà donec satisfecerit, aliàs si non sit appositum tempus, requiritur absolutio, vt per glossam & Abb. in cap. cum tu. in verbo, donec. de vsuris. sed aduertendum est, quòd gloss. in cap. fina. de matrim. contracto contra interd. eccle. & Pau. & Imo. in dicta clementina prima. de decimis. tenent quòd imò non sit differentia inter excommunicatum, & suspensum quo ad hoc. vnde si quis sit excommunicatus à papa, donec satisfecerit, mihi videtur, quòd vbi satisfecerit, sit ipso iure absolutus. & hoc probatur ex natura dictionis, donec, quæ si sit appositæ ab habente auctoritatem condendi legem, extinguit ipso iure. secundum Bartolum in l. prima. ff. de conditione. & demonstratione. & probatur in l. siue manifestus. §. tandiu. ff. de condi. furtiua. & in l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxalibus. ergo cum verba excommunicationis hoc importent, ea debent attendi. l. non aliter. de legatis & fideicommissis tertio. facit quia aliàs in alia materia videmus esse idem, vt in bannito, qui est bannitus, donec aliquid fecerit. nam in eo non requiritur absolutio. Bald. in proœmio Digestorum. & Modern. in cap. ex literis. de constitutione. & hoc tenendo non obstat ratio Anton. & dom. Abb. in dicto cap. fin. dum dicunt, quòd ex quo in absoluendo requiritur forma, licet papa non subiaceat formæ: tamen in dubio non videtur vti potestate summa, seu absoluta, sed ordinaria tantum. capit. proposuit. de concessio. præbendarum. ista ratio non est bona: quia falsum est, quòd inducendo absolutioem ipso iure vtatur potestate absoluta: imò vtatur potestate ordinaria, & regulata à legibus, quæ illi concesserunt, vt possit hoc facere. capit. eos. de sententia excommunicationis. vnde cum non importet plenam absolutioem: & verba hoc importent, standum est verbis. l. cum lege Cornelia. vbi Aretin. ff. de testamentis. nec quicquam in contrarium obstat, quia (vt etiam Modern. fatentur) ista differentia non probatur aliquo iure. Nota sextò post dominum Abbatem hic, quòd ex sola excommunicatione non est aliquis priuandus beneficio. Intellige tamen, quòd de nouo non posset promoueri ad beneficium. cap. postulas. j. de cler. excommun. ministr. Posset tamen accipere vigore alicuius gratiæ expectatiuæ secundum Rotam in decisionibus in titu. de sententia excommunicat. in antiquis. & plenius in antiquioribus eodem titu. decisione vltima. In contrarium tamen facit, quia excommunicatus, & deportatus æquiparantur, gloss. in §. minor. instituta de capit. diminut. Barto. & scribentes in Lex facta. §. si quis rogatus. ff. ad senatusconsultum Trebellianum. Bartolus & Imo. in l. secunda. ff. de pub. iud. sed nos videmus, quòd deportatus perdit ius eligendi, quo ad suam vtilitatem. dict. §. si quis rogatus. licet quo ad vtilitatem aliorum non. facit quod not. Abb. in cap. veritatis. in fin. de dolo & contumacia. Secundò facit quia si papa concessit gratiam expectatiuam alicui: deinde ille est excommunicatus per mutationem ista



nem status, illius debet censerī reuocata gratia, prout in istis terminis tenet Rapha. Com. in l. si stipula-  
 rus fuerim illud. ff. de verborum obligat. facit tex. in l. cum quis. ff. de solutio. & per prædictam rationem  
 dom. Alexand. in dicto §. si quis rogatus. el secundo. tenet, quod arbitratore excommunicato, censetur  
 reuocatum mandatum, & non poterit agnoscere declarando. vt ibi per eum. Tertio facit, quia omnia  
 censentur prohibita excommunicatis. quæ non reperiuntur illis concessa, ita colligitur ex not. per do-  
 minum Abbarem in cap. intelleximus. infra eodem. sed istud non reperitur ergo &c. Quarto facit, quia  
 aut vis dicere, quod expectatiua non tribuit ius, prout tenuit Cardina. in clemen. secunda. in tertia quæ-  
 stione. de offic. ordinar. sed solum ipsa acceptatio beneficii, & tunc non potest habere, quia excommu-  
 nicatus amittit ea, quæ sunt iuris ad acquirendum. cap. cum inter. vbi Bald. de except. cap. veritatis. vbi  
 Abbas infra, de dolo & contumacia. Item non dicitur à tempore expectatiuæ quicquam habere, sed so-  
 lum vbi amplius non expectabit: quia tunc incipiet illi ius, vnde erimus in terminis dicti capit. postula-  
 stis. Aut vis dicere, quod tribuit ius vt est opin. aliorum. & tunc militabunt alia fundamenta. Quinto fa-  
 cit, quia cui prohibetur minus, prohibetur etiam plus. l. non debet. ff. de regu. iur. sed facilius conceditur  
 euitare damnum, quam acquirere lucrum. l. fina. C. de codic. excommunicatus autem prohibetur eui-  
 tare damnum: vnde non potest petere se cancellari de banno. cap. dilectus filius. vbi Baldus supra de re-  
 scriptis. nec potest inquirere, nec impetrare rescriptum. cap. j. in glo. in verbo, alium. de rescriptis. libro  
 sexto. ergo multò minus poterit acquirere. Sexto & istud me magis mouet, & in contrarium vrget tex.  
 in dicto cap. postula stis. de cler. excommu. ministr. vbi text. vetat conferri beneficia excommunicato:  
 ergo etiam ex expectatiua non poterit habere: quia tunc dicerentur illi conferri beneficia, non autem  
 esse collata à tempore expectatiuæ: nam habens expectatiuam, non dicitur habere beneficium, vt con-  
 cludit Rota in decisione ccccl. in nouis, incipiente, si legatus. sed an excommunicatus amittat ius præ-  
 sentandi, vide scribentes in cap. cum nobis. infra, de iure patronatus. & Rotam in decisione secunda, in  
 antiquioribus, & Modern. in tractatu suo in verbo, competens. in octaua quæstione principa. Nota  
 septimò, quod qui recedit illicentiatus, est contumax sicut qui non compareret, & pari pœna punitur. fa-  
 cit textus in cap. certum. xj. quæstione iij. Limita primò, quando † aduersarius ipse non compareret, 12  
 quia tunc potest alter recedere, vt per Imo. & Feli. hîc, & Abb. in cap. consuluit. in glo. ij. §. de officio de-  
 legati. & Alexand. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto, quicquid dicat Barba. hîc. Secundò li-  
 mita, quando quis recederet ex causa, clement. pastoralis. de re iudicata. Anton. de Butr. & Felin. hîc. &  
 est textus in l. contumacia. §. pœnam. ff. de re iudic. & hoc casu non tenetur neque relinquere procurato-  
 rem. l. quæsitum. vbi Iacob. de Puteo hoc not. ff. de re iudicata. quod est mirum. & facit textus in l. ij. §. j.  
 ff. si quis cautio. Tertio limita secundum Barba. hîc. & Andr. de Poma, quando citatio esset inualida,  
 secundum Baldum in l. nam ita diuus. in fin. ff. de adopt. Contrarium tenent Moderniores hîc: quia licet  
 citatio sit inualida, tamen ex quo pars comparuit, censetur approbasse, vt est glo. in l. j. in verbo, senten-  
 tia & ibi scribentes. ff. de feriis. quam communiter probari tradit Alexan. in consi. cxxij. viso processu.  
 in secundo volum. ergo discedendo postea debet esse contumax. Potes respondere, quod citatio inua-  
 lida censetur tacite approbata non per solam comparitionem, sed etiam per perseuerantiam ipsius ci-  
 tati in iudicio: & in his terminis propriè loquitur glo. in dicta l. j. & probatur. quia ibi non solum aliquo  
 tempore steterat in iudicio, sed expectarat etiam ferri sententiam, alioquin ex sola comparitione non  
 potest validari citatio. Probatum etiam: quia nos videmus, quod citatio facta à iudice non habente iu-  
 risdictionem, est nulla: ex quo citatio est actus iurisdictionis. cap. quoniam contra. §. de probat. & visum  
 est supra: & tamen si quis in prædicto casu sit citatus. quia tenetur comparere ad allegadum exemptio-  
 nem suam, vt est gloss. in dicta l. j. in verbo, nullius momenti. ff. de fer. & l. si quis ex aliena. ff. de iudiciis.  
 & traditur per Baldum in cap. ex duobus. in fin. §. de appel. & tamen non est dicendum, quod citatio va-  
 lidetur: imò ex quo quis regulariter tenetur semper comparere, hoc dato, omnis citatio regulariter va-  
 lidaretur. Secundò facit, quia iste tacitus consensus per quem censetur approbata citatio, non statim  
 inducitur, sed adiuuante ipso temporis cursu. argum. tex. in l. fina. in §. sed quia veremur. & ibi gl. in ver-  
 bo, sancimus. C. de iuram. propt. calum. iuncto text. in cap. j. eodem tit. lib. vj. Tertio in contrarium facit  
 iste tex. quod non dicitur venisse, qui non permanit, & gloss. cum iuribus ibi allegatis in dicta l. contu-  
 macia. §. pœnam. ff. de re iudic. vnde si iste non permanit, non censetur neque venisse, & consequenter  
 non approbasse citationem nullam. & ex his potest communis opin. defendi. Prædictam conclusio-  
 nem limita quartò, vt procedat, quando quis recedit illicentiatus non expedito articulo ad quem cita-  
 tus est: nam eo expedito etiam quod alius supersit, potest recedere. ita domi. Anton. de Butr. hîc in fin. &  
 dominus Abb. in cap. prout. in primo notab. §. de dolo & contumac. & in cap. fina. de dilat. Quintò li-  
 mita, quando relinquit procuratorem. Bald. in l. j. §. vsus. ff. de procurat. & est tex. in cap. constitutis. §. de  
 procurat. Sextò intellige supradictam regulam procedere quando actor accusauit contumaciam. l.  
 properandum. §. j. C. de iudic. & ita intelligit Andr. de Poma. hîc, & sequuntur Moderniores. Contra  
 istam limitationem facit tex. iste, vbi non fit mentio aliqua de accusatione contumaciæ, quæ est facti &  
 non præsumenda. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis. Moderniores hîc dixerunt per hunc tex. quod ista ac-  
 cusatio non est necessaria de iure canonico per hunc tex. & facit in argumentum text. in cap. constitu-  
 tis. ibi ex hoc reputans contumacem. §. de procur. sed tamen non videtur constituenda differentia inter  
 ius ciuile & canonicum. c. j. de oper. no. nunt. Alexand. in l. à diuo Pio. ff. de re iudi. Secundò respondent  
 Moder.

Modern. quod prædicta regula non procedit in accusatione, vt est noster casus, sed in ciuilibus tantum:  
 sed & hoc est falsum, & contrarium tenet Bar. in l. inter accusatorem. ff. de publ. iud. & ibi etiam Ioã. de  
 Imo. sed tu aliter responde, & est vna declaratio ad hanc limitationem, quod aut iudex vult procedere  
 aut diffinitiuam, vel aliter ad vtilitatem partis putà ad missionem in possessionem, & tunc pars debet  
 13 accusare contumaciam, ex quo iudex \* non supplet ex officio ad vtilitatem priuatam nisi petitus. l. iij.  
 §. hoc autem iudiciu. ff. de dam. infe. aut iudex vult procedere non respectu partis, sed respectu sui: quia  
 contumax videtur eum contemnere. l. j. ff. si quis ius dic. non obtemp. & tunc etiam si pars non accuset,  
 tamen poterit excōmunicare vel mulctare: quia iudex potest propria auctoritate procedere in his quæ  
 concernunt auctoritatem suam, vel honorem iudicis: vt tradit Inn. in c. j. de off. vica. & per Mod. in l. vbi  
 pactum. C. de transact. & ita intelligendus est iste tex. Ex isto no. videtur posse inferri contra d. Abb. hîc  
 14 dum tenet, quod maior est contumacia \* in non comparendo, quàm sit in non parendo. per gl. in l. credi-  
 tor. §. iussus. ff. de app. cum si. nam videtur: quod imo sit par contumacia. nam ille, qui comparuit, non est  
 amplius contumax in non comparendo: vnde si discedit solum est contumax in non parendo: quia iu-  
 dex debet vt permaneat: & tamen vterque pari pœna punitur. tex. est hîc. Secundò pro ista opi. adduco  
 doctrinam Abb. in c. qua fronte. §. de appel. Fel. in c. cum contingat. §. de off. dele. vbi quotiescunque agi-  
 tur de interesse partis ad hoc vt excommunicatus absoluat, præstanda est cautio cum fideiussore, si  
 verò non agitur de interesse partis, sufficit cautio iuratoria non adhibita distinctione, nunquid quis sit  
 contumax in parendo, vel in non parendo. Tertio & fortius pro hac opi. adduco, quia ratio gl. & docto-  
 rum tenentium hanc opi. non est bona, dicunt ipsi contumax in non comparendo est cōtumax in duo-  
 bus, scilicet, quia non venit, & non paruit: sed contumax in non parendo, est contumax nisi in vno. ista  
 ratio non est bona: quia etiam in primo casu est contumacia nisi in vno, scilicet in non parendo, quia  
 parere est quid generale & continet omnes species: & quamuis quis sit contumax in duabus illis specie-  
 bus non dicitur tamen contumax nisi in vno. facit tex. in l. Celsus. §. si. ff. de arb. & tex. in l. hic scriptura.  
 cum ibi no. ff. de cond. & demonst. fortius vrget tex. in c. cum dilecti. circa medium. §. de do. & contu. vbi  
 est tex. quod in citatione, seu præcepto de comparēdo si dies adsit, respectu diei sunt duo præcepta. aliàs  
 non. vnde euidenter apparet, quod illud non comparere & non parere non faciunt duo præcepta, sed  
 vnum tantum. & ille tex. mihi videtur vrgeri. Item facit quia istud parere solum venit in consequentiã,  
 vt etiam fatetur Io. de Imo. in d. §. iussus. sed ea quæ veniunt in consequentiã non faciunt alteram spe-  
 ciem. l. pediculis. §. si. ff. de aur. & arg. leg. Item facit, quia cum aliquid extrinsecū additur præcepto, tunc  
 bene dicuntur duo præcepta, aliàs non, nisi vnum: vt est in nostro casu. & hanc regulam sic intellectum  
 firmat per multa Bal. in d. l. Celsus. §. si. ff. de arbit. Quarto pro ista conclusione facit tex. in c. certum. xj.  
 q. iij. vbi text. æquiparat contumaciam in non comparendo, & contumaciam in non parendo: & vtran-  
 que pari pœna: nimirum excommunicatione, puniendam asserit: vnde non videtur discedēdum à text.  
 vbi nihil est, quod vrgeat in contrarium. & hæc opi. videtur procedere nisi quis sit cōtumax in tota cau-  
 sa, vel in fine missio peremptorio: quia tunc non veniendo grauius delinquit, & videtur velle acquiesce-  
 re omnimodo sententiæ, & ideo talis non appellat. l. & post. §. si. ff. de iudi. & l. properadum. §. cum autem.  
 C. de iudic. l. ab eo. C. quo. & quan. iud. Ex dictis etiam per Abb. hîc in quantum cōcludit quod omnis  
 contumacia in non veniendo etiam in re leui est peccatum mortale, secus in non parendo, adde quod  
 etiam tenendo hoc quod tamen vt supra dixi non est verum, videtur debere limitari, nisi talis cōtuma-  
 15 cia in non parendo in re leui esset in faciem, puta quia iudex in faciem iussisset. ita est glo. in c. ij. de con-  
 fess. lib. vj. quæ ita intelligenda est, & puto fuisse de mente Mod. hîc. & idem tenet d. Iac. de Pu. in l. contu-  
 macia. §. pœnam. ff. de re iud. & hoc modo potest intelligi quod no. Bal. in c. j. de mil. vafal. qui est contu-  
 Secundò limita, quando quis est contumax in non parendo respectu interesse alterius gl. in c. qua frôte.  
 de app. Tertio quando non solum non pareret, sed contemneret etiam, quia solus contemptus est pecca-  
 tum mortale. glo. in c. quis autem. x. dist. Abb. in c. j. §. de const. gl. in c. vnum orarium. §. criminis. xxv. dif.  
 facit quod no. Bal. in c. j. §. de pac. & ad supradicta adde, quod etiam non obediens iudici seculari, est ex-  
 communicandus, quia mortaliter peccat. ita est tex. vbi Abb. not. in c. ij. in fi. §. de maio. & obed. quia qui  
 non obediuerit principi suo, morte morietur. Ab. d. c. ij. per illū tex. Bart. l. si quis pro eo. ver. tertio dixit.  
 ff. de fideiussor. quicquid ibi dicat Pau. Cast. dicas, quod illud est magis de consilio, quàm de præcepto.  
 & vide Abb. & scrib. in cap. ij. §. de appel. Alia conclusio colligitur ex dictis do. Abb. quod magis delin-  
 quit non obediens in re leui, quàm non obediens in re graui. contrarium tenent Moder. per tex. in cap.  
 nemo. xj. quæst. iij. qui loquitur indistincte. Secundò per glossam magnam, in verbo, hoc iudicium. in l.  
 vnica. §. fin. ff. si quis ius dic. non obtemp. Tertio, quia quis magis inclinatur ad comparendum pro re  
 leui, quam pro re graui. argum. cap. vbi periculum. de elect. libr. vj. Ego puto distinguendum, nam regu-  
 16 la est, quod leuitas, \* vel magnitudo rei non inducunt diuersitatem iuris. cap. ex tua. & ibi gloss. §. de si-  
 mo. Considerandus itaque est animus. argum. cap. fi. xiiij. quæst. vj. In dubio pro re leui non est verisimi-  
 lis præsumptio peccati. tex. est in cap. & si quæstiones. §. de simo. per quem tex. teneo contra Abba. in du-  
 bio. & ita tenet Archidia. xj. quæst. iij. episcopi. nec gloss. in dicto cap. duo. xcvi. distinct. allegata per Ab-  
 barem probatur aliquo iure, licet pro eo videatur facere, quia grauius delinquit fur parua rei quam fur  
 magna. dict. cap. fi. xiiij. quæst. vj. Moder. in §. ex maleficiis. instit. de act. sed illa decisio est dubia. & com-  
 muniter concluditur, vt dixi, quod considerandus est animus. In gloss. secunda, in fi. tenet gloss. quod  
 Totius §. D d d iij tota

tota synodus † non potest recusari. & in hoc ista gloss. communiter reprobatur per capit. licet. infra ti- 17  
tulo primo. per clementinam pastoralis. §. nos circa. versiculo. Pisana. de re iudicata. cum similibus. in  
dubio tamen præsumitur contra eum, qui dicit suspectum, vt per Baldum in l. hoc modo legato. ff. de  
conditionibus & demonstrationibus. facit quia iudices omnes vnus ciuitatis possunt recusari. Alberi-  
cus de Rosa. in secunda parte statutorum in quaestione centesima prima. Iason in l. apertissimi. C. de iu-  
dic. licet Albericus ibi indistinctè teneat istam gloss. Ex dictis Abba. hic faciamus aliquot conclusio-  
nes. Prima est, quòd quando præfetti concilij, seu capita sunt suspecti, tota synodus potest recusari. ter-  
tia quaestione quinta. quia suspecti. & cum Abb. transeunt omnes. Adde quòd hoc casu videtur, quòd  
debeat citatus allegare causam, qualiter assistentes concilio sunt tibi inimici. vnde si concilium quo ad  
illam causam remoueat tales assistentes, & in eorum locum subroget alios, non videtur quòd reus pos-  
sit amplius recusare. & hoc probatur: nam tales assistentes præponuntur ab ipsa synodo: vnde etiam  
possunt reuocari. cap. primo. de maiori & obedientia. tradit Ioannes Andreas & Baldus in secunda  
lectura hic. & gloss. in l. prima. C. de manumiss. vindict. si ergo exeant de concilio quando tractatur de  
sua causa, satis est. pro quo facit quòd notat Abbas & Modern. in cap. causam. el secundo. supra de offi-  
cio delegati. vbi in collegio doctorum si aliquis scholaris doctorandus habeat aliquos doctores suspe-  
ctos, potest petere vt remoueantur, & exeant de collegio. facit quòd notat Alexand. in consilio xl. in se-  
cundo volumine. & Ias. in dicta l. apertissimi. Secunda conclusio est ex dictis Abb. quòd quamuis qui-  
dam in concilio suspecti sint, si tamen sint maiori numero quàm alij non suspecti, non poterit conci-  
lium recusari, sed solum illi suspecti. Adde quòd in hoc videtur aduertendum, quòd non est satis, quòd  
reculentur quo ad ferendam sententiam, sed etiam debent excludi, ne cognoscant causam: quia li-  
cet pauciores possent alios in suam sententiam trahere. pro quo facit quòd dicitur de tractatu arbitro-  
rum. argumento l. si in tres. ff. de arbitris. & propterea videtur indistinctè concludendum, quòd si epi-  
scopi sunt suspecti, licet præfident concilio non tamen tota synodus potest recusari: quia verisimile est,  
quòd illi episcopi trahent præfidentem de facili in suam sententiam quicquid dicat dominus Abb. hic.

Tertia † conclusio illata ex suprascriptis per Abbatem est, quòd si assessor est suspectus etiam ordina- 18  
rius imperitus est suspectus; quia verisimile est, quòd iudicabit prout assessor consulit: secus si sit peri-  
tus, & ita tenent etiam Modern. in secunda lectura. adde, quòd non videtur facienda ista differentia,  
imò etiam si ordinarius sit peritus, debet posse dici suspectus: nam domesticus & amicus inimici potest  
recusari. Bartolus in l. sciendum. §. primo. per illum textum. ff. de legatis & fideicommissis primo. l. ter-  
tia. §. si tutor. ff. de suspect. tutor. Iason in dicta l. apertissimi. & traditur in cap. cum oporteat. & in cap. re-  
pellantur. de accusationibus. sed assessor dicitur domesticus & amicus ordinarij. l. prima. C. si rector  
prouinciar: ergo &c. & istud puto verum, quando ipse assessor esset principalis inimicus: si verò esset a-  
micus inimici mei licet ipse possit recusari vt suspectus: non tamen puto, quòd possit etiam ordinarius:  
& hoc casu fortasse habet locum opinio d. Abb. & vide quæ dicam in sequen. conclusione. Quar-  
ta conclusio extra Abb. est si vicarius est suspectus, etiam ordinarius poterit allegari suspectus, arguen-  
do de assessore ad vicarium, & hoc tenent Innocen. Salicet. & Decius, sed tamen in hoc credo contra-  
rium ex ratione Abb. hic: nam ex quo ordinarius non iudicat secundum consilium vicarij, non debet  
dici suspectus, & pro hoc facit textus in cap. si contra vnum. de officio & potestate iudicis delega. libro  
sexto. vbi si officialis, id est, delegatus vel vicarius episcopi recusatur vt suspectus, adiri debet eius epi-  
scopus, qui de causa suspicionis cognoscat. Pro quo facit, quia iudex delegans cognoscit in causa appel-  
lationis à sententia delegati. l. j. §. ff. quis & à quo, ergo & in causa recusationis, quæ paribus iuris regu-  
lis inuitur. cap. super eo. el secundo. j. de appellatio. Nec obstat vna ratio, quam in alio proposito addu-  
cunt Modern. hic & Ias. in dicta l. apertissimi. dum dicunt, quòd ex quo est vnum tribunal, videtur esse  
suspectus etiam ordinarius. nam ista ratio vnus tribunalis non consideratur respectu ordinarij vt ipse  
recusetur, sed solum respectu vicarij. Aduerte tamen, quia imò videtur considerari etiam respectu ordi-  
narij: vt patet ex nota, per Bartolum in dicta l. j. §. ff. quis & à quo. vbi concludit, quòd si sit idem tribu-  
nal: non appellatur ad delegantem, & sic de vicario ad episcopum aliàs sic: ergo idem in recusatione.  
nec obstat textus in dicto cap. si contra vnum. quia loquitur in delegato, qui non vtitur eodem tribuna-  
li, vt ibi patet: puto considerandum, nunquid iste sit amicus ordinarij & valde inimicus partis, & tunc  
idem quòd in assessore: quia poterit vterque recusari: aut vicarius est solum suspectus, & finaliter plus  
placet secunda opinio, quòd etiam poterit recusari, si vtitur eodem tribunali, & sit datus ab episco-  
po non autem à lege Bald. in dicta lege vnica. C. si quacunq; præditus. in secunda lectura. aliàs  
non per supra dicta. Dicit præterea ibidem Baldus quòd quando ordinarius committit aliquem defe-  
ctum eundem esse ad eius vicarium; & è contrario, Quòd si (inquit) vterque reperitur in culpa, cer-  
tè eo casu eundem est ad aliud tribunal. Nam periculosum est coram iudice suspecto litigare: & opi-  
nionem Baldi de vtroque suspecto recusando probat Barbarias in additionibus ad eum per capitu-  
lum statutum. §. assessorum, de rescriptis, in sexto. Quinta conclusio pro expeditione huius mate-  
riæ sit, si ordinarius est suspectus, vicarius delegatus & assessor pariformiter poterunt recusari. ita pro-  
batur in cap. insinuante. supra de officio & potestate iudicis delegati. & sequitur Ioannes de Imo. ibi,  
& Bald. vbi notat, quòd familiaritas, quæ est cum domo, reddit suspectum seruum. & hanc opinionem  
sequitur Salic. in l. vnica. C. si quacunq; præditus potest. & Ias. in d. l. apertissimi. & hoc verum in offi-  
ciali seu

ciali seu vicario, qui sit electus ab ipso ordinario, secus si sit vicarius datus à lege, quia illi habent ordi-  
nariam, & ex suspitione vnus non inferitur ad alium: & ita intelligendus est tex. in d. l. vnica. C. si qua-  
cunq; prædi. pot. per quem Bal. ibi tenuit contra prædictam conclusionem. sed Sal. saluat vt ibi. adde  
quòd pro opin. Bal. facit quòd not. ibi Barto. in aliquibus lectionibus, dum dicit, quòd episcopus Senarum,  
quia erat inimicus cuidam familiaris, omnes eorum causas delegabat, ne reiceretur tanquam suspectus.  
ad idem quòd no. Ias. in d. l. apertissimi. facit etiam quòd no. Bald. in d. l. vnica. in ij. lectu. vbi concludit  
quòd suspicio non afficit personas, sed iurisdictionem. vnde si loquimur in vicario ex quo etiam ipse  
est datus à lege, & habet ordinariam, talis non debet esse suspectus: delegatus verò sic, quia vtitur iuris-  
dictione mandantis: & nihil habet proprium. l. j. §. ff. de offic. eius cui. & hoc modo potest responderi  
ad d. capitulum, insinuante. vel dic quòd ibi ille non solum erat familiaris episcopo, sed etiam ipsi offi-  
ciali: vnde vterque repellitur, ex quo in vtroque erat eadem ratio. facit text. ibi & ipse familiaris eorū  
& cetera. Sed quicquid sit, non puto discedendum ab opinione prima, quæ videtur communis per su-  
19 prædicta. In quantum d. Abb. hic in vlti. solu. concludit, quòd in criminalibus \* in citatorio debet mitti  
copia criminum. v. q. ij. c. fin. adde quòd istud procedit solum quando reus est absens aliàs si sit præsens  
satis est citare simpliciter, nec est opus mittere tenorem accusationis. c. licet. vbi Abb. & alij. j. de accus.  
Bart. & Imo. in l. inter accusatorem. ff. de pub. iudic. Et in quantum Abb. refidet hic cum duabus solutio-  
nibus, adde quòd moderniores hic aliter solunt, quòd ista interrogatio fuit necessaria non respectu  
concilij sed respectu partis, quia iste Quouult deus, non poterit opponere aliquas exceptiones contra  
accusatorem, & dicere quòd non habeat legitimam personam vel repellere aliis modis, quibus repel-  
luntur accusatores vt quia inimici. c. repellantur. de accusa. vel serui. l. j. ff. de quæst. & hoc est quòd tex.  
dicit. cum eo experiri &c. & hoc placet. aliter soluit Dec. in ij. lectu. vt hic per eum. In glo. in verbo, non  
placere. declara istam glo. vt per do. Abb. hic & in quantum gloss. allegat c. laici. j. de iur. patr. adde quòd  
not. Alex. in cons. cxxij. incip. discussis. in j. volu. vbi per illum tex. firmat hanc regulam, quòd vbi quis  
facit actum nullum, potest propria auctoritate contrauenire. vnde sustinendo gl. hic, quam alij omnes  
reprobant, potes dicere, quòd gl. voluit dicere, quòd in casu d. l. si conuenerit. actus erat nullus, vnde po-  
20 tuit poenitere: hic † verò non. & quòd actus ibi esset nullus, firmat Bar. in l. qui ea mente. in ij. oppo. ff. de  
furt. vbi propriè dicit quòd illa lex loquitur de facto inualido. declarando igitur gl. dicas, quòd ibi pa-  
ctum erat inualidum, id est, inefficax, quia lex reputauit absurdū ex simplici pacto iurisdictionem, quæ  
est publici iuris tribui. l. priuatorum. C. de iurisd. om. iud. & hanc rationem assignauit Ange. ibi, & licet  
d. Ias. ibi, & mod. hic reprobent. vt tollas eorum rationem, dic quòd non procedit in prorogatione: quia  
in prorogatione vltra conuentionem requiritur aliquis actus factus coram iudice, vt concludit Bart.  
ibi, & j. dicemus post Abb. vnde non est absurdum, si efficacius operetur cōuentio iuncta aliquo facto,  
quàm si constiterit in solis terminis consensus, arg. l. j. §. ff. de pollic. & hoc, ne contemnatur auctoritas  
iudicis. quæ si deseratur, videtur contemni. l. si quis ex aliena. ff. eo. tit. nam & fauore iudicij multum de  
publico rigore remittitur. l. cum ostendimus. ff. de fideiuf. tur. l. Publica. & quòd ibi Pau. de Cast. ff. de po-  
modo in proposito ibi pactum erat inefficax. vnde non est præiudiciale alicui: hic sic. & hoc modo po-  
test glo. sustineri. & quòd pactum non sit efficax facit quòd no. Io. And. in additio. Spec. in §. j. versi. quid  
si promittit. de foro comp. quia (vt ipse dicit) lex reputauit iniquum per solam conuentionem derogari  
iurisdictioni iudicis ordinarij. & istæ rationes ad d. l. si cōuenerit. sunt persuasivæ. nā nulla concludens  
potest dari. vt patet ibi, ex no. per mod. & in effectu ista solutio si sit sustentata, videtur tendere cū com-  
muni, videlicet, quòd iste text. loquitur de non declinando iudice, qui est suus. d. l. si cōuenerit. loquitur  
de prorogando iurisdictionem alterius. & rationem differentiar adducit Ab. hic quatuor fundamentis.  
Primum est, quia cum ab alio iudice discedatur prorogatio est odiosa. Sed ad hoc respōdet d. M. quòd  
imò est fauorabilis: vt est tex. in l. iij. & ibi Bal. in iij. not. ff. de offi. præsi. sed responde, q̄ ille tex. loquitur  
in iurisdictione ordinaria data à lege, nos verò in prorogata data à parte. & q̄ ea sit odiosa, est glo. in c.  
P. & G. de off. deleg. & in c. j. & in c. dispendia. de rescr. lib. vj. facit quòd no. Barb. in rub. de reb. eccl. nō  
alie. in ij. dub. Fel. in c. quæ in ecclesiarum. de const. allegat consilium Feder. de Senis. ix. seu x. pro opin.  
mod. tamen facit, quia videtur quòd iurisdictione prorogata sit eadem cum prima. & hanc opi. tenuit gl.  
in d. c. P. & G. & Cin. quem refert Bal. hic, dū dicit quòd terminus prorogatus est idem essentialiter cum  
prorogate. vnde si est ordinaria, ergo fauorabilis. sed responde, q̄ licet sit eadē per fictionem vt conclu-  
dit hic Bal. tamen illa adiecta est odiosa, quia præiudicat ordinariè, vt hic per Abb. & licet nō præiudi-  
cet aliquando in potestate vt per Are. in c. ad petitionē. j. de accu. tamen præiudicat in exercitio. Secun-  
dum fund. d. Abb. est, q̄ ex quo in d. l. si conuenerit. agitur de danda noua iurisdictione, hic verò de con-  
seruanda ea, quæ data est, sed solum agitur de remouenda quædam qualitate debet facilius cōcedi, & fa-  
cit regula. l. patre. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. Item quòd no. Bal. in c. clericus. per illū tex. j. de vi. &  
hon. cle. vbi quis cogitur ad rem inchoatam continuandam, sed non ad nouam inchoandā. Sed ad hoc  
fundamentum respōdet M. q̄ imò non debet esse differentia, ex quo illud de nouo dare est in facultate  
partium, & possunt illud facere etiam nesciente iudice. l. ij. §. consentire. ff. de iud. Sed responde, q̄ licet  
æquè facilis sit actus, non tamen est æquè fauorabilis, vt s. probatum est. moderniores hic aliter respon-  
dent sed non perceperunt fundamentum. Tertio mouetur Abbas quia quando agitur de iurisdictione  
noua declinanda, approbatio semel facta perfectè tenet, & ideo quòd semel placuit, displicere amplius  
D d d v non po



non potest. c. quod semel. de reg. iu. lib. vj. Sed quando agitur de iurisdictione prorogata, ille consensus non facit perfectum actum, in eo requiritur consensus iudicis, unde potest discedi, & ista proprie est ratio huius gloss. hic. d. M. impugnat, quia falsum est quod requiratur consensus in prorogatione. d. l. ij. §. consentire. ergo non debet esse differentia. responde, quod est verum, quod non debet requiri talis consensus, sed tamen requiritur aliquis actus factus coram iudice, vt per Bart. in d. l. si conuenerit. qui actus arguit saltem tacitam voluntatem ipsius iudicis, & de hac puto intellexisse Abbatem: alias non posset saluari. Moder. aliter soluunt considerando quod iudex potest renuntiare, sed hoc est nihil. Quarto al legat Abb. hanc rationem, quia tractatur de modico preiudicio. declara hoc modo, in iurisdictione proroganda tractatur de modico preiudicio: quia ex quo conuentio ante, quam aliquis actus fiat, non est efficax per rationem, quam superius dixi, ideo licita est poenitentia: secus quando agitur de remouendo declinatoriam, quia conuentio valet. & hoc modo intelligendo fundamentum Decij, hic nihil facit. & ex his patet, quod iste primus intellectus, qui communiter tenetur, est verus & merito approbatur communiter. Secunda principalis solutio traditur per Host. quem refert Io. And. & d. Abb. fatendo contrarium, quod in nostro tex. iste de quo mulctatus potuisset poenitere. d. l. si conuenerit. sed in nostro tex. excommunicatur. quia recessit illicentiat. c. certum. ij. q. ij. Abb. impugnat per text. in l. non videtur. ff. de iudi. Dec. respondet, quod dictum Ab. procederet, quando clarum esset, quod potuisset poenitere, & allegaret rationem alioquin in dubio esset excommunicandus. sed ista responsio non est bona, quia non videtur dari probabile dubium: nam cum presupposita hac solutione clarum sit, quod possit poenitere. d. l. si conuenerit, ex quo est articulus iuris est notorius. l. leges sacratissimæ. C. de legib. & ideo non videtur, quod sit excommunicandus, qui notorie non delinquit, & qui apertissimum habet ius pro se. Notoria enim iuris non debent allegari, licet notoria facti non permanentis sic, vt traditur per Alexan. in l. ij. C. de eden. cum similibus. & ideo non est discedendum a sententia Abb. quam etiam ipsimet mod. tenent. & pro ea argumentantur duobus modis vt hic per eos. Tertia solutio principalis refertur per Abb. & est d. Ant. quod iste tex. debet intelligi generaliter. & sic tam de pacto de non declinanda iurisdictione, quod est clarum, quam de pacto de prorogando. & hoc modo intelligendo, responderetur ad contrarium, quod in d. l. si conuenerit text. loquitur de conuentione, quæ non est facta in presentia iudicis. iste verò tex. loquitur, quando conuentio est facta in presentia iudicis. d. Abba. hic dicit, quod etiam quod dictum do. Ant. sit in se verum, tamen non conueniri huic text. quia hic non potuit esse prorogatio ex quo ea fieri non potest sine consensu proprii iudicis, de quo nullum verbum hic in tex. nec debet presumi. Deci. sustinet intellectum d. Ant. per regulam, quod quando apud legislatorem dubitatur de aliquo casu, omnia presumuntur interuenisse præter illud de quo dubitatur. l. qui in testamento. ff. de testa. adde, quod pro ista regula facit alia regula, quod qui vult antecedens, intelligitur velle omne necessarium consequens. l. ad rem. ff. de procu. l. illud. ff. de acqui. hæ. item facit quia dubitationes iurisperitorum ita debent intelligi, ne absurdæ sint. l. conuenticula. vbi not. C. de episcop. & clericis. sed absurdum esset, quod tex. decideret aliquid ex certa ratione valere quod ex alia corrueret. nã frustra operaretur. l. j. ff. vt in poss. leg. non eat. item facit quia appellatione \* rei quantuncunque generali semper intelligitur de habilitate. l. pe. vbi Iaf. C. qui adm. l. j. C. de sacros. eccl. mod. in rub. j. de probat. vbi multa allegant. Item facit quod not. Bart. & alios in l. sciendum. ff. de verb. oblig. in ij. oppo. vbi ea quæ requiruntur ad validitatem nominis actus possunt, posito nomine, presumi, alias non. ratio est, quia alias actus ille illud nomen haberet: vnde in nostro casu si non præsumerentur cætera necessaria pariformiter nulla esset & fatua decisio. Et ex his rationibus confirmatur ista regula mod. quam alij dixerant non probari aliquo iure. data igitur regula pro vera, videndum est, nunquid ista solutio satisfaciat: & puto, quod non, quia bene fateor quod si tex. diceret prorogatum esse iurisdictionem, deberet intelligi prorogatum, prout de iure debuit, & sic cum consensu superioris ordinarij: sed cum in tex. nullum sit verbum de prorogatione, non videtur fienda ista subauditio. quare secundo modo respondet Decius quod hic facta est prorogatio per contractum, quæ bene fieri potuit absque consensu ordinarij. c. dilecti. infra tit. j. sed grauiterrat. quia quod dicitur de contractu, non intelligitur de contractu ipso de prorogando, vt est noster casus, quia tunc non potest. d. c. significasti: sed de alio contractu ex quo quis fortiat forum in consequentiam ratione contractus. Posset vltra mod. fortasse dici, quod licet clericus non possit prorogare iurisdictionem sine consensu episcopi. d. c. significasti. tamen episcopus poterit sine consensu archiepiscopi. nec obstat. ille tex. quia maiorem iurisdictionem habet episcopus in clericos, quam archiepiscopus in episcopos, vnde nec eos iudicat nisi paruis delictis. facit quod not. Ioan. And. in c. vt litigantes. de offic. ord. lib. vj. & Specul. in titu. de maiortate & obedi. ver. archiepiscopus. & confirmatur ista opi. contra Abb. hic, & in d. c. significasti. & Host. in c. ad reprimendam. §. de offic. ordi. rationes d. c. significasti. non habent locum in episcopo. ergo nec dispositio per l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pat. Prima ratio est, quia clericus non potest iurare sine consensu episcopi. c. j. infra de iuram. calum. ergo nec litigare, quia in iudicio requiritur iuramentum calumniæ. nam ista ratio non habet locum in episcopo, qui non petit licentiam iurandi ab archiepiscopo, sed per ipsum potest iurare. capi. fina. infra de iuramento calumniæ. secundam rationem assignat glossa & Abbas quia clericus non potest ab alio episcopo ordinem recipere: ergo nec iudicium. c. nullus. nona quæst. secunda. sed ista ratio non est bona, quia consequentia est falsa: quia ab archidiacono quis non ordinatur, & tamen iudicatur.

xxv. dist. perlectis. glo. in d. c. nullas primas. item data ista ratione pro vera, sequeretur quod episcopis deberet non solum petere licentiam ab archiepiscopo, sed etiam a suffraganeis ex quo solus archiepiscopus non ordinat, sed & cæteri suffraganei. c. si archiepiscopus. §. de temp. ordi. tertia ratio in clerico est, quia clericus non potest ab alio quam a suo prelato petere iudicium animæ. c. nec placuit. de poeni. distinc. vj. ergo nec iudicium ciuile. sed dic, quod ista ratio concluderet, si solus episcopus confiteretur sacerdotem & absolueret, sed quilibet sacerdos sacerdotem audit: vt not. per scrib. in c. omnis. §. de poeni. & remis. vnde non valet arg. Item dato, quod in clerico valeat, dico quod in episcopo non procedit: quia ille potest eligere in confessorem quemcunque voluerit. c. fina. §. de poeni. & remis. vbi text. clarus. cum ergo nulla ratio d. c. significasti. habeat locum in episcopo, certè sequitur, quod nec dispositio. & ex his concludo contra d. Abb. defendendo opin. d. Ant. de But. quæ etiam sine diuinatione potest optime exemplificari in isto tex. Quarta solutio extra Abb. datur per mod. & refert Iaf. in d. l. si conuenerit. quod iste text. procedit de iure cano. contrariū verò de iure ciuili. Ratio differentia est, quia secundum canones omne promissum efficacius debetur, quam secundum legem ciuilem. vnde ex pacto nudo oritur actio. c. j. de pact. secus secundum l. §. sed cum nulla. in l. iuris gent. ff. eod. tit. Item de iure cano. non est licita poenitentia in contractibus innominatis correspectiuus, vt per Bal. in rub. C. de rer. perm. secus de iure ciuili. l. si pecuniam. ff. de cond. cau. da. Sed aduertendum est, quod ex quo de iure canonico difficilius fit prorogatio, quam de iure ciuili. capi. significasti. §. titu. j. videretur potius dicendum totum contrarium. Nec obstant rationes §. dictæ, quod efficacius fit pactum de iure canonico. & fortius dixerunt moder. quod nunquam admittitur de iure canonico poenitentia alicuius promissi: nã respondeo, quod prædicta ratio habet locum quo ad vigorem pacti vt oriatur actio: qui quidè vigor non consideratur in nostro casu: ex quo etiam quod conuentio sit facta per stipulationem, tamen habet locum dispositio d. l. si conuenerit. vt tenetur ibi cõmuniter. nec obstat, quod poenitentia promissi non admittatur, quia istud est falsum, quia in foro canonico in pacto correspectiuo non oritur actio. vnde licita est poenitentia, vt per Soc. in rub. ff. de verb. obl. Lud. Ro. & Iaf. in d. l. si pecuniam. qui etiam refert Bal. contrarium tenentem. vnde prædicta opin. Bal. in d. rub. C. de rer. per. non caret dubio. Item facit, quia de iure cano. licitum est poenitere de pollicitatione facta, vt per Abb. in c. qualiter. de pac. & in c. inter vniuersos. de elec. cum aliis concor. traditis per Iaf. in rub. ff. de verb. obl. Facit etiam, quia in materia prorogationis non est inducenda differentia inter ius ciuile & can. nisi in vno casu, vt per d. Ab. in d. c. significasti. sic nec in aliis casibus in dubio. c. primo de oper. no. nunt. cap. primo. de iuramen. calum. cum similibus. Sexta solutio datur firmando arg. quod non sit licita poenitentia, vt hoc tex. fallit, nisi de consensu vtriusque partis intelligendo text. in d. l. si conuenerit. quando vterque discedit a pacto, quod fieri potest. l. ab emptione. ff. de pact. & hunc intellectum tenuerunt quidam antiqui, quos refert Alber. de Rosa. ibi, & tradit hic Dec. & confirmatur iste intellectus ex verbis tex. nam in princ. ibi, si conuenerit, necessariò intelligitur inter vtrunque. deinde sequitur text. ibi, mutata voluntas fuerit. ergo debet intelligi etiam ab vtroque. tamen cap. vt pariformiter determinatur. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & l. eum qui. ff. de v. suc. tamen etiam quia præcedens intelligitur repetita in sequenti. l. doli verbum. in princip. vbi Bartolus. ff. de seruo corrupto. & istum intellectum approbat Decius hic. sed in contrarium fortiter vrget textus ipse, in verbo, vt priusquam adiretur, qui presupponit, quod vbi aditus erit prætor, non erit licita poenitentia. Certè si textus intelligeretur, quando vterque poeniteret, istud est falsum: quia possunt a lite discedere quando volunt. l. postquam liti. C. de pactis. & moderniores ad hanc rationem nesciuerunt respondere. cogitavi si posset teneri ista conclusio, quod partes non possint renuntiare inuito iudice. & pro hac conclusione facit quia nec actor potest renuntiare liti inuito reo, si rei interfit, vt tenet glossa & Baldus in l. vtique. ff. de rei vendicatione. vnde in nostro casu cum iudicis interfit quia grauis ei iniuria inferitur, & videtur contemni eius auctoritas: vt est textus in l. sed si seruum. §. finali. & l. sequenti. ff. de arbitris. ideo non debet posse renuntiare: facit quia post litem contestatam etiam vtraque parte consentiente non potest emendari libellus. Bald. in authentica, hodie. ad finem. C. de iuramento calumniæ. Nec obstat textus in l. postquam liti. C. de pactis. quia ille textus loquitur quando renuntiat causa in totum, ita quod nec sub vno nec sub alio iudice amplius litigaturi sunt, vt declarat ibi Bartolus: sed nos loquimur quando quis renuntiat iudici vt cognoscat sub alio: quo casu contemnitur eius auctoritas. & ita loquitur dicta lex, sed si seruum. §. finali. vnde puto, quod ille intellectus antiquorum ad dictam legem, si conuenerit. sit multum probabilis. Septima solutio data est, quæ placuit modernioribus quod textus in dicta l. si conuenerit. loquitur, quando prorogata est iurisdictione iudicis incerti, seu conuentum est de litigando sub iudice incerto: vnde licita est tali casu poenitentia: secus si sub certo, vt in nostro casu. sed ista solutio non placet, quia est contra verba textus, quia loquitur quando conuentum est: vt alius prætor quam cuius iurisdictione est, ius dicat: ergo siue certus siue incertus, dummodò non is sit cuius iurisdictione est: ille text. debet habere locum, & est maxima restrictio. Item in contrarium facit, quia ratio Doctorum habet locum tam in certo, quam in incerto. nam ideo licita est poenitentia ante quam adeatur. quia tali prætori ius non potuit acquiri absenti: ista ratio in vtroque casu militat. Item & tertio promissio ista aut erat omnino incerta, & tunc nihil valuit, quia talis promissio etiam in iudicio nihil valet. l. ita stipulatus. la gran. in primo responso. ff. de verborum obligationibus. l. de die. vbi glossa. ff. qui satisfidare cogantur. & sic

& sic fatuè dubitasset tex. qui præsupponit conuentione valere, sed licitam esse pœnitentiam: aut non erat penitus incerta, sed incerta de certis: & ad hoc vt valeat necesse est intelligere quod reus & actor non applicuerint animum suum ad certum iudicem sed solum ad genus, quia promissio incerta de certis, quæ respicit personas, non valet. l. duo sunt Titij. ff. de testamen. tute. l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de legat. secundo. vnde esset maxima cauillatio ad textum: quare nullo modo teneo istam solutionem. Octaua solutio data est per moderniores, qui tenent alium intellectum ad illa verba text. interrogatus, an cum eo vellet experiri, quod interrogatio fuit facta non respectu iudicis, sed respectu accusatoris, qui non poterat postea amplius repelli tanquam non legitima persona ad accusandum: igitur patet expressa differentia: quia hic loquitur de consensu in accusatorem, ibi in iudicem. ratio differentia patet tum quod ibi iudex erat absens, hic accusator præsens. Item iurisdictio quæ est publici iuris non potuit conferri declarando, vt s. dixi, hic secus. & sic est multum plana. igitur adhærendo communibus fac regulam, quod pactum de litigando coram alieno iudice non inducit prorogationem irreuocabilem. d. l. si conuenerit. & ita est communis opinio, vt hic per moder. & ampliatur ista conclusio, vt procedat non solum in prima instantia, sed etiam in alia: vnde si ego prorogauerim & finita sit prima instantia, deinde vellemus incipere aliam, certe possum pœnitere: ita tenet Ang. in d. l. si conuenerit. & ibidem Bald. & Angel. in l. cum quædam. eodem titu. & Aret. hic per tex. in l. hos accusare. §. hoc beneficio. ff. de accusat. qui tamen tex. non multum facit. In contrarium est communis opinio. vt ibi per Alexand. & Iason. pro qua facit tex. in l. si quis priore. in prin. ff. ad Turpil. glo. in clemen. sæpe. circa finem. in verbo, partibus. de verbo. signific. quæ iura pro, & contra allegata parum faciunt in proposito. difficultas dependet ab eo articulo an partes in dubio censeantur prorogare iurisditione respectu instantia, an verò respectu causæ. & Decius tenendo communem hic, dicit ceteri prorogatum respectu causæ per tex. in ca. penul. infra eod. vbi rescriptum impetratum in dubio intelligitur respectu causæ, non instantia, sed responde quod imò ibi sumus in claro. ex quo in tex. dicitur, quod decisio causæ tractabatur. Item quia præsupponitur expressè, quod commissæ esset causa in fine text. ibi secundum formam &c. pro communi etiam facit, quia cõcessiones in dubio intelligendæ sunt in actu perpetuo, vt est causa, non in temporalis, vt est instantia: istud probatur ex not. per Barto. in l. seruus. C. de pœnis. in l. si adulterium. §. si. ff. de adulte. R. imin. Ferr. in rub. ff. de iur. om. iud. tenet primam opinionem contra communem. pro qua facit quia omnis iurisdictio prorogata \* est odiosa. ex quo extraordinaria & derogans ordinariè. c. primo. vbi glo. & in c. dispendia. de rescript. lib. vj. ergo in dubio strictè interpretanda. cap. odia. de reg. iur. lib. vj. vnde in dubio intelligendum erit solum factam prorogationem respectu instantia non respectu totius litis. facit etiam quia ista prorogatio nō est aliud quàm renuntiatio iurisditionis exercendæ sub proprio iudice. capi. significasti. j. titu. j. l. ij. ff. de iudic. sed renuntiatio facta in dubio intelligitur respectu instantia, non autem respectu totius causæ. vt concludit Ioan. Maria. Riminaldus in l. postquam liti. C. de pact. quicquid teneat ibi Bartol. contra quem est communis opi. vt tenet d. Alexand. in confi. xij. in j. volumi. & hæc procedunt in expressa prorogatione. sed quid in tacita quia partes litigauerunt sub alieno iudice, nec opposuerunt declinatoria, & hæc omnia fecerunt scilicet, nunquid censetur prorogata iurisdictio respectu instantia tantum? Pau. de Cast. tenet quod sic: & Dec. hic: & ita transeunt omnes per gl. in d. clem. sæpe. in ver. partibus. & not. Bar. in l. si. C. ne fil. pro pat. quem Pau. de Cast. allegat. sed tamen non inuenio. Aduerte quia in contrariū fortiter vrget quod tenet Aret. vbi attestatur ita cõmuniter teneri in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. pos. vbi dicit quod per omissionem exceptionis declinatoria, & sic per tacitā remissionem non potest renuntari soli instantia, quin renuntietur toti liti, seu causæ: per not. Bar. in d. l. postquam liti. C. de pac. ergo quis discedendo à iurisditione sui ordinarij non potest discedere ratione solius instantia &c. facit quod not. Barto. in d. §. nihil cõmune. in j. combin. vbi concludit, qd si quis intentat petitoriu, deinde possessorium respectu eiusdem rei, videtur nō solum renuntiare instantia, sed etiā causæ. & ex hac ratione videtur corrumpere fundamentum Pau. qui tenet tacitā renuntiationem in dubio referri ad instantia, quod videtur falsum. quia imò refertur ad totā causam. Quid tenendum? teneo opi. Pau. de Cast. & cõmunem, quod censetur tantum prorogata iurisdictio respectu instantia. nec obst. not. per Aret. quia (vt ipsemet fatetur) articulus est dubius, & contraria pars erat æquior. sed nec doctrina Bar. ibi, de qua etiam in iij. lect. gl. caret dubitatione, & contrariū tenuerunt mod. vt ibi dixi. Item dato, qd vtrunq; dictum sit verū: tamen respondendum est, quod in nostro casu possibile est, qd partes agant de prorogando solum respectu primæ instantia vnde non trahitur ad causam, sed in contrariis renuntians nō poterat soli instantia renuntiare, quia actus quem gerebat, importabat etiā renuntiationem causæ. nam si ago vt i possidetis, præsuppono me possidere, quæ possessio expressè facit, ne agam rei vendic. quia aliàs contrarius essem. l. j. C. de fur. & dixi la riuus in d. §. nihil. fateor tamen, qd articulus iste redditur satis dubius. Limita tunc istam conclusionem aliquibus modis secundū diuersas solutiones s. traditas, & referunt hic mod. Itē limitatur ista cõclusio, vt procedat tantum, quando conuentio est facta per pactū nudū in absentia iudicis, secus si præsentis iudice, & acceptante, vt probatur in d. l. si conuenerit. arg. à cõtrario sensu, & p. alias rationes, de quibus hic per mod. contra istā limitationem tñ facit quod no. d. Ias. in d. l. si conuenerit. nā cū in prorogatione nō sit necessarius cõsensu iud. l. ij. §. conuenerit. ff. de iud. ergo si interueniat in his, debet operari per regulā. l. vni. in prin. C. de rei vx. act. tradit d. Ias. in l. vnum. ff. si cer. pe. Sed vltra mod. tu responde huic fundamento

mento, quod verum est quo ad essentiam prorogationis, quod nō requiritur consensus iudicis, sed quo ad illud ne possit reuocari per pœnitentiam, bene requiritur. Amplia itam conclusionem etiam iudex taceat: quia tacens in his quæ spectant ad utilitatem suam, habetur pro consentiente. l. qui patitur. ff. manda. facit quod not. Bald. in c. cum dilectus. §. de ord. cog. vbi dicit quod in iudicialibus tacens consentit, quia iudicium tacitæ confessionis est silentium. ita probatur in illo textu, & in l. prætor. §. hoc autem. in glo. parua. ff. de oper. no. nunt. Amplia etiam vt procedat quamuis non in tribunali, eo sedente consentierint. vnde si in itinere coram eo prorogauerit tamen habeant locum prædicta: quia etiā tunc dicitur in iudicio factus. l. voluit. §. fina. ff. de ind. actio. & secuti sunt moderniores, quicquid dixerit Felin. in ca. significasti. §. rit. primum. Item limita prædictam l. si conuenerit. vt procedat quando conuentio est facta pacto nudo tantum, secus si per stipulationem. ita tenet dom. Abb. & modern. hic. & ita est communis opinio & quia moder. hic respondent ad argum. tenentium cõtrarium: deinde ipsi firmant communem quibusdam rationibus, videamus, an probabiliter saltem concludant: & primò verificari videtur communis ponderando text. in verb. conuenerit, quod importat pactum nudum. l. lecta. vbi moder. ff. de pactis. vnde illa lex exorbitans loquens in pacto nudo non debet trahi ad stipulationem. Aduertendum primò est, quia imò ille text. loquitur etiam in stipulatione, quia verbum conuenerit, est generale, & compræhendit omnes contractus. l. j. ver. conuentionis. & in versic. sequen. & l. conuentionum. ff. de pactis. Vnde in dubio intelligitur etiam de stipulatione: & ita communiter tenetur quicquid dixerit Bartol. in d. l. lecta. & dato, quod opinio Bartoli esset vera, tamen est limitanda, nisi proferatur in lege à iurisperito: quia tunc indistinctè compræhendit stipulationem. vt tenet Iacob. Butr. & Ange. in l. j. C. de contra. hen. & commit. stipul. & probatur ista conclusio in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verb. obl. vbi Iurisconsultus referens stipulationem ab aliis factam, dicit conuenerit inter eos: ibi, conuenitque inter eos vti &c. & ratio differentia esse potest, quia quando istud verbum profertur à parte, in dubio intelligendum est in fauorem debitoris, & sic vt in minus quàm possibile sit teneatur. l. quicquid. ff. de verb. obl. l. veteribus. ff. de pact. quia verba contrahentium ita sunt intelligenda. sed quando istud verbum profertur à legiflatore, eius verba generaliter & in potentiori significato capienda sunt. l. j. ff. si ager vectig. facit quod nota. per Bartol. in l. i. pluribus. ff. de leg. ij. vbi concludit quod indistincta prolata à lege, indistinctè æquipollet vniuersali, secus si sit prolata ab homine, in proposito igitur cum tex. in d. l. si conuenerit. generaliter intelligatur, dicendum est, quod procedat etiam in stipulatione. facit quia in lege quantumuis exorbitanti & pœnali, tamen verba intelligenda sunt vt compræhendant quicquid venit ex proprietate vocabuli. l. lege Corn. vbi Aret. ff. de testa. not. in c. cui de non. §. de præb. lib. vj. d. Abb. & alij in c. Rodolphus. §. de rescr. & hoc modo sublatum remanet primum fundamentum. Secunda ratio mod. est, quia nos videmus quod regulariter in contractibus innominatis locum habet pœnitentia. l. si pecuniam. ff. de condic. caus. dat. & tamen si accedat stipulatio, tunc non erit licita pœnitentia. Bartol. in l. ij. in fi. C. de cond. ob. causam. referunt mod. in rub. ff. de verb. obl. & in l. cum mora. C. de transactio. ergo in simili idem dicendum est in nostro casu. Sed ista ratio parum aut nihil valet: quia ratio cur in contractibus innominatis sit licita pœnitentia, est quia contractus ipsi sunt frigidi: vnde si fomentur à stipulatione, cessat frigiditas, vt tenet Bartol. in l. iuris gentium. §. quiniimo. ff. de pac. & mod. in prædictis locis. sed in casu nostro quantumcunque teneamus rationem assignatam per Doct. in d. l. si conuenerit. ea habet locum in vtroq; casu. vnde non est facienda aliqua differentia: & ista opi. tenet etiam Ias. in d. l. si conuenerit. & aduerte, quia non videtur in contrarium cõmunis opi. in hoc puncto: qd videlicet prædicta l. si conuenerit. loquatur tam de stipulatione, quam de pacto. sed solum in eo qui est accessorius, qd pœnitens tenebitur ad interesse. nam idem etiā in pacto tenet d. Abb. hic. & sequuntur alij. Igitur circa illam quæst. quam format d. Ab. hic, nūquid talis pœnitens teneatur ad interesse: & cõmuniter tenetur opi. Ab. hic quod sic in stipulatione, quia promissio facti succedit loco interesse. l. stipulationes nō diuiduntur. vers. Celsus. ff. de ver. obl. in pacto idē, quando ageretur de damno vitando. l. eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo. aduertendum est quia tenendo hanc cõmunem opi. illa lex si conuenerit, tam celebris, seruiret nobis de nihilo, nec obstat responsio Alex. in d. l. si conuenerit. & Rochi hic, quia quod seruiat nobis respectu iudicis licet non respectu partiū. quia respondeo quod iste respectus iudicis non consideratur. & hoc non per d. l. si conuenerit. sed per cõmunes regulas, quæ habent quod conuentio facta non acquirit absenti. l. Labeo. ff. de pac. & qd pars possit recedere, prouidetur etiā per l. litigatores. ff. de arb. & ideo videtur dicendum, quod opi. Per. & Cin. in l. ex cõsensu. C. de epi. aud. sit vera quam consulendo sequitur collegium Patavinum. & disputado tenent moderniores. & primo videamus, nunquid eorum rationes vrgeant. & prima est, quia cū lex permittat pœnitentiam, ergo quod lege permittente sit, non meretur pœnā. l. Gracchus. C. de adult. sed tamen videtur, quod imò lex aliquid concedat, quod si fiat, inducit pœnā: ita tenet Bal. in c. nam concupiscentiā. §. de const. alle. rex. in l. quod ait lex. ff. de diuor. qd est notandum pro limitatione. d. l. Gracchus. Ad istud fund. colligitur responsio ex no. hic per Abba. quod ad hoc, vt aliquis soluat interesse, non dicitur propriè soluere pœnā. nam nos videmus quod etiam princeps si permittit aliquid fieri, intelligitur permittere, ita tamen ne tertio præiudicetur. l. ij. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. Sed ista responsio bene procederet quando concederetur nisi alteri parti. sed cum vtrique parti seu alterutri concessum sit pœnitere: non potest dici seu considerari aliquod præiudicium: vt probatur efficaciter in l. si. ff. quod quisq; iur. & idcirco



idcirco remanet firmum argumentum de d.l. Gracchus. contra hanc opinionem pro communi facit quod notat Baldus in l. is qui se obtulit. ff. de rei vendicatio. nam si quis intentat petitorium, deinde possessorium retinendæ si id facit ante litem contestatam in possessorio non censetur renuntiasse petitorio sed solum pœnituisse. & licet permittatur talis pœnitentia vt per Bartolum in l. naturaliter. §. nihil commune. in tertia lectura, gloss. & in quarta combinatione, tenebitur tamen soluere expensas parti. ita tenet ibi Baldus. sed potest respondere eum teneri, quia verum est quod temerè litigauit. l. eum qui. ff. eodem. Quæ ratio cessat in nostro casu. & ita teneo contra communem. Bene fateor, quod si in hac pœnitentia argueretur dolus partis per quem alia pars damnificata est: cum agatur de damno vitando, tunc posset agi actione de dolo. & ita procedit textus in l. & eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo. aliàs non. Sed admissa communi pro vera, quod indistinctè agatur ad interesse, dubitat hic Abbas. nunquid iudex cuius iurisdictio erat proroganda, possit esse iudex in ista causa interesse: & tenet quod sic. Primò per rationem, quia executio istius obligationis destinata est ad tribunal ipsius: ergo ratione destinata solutionis poterit ibi conueniri. c. dilecti. j. titu. proximo. l. contraxisse. ff. de actio. & obligat. cum similibus. Et per istam rationem idem tenet Alexander in l. si conuenerit. ff. de iurisdictioe omnium iudicum. Sed tamen ad hoc potes respondere, quod imo non debet posse conueniri. primò, dicta lex contraxisse loquitur, quando contractus est factus in aliquo loco. solutio verò destinatur alibi tunc, cum de ipso contractu non sit dubitatio, & sic non dubitetur de materia originali contractus qui valeat: solutio potest fieri, & quis conueniri in loco destinato. sed in nostro casu ex quo contractus ipse principalis non valet, non potest dici quod executio debeat expediri sub illo iudice: quia non valet consequentia si dicamus, contractus efficax facit vt quis sortiatur forum loco destinatae solutionis, ergo & contractus à quo licitum est pœnitere. Secundò potes dicere quod cum executio ipsius contractus, sic solutio potest conferri in locum non attingentem locum contractus: sed in nostro casu idem locus est contractus & locus solutionis seu melius executionis. Vnde remoto per pœnitentiam ipso contractu principali, ceteri debet etiam remorsus locus respectu executionis. Tertiò non videtur rectè argumentari Abbas de solutione destinata in aliquo loco ad tribunal destinatum, quod ex pœnitentia reiicitur: vel solue generaliter, vt infra dicam. Mouetur etiam Abbas per duo iura. glossa in capitu. finali. supra de rescriptis. & glossa in clementina prima de rescriptis. Sed nec illæ glossæ multum faciunt. Et vltra responsionem domini Andræ Barbat. hinc potes dicere, quod ibi ideo iudex alienus punit in expensis, quia factæ sunt sub eo, & tanquam melius informatus debet ipse de eis iudicare, argument. not. in l. terminata. C. de fructib. & litium expens. vel dic: & ista solutio tollit omnia præcedentia, & est fortissimum argumentum pro opinione contra Abbas. quod iste iudex ex quo est mutata voluntas alterutrius, verisimile est, quod erit illi offensus tanquam sua auctoritas sit contempta capitulo suspicionis. de offic. delega. l. litigatores. cum præced. ff. de arbitr. vnde tanquam suspectus repellendus est. l. apertissimi. C. de iudiciis. quæ ratio cessat in fundamentis. domi. Abbas. Item contra d. Abbas. allegat Decius Doct. Bartol. in l. si ita stipu. §. Chryfogonus. ff. de verb. obl. per text. in l. qui fundum. ff. de contrahen. empt. vbi qualitas loci non videtur repetita in promissione accessoria, ergo nec in nostro casu ista qualitas quæ principalè prorogationem respicit, censetur repetita respectu interesse. Respondet Deci. quod imò interesse non est quid accessorium, imò subintrat in locum principalis dispositionis: sed hoc dato, sequeretur quod sicut in principali prorogatio locum non habet, ita nec in interesse quod est illi subrogatum. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. & tradit Bal. in cons. vij. quidam dominus Pasetus in j. vol. vbi concludit, quod si quis sit exemptus ab extimo alicuius communis, intelligitur etiam esse exemptus ab extimo quod priori subrogaretur. ad idem quod not. Lud. Romo. in l. in prouinciali. §. item si in publico. ff. de ope. no. nun. vbi tenet, quod contra socium ædificantè dantur duæ actiones fa. ercisc. & actio in factum seu officium iud. sed si negatur socius sicut non datur fa. ercisc. ita nec actio in factum, quia est subrogata illi. ecce ergo quod à quo remouetur principale, remouetur etiã illud quod est ei subrogatum. præterea contra solutionem Dec. facit, quia non videtur quod interesse de quo agimus, nunc sit subrogatum principali. imò nos loquimur nisi de illo interesse quod respicit, non quidem principalem causam: sed solum modicam illam cognitionem, quod quis sit damnus passus discedendo à iudice cuius iurisdictio prorogata est: quare posset fortasse clarius responderi, quod Doc. Bart. loquitur in qualitate, nunquid censetur repetita vigore contractus verborum in contractu positorum. sed noster casus nõ loquitur de tali qualitate, sed de ea quæ ex interpretatione legis adest. vt is sit iudex qui ex contractu executione demonstratur, d. l. contraxisse, & ita posset dici tenendo dictum d. Abb. hic quod tamen vt dixi est falsum. Et pro ista solutione facit quod no. Bar. in l. j. in prin. ff. de vsu. Limitanda est etiam d. l. si conuenerit, vt non procedat, quando interuenisset iuramentum, quia iuramentum semper solet addere contractui. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. & fideicommissis iuramento. & ita communiter tenetur, & dicit Abbas quod ista opinio est tutior pro anima. licet contraria sit verior de iure. sed ista dicta Abb. non videntur vera ex quo si de iure, ita est ergo & respectu iuramenti de anima idem: ex quo lex potest absolueri à iuramento glossæ in l. adigere. ff. de iure patronatus. Item cum essemus in materia peccati, non deberemus attendere iura, nec dicere, quod de iure ita sit. l. priuilegia. cum ibi not. per Bartolum. C. de sacrosanctis ecclesiis. ex dictis per Abbatem hic. fac conclusionem quod iuramentum recipit interpretationem secundum subiectam materiam super qua præstatur lex fi. C. de non

non nume. pecun. l. fina. ff. qui satisd. cogant. Intellige primo hoc procedere in contractu, in quo deficit consensus, quia iuramentum non intelligitur nisi quatenus quis verisimiliter consensit. ita tenet Imo. in ca. per tuas. & Alexand. in l. si conuenerit. & alij hic allegati per modern. & ita communiter tenetur. pro quo facit quod not. Aret. in l. j. §. si quis ita. ff. de verbor. oblig. Secundò intellige prædictam conclusionem vt regulatur secundum naturam primordiale, non autem secundum accidentalem. argum. l. item veniunt. §. cum prædixerimus. ff. de petio. hæred. glof. & scrib. in l. certi conditio. in prin. ff. si cert. peta. Intelligitur autem natura primordialis, quæ, considerata regula, semper habet locum: si verò habet locum nisi ex casu tunc est natura accidentalis. facit quod notat Bald. in capitu. j. infra de his quæ vi metusve causa. & dixi in cap. quia Gu. j. cod. Tertiò intellige prædictam conclusionem, vel iuramentum ita regulatur, quod faciat aliquem obligari efficacius, non autem in plus: ita tenet Decius hic. argum. not. per Alexand. in l. j. ff. de pact. & modern. in l. miles. §. decem. ff. de re iudi. de quo dic, vt per eum: cuius ratio non impugnat hoc dictum. Quartò vltra dicta hinc per modern. adde quod d. l. fin. procedit in iuramento implicite & generaliter prolato: quia regulatur secundum naturam contractus: secus in iuramento explicite prolato, quia illud ad vnguem seruandum est. ita tenet Bald. in capitu. quæ in ecclesiis. supra de constitutio. & Calderi. in consil. j. sub rubric. de iureiurando. Quæ tamen limitatio videtur contra not. in l. si quis maior. C. de transactio. & no. per Iafon. in l. sancimus. vbi allegat quosdam decisiones Baldi. C. de testament. & Baldus in consil. cccclj. in quinta parte vbi dicit, quod iuramentum factum in parte instrumeti intelligitur factum super toto, adde quod iurans in contractu implicite intelligitur iurare super omnibus. Alexand. in consil. xxj. versicu. & ex prædictis. in tertio volumine. Quintò adde quod d. l. fina. procedit solum de iure ciuili, secus de iure canonico. quo iure iuramentum maiorem efficaciam habet. l. pactum dotali. C. de collatio. iuncto capitu. fina. de pactis. lib. vj. non dubium. C. de legi. iuncto c. cum contingat. infra de iureiuran. & ita tenuerunt moder. hic contrarium tenet dominus Ant. in capi. quinquauallis. de iureiuran. refertur in consiliis Francis. de Cur. in consil. iij. Sextò adde, quod d. l. fina. procedit in iuramento de non contraueniendo, secus in iuramento assertorio, putà quia iurando dixi, *Iuro prædicta omnia vera esse &c.* & ita tenet Ioann. de Imol. l. nemo potest. & ibi Iaf. ff. de legat. & fideicommiss. primo. de quo per Angel. Aret. instituta de exceptio. §. j. Limitatur etiam d. l. si conuenerit. vt non habeat locum, quando quis soluere promisit in aliquo loco. nã quamuis pœniteat, tamen fortietur ibi forum ratione contractus. quia lex fingit eum contraxisse vbi dixerit solutionem. l. contraxisse. ff. de actio. & obligatio. cum similibus. l. iij. ff. de bon. aucto. iudi. possid. & l. hæres absens. §. fina. ff. de iudiciis. Et ista conclusio procedit etiam quo ad accessoria, in quibus quis fortitur forum in quo collata est solutio vt Abbas dicit in capit. dilecti. per illum tex. infra titu. j. & sequitur simpliciter Decius hic. Sed in contrarium facit quod notat Bartol. in l. j. ff. de vsuris. per l. si fundus. ff. de euictio. sed solue vt ibi per Bart. ex cuius dictis collige, quod vsuræ attendentur non pro consuetudine regionis in qua contractus est, sed pro consuetudine regionis. in qua destinata est solutio, quod procedit etiam si reus alibi conuentus sit, vt declarat ibi Salicet. post gloss. facit etiam regula, quod in quo cognoscitur de principali, in eo etiam cognoscitur de accessorio. l. minor xxv. anno. in fine principi. ff. de euictio. Bald. in l. ordinarij. in secundo not. C. de rei vend. mod. in rubr. s. cod. Amplia secundò, vt prædicta conclusio procedat etiam si tacite solutio alibi destinata sit secundum Anton. de But. d. Abba. & referunt moder. hic. & ex hoc infertur, quod si ego Papiæ existens cõduxi operarios ad laborandum Mediolani ex quo tacite videor egisse, quod velim eis soluere ibi: contractus fidei dicitur ibi factus, & ideo illic fortiar forum. Sed aduertendum est, quia contra istam ampliationem facit, quod ea quæ tacite veniunt in contractibus, dicuntur ex fictione legis venire. ita tenet Are. in l. iij. §. Cato. in v. opp. Bar. ff. de ver. obl. & ibi etiam Pau. de Cast. alia fictio est, quod contractus censetur factus in loco destinatae solutionis. l. contraxisse. ff. de act. & obl. & j. dicam. sed duæ fictiones simul non concurrunt. l. j. C. de dot. promif. Bar. in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsuc. nec huic argumento dicendum est, quod altera veniat in consequentiã alterius. & licet hoc posset defendi, in prædicta tamen quæst. omnino dicendū est, quod possit agi Mediolani ex quo conductores laborauerunt ibi, quod quidem laborare pars est & executio veri contractus. argum. l. si in lege. §. si domus. ff. loca. l. fundi partem. ff. de contrah. emp. non discedo tamen ab opin. d. Abbas. Amplia tertiò, etiam si post contractum perfectum solutio alibi destinata sit secundum dominum Anton. & moder. hic per l. quamuis. §. j. ff. eodem. Aduerte, quia si ita conuentum est, aut per pactum nudum, aut per stipulationem, aut facta est animo nouandi & censetur primus contractus transfusus in hunc fictum. in dubio verò dicendum est vtrunque remanere, & licet in alio casu non possit agi in loco veri contractus, sed solum in loco ficti, hoc tamen casu est secus vt hic per moderniores. & ratio est quia hoc casu cum contractus semel perfectus sit, non potuit tolli nisi expresse esset actum. vnde cum non tollatur, remanet etiam eius effectus. argum. capitu. fina. infra de iniuriis. Quartò amplia, vt procedat etiam in promissione generali. putà si quis dicat, *Promitto soluere quocunque loco vel vbi petitum fuerit.* nam ibi censetur factus contractus vbi petetur. l. Titium. §. tutores. ff. de administratione tutorum. facit l. Lucius. ff. depositi. & ita se habet communis opinio vt per Alex. in d. l. si conuenerit. & moderni hic. aduerte, quia si sit dictum, *Promitto soluere quocunque loco,* videtur quod quis non possit conueniri vbiq; vt tenent Doc. sed solum in loco idoneo, hoc est qui aliter de iure communi permiffus sit, & hæc videtur etiam natura huius dictionis generalis glo. in l. ij. C. de fid. instrum. & iur. hast.

uir. hast. fiscal. glo. in l. j. C. de sacro san. eccl. Aret. in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & posth. Iaf. in l. penul. C. qui admit. glo. Iaf. & alij in l. fideiussor. §. prætor ait. ff. qui satisd. cog. Decius in rub. j. de proba. idem videtur dicendum, si quis promiserit soluere vbi petitum fuerit. nam ista verba intelligenda sunt: ita tenet quod petat in loco in quo de iure possit: quia verbum prolatum intelligitur concurrentibus suis qualitatibus. glo. in clem. vnica. de sequest. d. Abb. in c. ex parte. elij. §. de offic. & potestate iudic. delega. Puto distinguendum, vt dicamus, aut auctor petit in vicino loco contractus, & potest: ad hoc vt promissio aliquid operetur. l. si quando. ff. de legat. j. Aut petit in loco longinquo, & tunc secus, quia satis est si ista verba, Vbicunque, Quocunque, & similia aliquid operentur. licet non in totum & hoc probatur ex his quæ not. moder. in d. rubri. de probat. & facit glo. in l. sed & si quis. §. quæsitum. in glof. mag. ad fi. ff. si quis caut. Barto. in l. si mora. in ij. quæst. ff. solu. matrim. & concludunt Mod. in d. rubri. quod statutum admittens quasunque probationes intelligitur, id est, probationes, quæ de iure communi admittuntur, vel parum ab illis deuiantes, ad hoc, vt statutum aliquid operetur. Sed si quis promiserit prædicto modo cuius erit electio debitoris vel creditoris. Bald. in rubr. C. de constitu. pecun. tenet, quod creditoris, & hoc puto verum intelligendo tamen, vt infra in sequenti limitatione. Expeditis ampliacionibus istius con-  
33  
clusionis limita tunc vt procedat, quado ille, qui promisit in aliquo loco soluere, ibi reperitur, aliàs non poterit conueniri secundum Barto. in d. l. si conuenerit. & in d. §. tutores. & Mod. hic, qui dicunt idem esse, quando quis conuenitur ratione veri contractus, vel ratione originis, quia si ibi non reperiuntur, non possunt conueniri, & ista conclusio fallit, nisi ratione bonorum, quia poterit mitti actor in possessionem, si reus habet aliqua bona in loco contractus. Bartol. in d. §. tutores. Iacob. Put. in l. iij. ff. de bon. aucto. iud. pos. & mod. & istud est verum solum ratione bonorum. vnde non posset in aliquo molestari persona, quæ est extra illam iurisdictionem: vnde non posset excommunicari ex quo excommunicatio respicit personam. ita tenet Io. de Imol. in c. sanè. de foro compe. Pau. de Cast. in l. hæres absens. in prin. ff. de iud. & in l. i. ff. eo. §. legatis. & vide Paul. de Cast. in l. fina. C. vbi in rem actio. Item nunquid debeat fieri remissio, communis est, quod non in ciuilibus, vt per glof. & scrib. in d. l. hæres absens. & vide scrib. in cap. fin. j. titu. j. fallit etiam ista conclusio, quando quis certo loco soluere promisit, & certo tempore. nam tunc ibi poterit conueniri, licet ibi non reperiatur secundum Bald. in c. j. de milit. qui contu. est. allegat Innoc. in c. si aduersarius. de eo qui mit. in poss. sequitur Iaf. in d. l. si conuenerit. & Decius hic simpliciter. Adde quod ratio est, quia quando dies est appositus, si promissor non comparet, videtur fraudulenter agere. & ideo potest ibi conueniri. istam rationem assignat Bald. in d. c. j. adde quod pro ea facit, quod not. Bartol. in d. l. hæres absens. §. proinde. ff. eod. vbi si viator vendit ratiocinum in itinere & post eam non tradat, potest conueniri in loco contractus, licet aliàs non posset. & hoc quia fraudulenter agit ex quo non vult tradere ratiocinum vnde ratione doli potest agi. & facit quod not. Ange. & Pau. de Castro qui dicunt ita velle Bartol. in d. l. hæres. §. si quis tutelam. quicquid teneat ibi Lancelor. Deci. quem vide. Contrarium tamen tenuerunt moderniores, & dicunt se ita iudicatos consulurosque, quia secundum eos ista opinio est contra text. in c. Romana. §. contrahentes. de foro compe. lib. vj. vbi probatur, quod prædicta habent locum, etiam si quis maliciosè se occultet. Sustinendo communem responde clarè distinguendo, aut ille qui maliciosè se occultat, habet aliqua bona in loco contractus veri & ficti, & procedit text. in d. §. contrahentes. aut non habet aliqua bona prout est casus Baldi, qui loquitur in promissione facta in nundinis, & tunc poterit agi in totum. & ratio est, quia in primo casu si habet bona, satis dicitur puniri per missionem in possessionem. si verò nihil bonorum habet, ad hoc ne fraus remaneat impunita poterit agi, & terminari lis secundum Bald. nec dicat aliquis esse absurdum, vt in plus puniatur qui non habet bona in territorio, quam qui habet: quia respondeo, quod ex quo aliter remaneret impunitus, istud est introductum, sicut in simili videmus, quod si quis commisit delictum, cuius pœna sit pecuniaria: si non habeat pecuniam, punitur in corpore, ne scelus sit impunitum. l. quicunque. C. de ser. fugiti. & ff. de pœnis. l. j. Cin. in l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cle. contra istam limitationem etiam facit, quia si consideratur ista fraus, vt dicit Bal. certè etiam ille, qui promittit soluere aliquo loco, dicitur fraudare, si non soluit, quia fallit fidem. l. j. & l. iurifgentium. §. prætor. ff. de pact. nisi dicas quod maior est fraus, quado est appositus dies ex quo fallit duplicem promissionem. l. Celsus. §. fin. ff. de arbitr. c. dilecti. circa medium. §. de dolo. iuncta glof. in l. creditor. §. iussus. ff. de appellatio. & tradit Abb. hic in nou. Fallit etiam prædicta conclusio, vt non procedat, quando quis promississet in aliquo loco soluere, & renuntiaffet priuilegio fori: quia tunc etiam si in illo loco non inueniatur, tamen poterit conueniri secundum glo. communiter approbatam in l. j. ff. si quis in ius voc. non ierit. & sequitur Abb. & moder. hic in contrarium omnes opponunt, quia quod quis conueniatur in loco contractus, & non debeat remitti ad locum destinatæ solutionis, si ibi non reperiatur, competit ex iure communi: ergo renuntiando priuilegio non debet intelligi renuntiasse iuri communi. l. miles. §. sexaginta. de adult. cum similibus. & per hanc rationem Albericus de Rosato, & Fulgosius & Angelus tenuerunt contra eam glof. Decius hic responderet: sustinendo communem, quod ad hoc vt illa renuntiatio aliquid operetur, verba sunt impropianda, vt per Bartolum in l. quibus. §. dominus. ff. de condi. & demonstratio. & intelligas, priuilegio, id est, iuri communi. Sed ista interpretatio non videtur bona, quia priuilegium non solum non est ius commune, sed quod iuri communi aduersatur, l. si cum pecuniam. C. de priuileg. fiscali. capitu. in his. de priuilegiis. Felinus in capit. ex literis. in princip. infra de fide instrumen.  
pro

pro Decio tamen facit quod not. Archid. in c. fin. de foro compe. lib. vj. vbi interpretatur priuilegium, id est, defensio. sed intelligendum est de defensione, quæ competit specialiter, non de iure communi. melius facit quod not. Bald. in c. cum dilectus. §. de consuetudine. Item facit quod singulariter notat Rapha. Com. in l. cum filio. per illum textum. ff. de legat. iij. vbi dicit quod verba vt aliquid operentur, debent etiam impropriissime intelligi. sed dubito de ista decisione per text. in c. audientiam. j. de cleri. non reti. & text. in l. iij. C. de fideiuss. & per ea quæ dixi in l. nemo potest. in j. not. ff. de legatis primo. Item posset dici quod nec impropriissime priuilegium dicatur ius commune. ex quo contrariantur simul. & ista procedunt, quando quis dixit se renuntiare priuilegio fori. Sed quid simpliciter dixit se renuntiare foro prout loquitur Abb. in hoc dicto ego puto, quod quilibet tenuisset comunem: ex quo cessant contrariæ rationes. tamen diligentius considerando videtur, quod contraria opinio sit verior de iure. & mo ueor per talem rationem nam in promissionibus, & in renuntiationibus nil vltterius actum teneri debet, quàm verba ipsa importent. l. quicquid. ff. de verb. oblig. l. si quando. C. de inoffic. test. l. j. C. de pact. cum similibus. Sed in casu nostro, verba non important, quod non inuentus possit conueniri in loco destinatæ solutionis, ergo in renuntiatione in qua strictè agitur non est istud dicendum. stat enim simul quod ego renuntio loco contractus: tamen quod si non reperiatur, non debeã conueniri in loco solutionis. non enim verisimile est, quod quis renuntiauerit fauori suo. c. quàm sit periculosum. vij. q. j. facit regula, quæ habet, quod posito aliquo non includitur nisi quod de necessitate sequitur. l. illud. ff. de acquir. hæredit. cum similibus. cetera vide per Decium hic & scrib. in d. c. si. de foro compe. & vltra limitationes sex Decij. adde septimam vt procedat prædicta conclusio, quando agitur de obseruatione contractus, secus si de resolutione per l. i. C. vbi & apud quem. & ibi Bald. not. In contrarium facit text. in l. qui certo loco. ff. de condi. inde. soluit ibi Bart. duobus modis vt ibi per eum quæ solutiones non sunt bonæ & cauillant. vt etiam satis ostendit Iaso. ibi, qui tamen nec ipse aliter soluit. Quare declarando dicta iura, sciendum est, quod text. in d. l. qui certo. ita intelligendus est: quia ego credens me tibi debere centum Mediolani solui ibi in debitum. dubitabatur nunquid ibi quoque solui possim repetere. & videbatur quod sic, quia sicut existimaui me solum ibi debere. ita etiam debeo solum ibi repetere. & hoc est quod dicit text. in versu. non enim existimatis &c. Contrarium decidit textus: quia quocunque potero repetere. quod intellige ibi in loco solutionis, si ibi reperiatur, aliàs in loco domicilij. & hoc seruando regulam quæ est quod actor sequatur forum rei. l. i. C. de iurisdictione omnium iudicum. nec ob. text. in dicta l. i. C. vbi & apud quem. vbi dicitur solum quod in resolutione contractus debet attendi domicilium. nam respondeo, quod non sequitur, ergo non locus contractus si ibi reperiatur. & si dicas, cur text. non expressit, respondeo. nam ex quo ratione domicilij quis generaliter fortitur forum, siue reperiatur, siue non, & siue ibi contraxerit, siue non, vt per Abb. in c. fin. j. tit. j. ideo text. solum respondit de regula, quæ indistincte procedit. non autem explicuit casus qui non procedunt, nisi concurrentibus quibusdam qualitatibus. l. qui concubinam. §. qui hortos. iuncta glof. ff. de leg. iij. l. qui accusare. iuncta l. si. C. de edendo. l. ite apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniuriis. & quod non prohibeatur in d. l. i. agi etiam loco contractus si ibi reperiatur. probatur ex text. qui solum videtur considerasse regulam, quod actor sequatur forum rei. certe locus contractus si ibi &c. reperiatur, est eius forus. d. §. contrahentes. ergo &c. facit regula, quia quotiescunque text. fundat se in aliqua ratione licet in text. ponatur casus alius: tamen decisio habet locum vbicunque procedit ratio & mens legis. l. regula. §. si quis. ff. de iur. & fact. igno. In glo. si. circa cap.  
34  
rursus. † & c. quicunque. xj. q. iij. communiter tenetur intellectus. d. Abb. pro expeditione eius fac quinque conclusiones. prima est, perseverantia in excommunicatione per annum operatur vt excommunicatus habeatur pro confesso, & conuicto de crimine. ita est glo. in c. cum contumacia. de hære. lib. vj. Abb. hic intellige hoc procedere, quando crimen non esset notorium: nam tunc statim haberetur pro conuicto & statim quis priuandus esset beneficio arg. c. euidentia. j. de accus. Abb. hic adde, quod contra istud obstat text. in d. c. rursus qui proprie loquitur, quando clericus erat confessus, vel conuictus: nam etiam dicit quod expectandus est annus, & tamen clarum est, quod confessio, vel conuictio facit notorium. c. significauerunt. vbi not. j. de testibus. cap. cum dilectus. vbi Bald. de ord. cogn. cap. vestra. & c. fina. vbi not. de cohabit. cleri. & mulierum. & textus in dicto capitulo rursus. ideo non videtur admittere intellectum domi. Abb. & communem: cum loquatur in conuicto. Abb. verò intelligit, quod sit conuictus, nisi elapso anno: quod est præcise contra illum text. Item contra hanc communem opinionem facit textus in cap. excommunicamus. §. credentes. j. de hæredibus. vbi si receptor hæretici ster excommunicatus per annum, punitur solum pœnis, de quibus ibi in textu, & nihil dicitur de conuicto vel confesso. Item in contrarium facit: quia conuictus de aliquo delicto non est infamis, nisi secuta sententia. l. eius. qui. in principio. ff. de iure fiscali. vbi Bart. iunctis not. in lictus fustium. ff. de his qui not. infam. & tamen excommunicatus per annum est infamis aut credentes. & ibi Bart. C. de hæreticis. sed tamen dic, quod imò confessus, & conuictus sunt infames si ponamus declaratum etiam aliquem esse conuictum, dicta lege, idus. vbi Bart. & scribit l. infamen. ff. de publi. iudi. ad §. excommunicamus. dic quod non loquitur in excommunicato propter contumaciam, vt est noster casus. fortius obstat d. c. rursus. quod non videtur admittere comunem intellectum, tamen aliquo modo potest dici, quod in princ. loquitur de confesso, & conuictis largo modo, qui tamen possunt venire contra confessionem. declaro. aliquis clericus est confessus vel conuictus coram episcopo, ipse eum excommunicauit.  
Tom. 5. Ecc determinat



determinat concilium Carthaginense ibi, quod cum licentia sit excommunicato petere rescissionem coram synodo secundum c. si episcopus forre. ea. causa & quæst. & si non petat, sed stet per annum, amplius non audietur, & iste est intellectus verus, licet Moderniores hinc non se extricauerint. Ex ista communi conclusione inferuntur duo. primum est, quod de iure communi contumax tantum non habetur pro confesso, nisi perseveret in contumacia. Abb. in c. veritatis. §. de dolo & contuma. & idem est regulariter in fuga. l. vnica. §. si autē. C. de rapt. virg. Felin. in c. nullus, de præsumptionibus. Aduerte tamen: quia istud perseverare in contumacia aliter intelligitur de iure cano. aliter de iure ciuili. nam de iure cano. requiritur annus. c. quoniam frequenter. §. vt lit. non contest. Innocē. in c. dilecto. ante fin. de verb. significa. de iure ciuili verò non videtur statutum tempus sed est standum iudicis arbitrio. vnde licet de iure cano. missio in possessionem ex secundo decreto non fiat nisi quis fuerit per annum contumax de iure ciuili statuitur arbitrio iudicis. l. in venditione. §. de tempore. ff. de bon. auct. iud. possi. Bart. in l. si finira. §. Julianus. versic. procedo vltius. ff. de damno infecto. & ita tenet domi. Anr. de Bur. sed Abb. tenet vtroque. iure stari arbitrio iudicis, ita domi. Abb. in d. c. quoniam. §. in aliis. vt lite non contestat. & eius opin. est communis ex quo collige quod est cōtumacia minoris temporis quàm anni, si iusta causa subfit, potest facere aliquem haberi pro confesso & conuicto. & hoc arg. not. in d. §. aliis. secundo ex supra dicta conclusione collige vnum modum procedendi ad diffinitiuam sententiam lite non contestata. nam contra talem excommunicatum per annum procedetur. Abb. in c. veritatis. de dolo & contum. tu dic melius, quod imò non erit diffinitiuam, sed interlocutoria habens vim diffinitiuam, vnde secundum decretum non est sententia diffinitiuam, sed interlocutoria. vt per Ludo. Roma. in rub. ff. de re iudi. idem videtur dicendum in nostro casu non obstat, quod diffiniat negotiū principale, quia ad hoc, vt sit diffinitiuam requiritur etiam ordo, vt patet ex not. per docto. in l. v. ff. de verborum obliga. in princip. & in l. Imperium. ff. de iurisd. omnium iudicium. litis autem contestatio est ordo. gloss. in c. de causis. §. de offi. deleg. l. prolatam. C. de senten. Secunda conclusio † perseverantia in excommunicatione per annum 35 est digna priuationis beneficii ipso iure, vel per sententiam prout crimen meretur. & hanc conclusionem sequuntur omnes moder. contrarium tenet Decius in secūda lectura primò quia hoc procederet, quando constat de delicto non autem videtur sufficere contumacia. l. ideo. ff. de eucti. adde quod not. Bart. & alij in l. iustus. ff. de his qui not. infra. facit quod not. Alex. in l. si mora. ff. sol. matri. in glo. ij. tamen ad fundamentum Decij potes respondere, quod ex quo quis perseverauit in contumacia per annum, satis constare, & hoc ex regula, quæ habet, quod contumax per annum habeatur pro confesso. d. c. rursus. quæ regula cum sit passiuam, habet locum in dispositione quantumuis correctoria secundum Iason. vbi allegatur concord. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. & Modernio. repe. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis, & posthu. & scrib. in l. ij. ff. de lega. j. & ex hac ratione posset limitari dictum Ioan. Fab. in magna contumacia licet nec hoc placeat ex quo aliud est in excommunicato, qui retinet onus peccati affixum animæ, secundo contra communem Decius adducit, quod ex quo in nostro casu lis non est contesta. non debet posse perueniri ad diffinitiuam. c. penult. de purg. can. responde fatendo quod non erit propriè diffinitiuam, sed interlocutoria habens vim diffinitiuam: quod introductum est in pœnam perseverantis, quia videtur contemnere clauas Petri. c. fin. de pœnis. & quod sit speciale in isto casu tenet domi. Abb. in d. c. veritatis. §. de dolo, & contumacia. Tertio in contrarium facit secundum Deci. quia ex quo non reperitur iure cautum quò propter perseverantiam excommunicationis debeat procedi ad diffinitiuam. ergo nec nos istud debemus dicere. glo. in c. fin. de iure patrona. §. nequaquam. igitur in auth. de non elig. secund. nup. facit: quia sicut correctio legis non est inducenda nisi à lege: ita nec limitatio. l. sancimus. C. de testa. l. præcipimus. in fin. C. de app. vbi gloss. facit quod not. Bald. in consil. cclxxij. in quinto volumine. sed ad hoc respondetur, quod satis dicitur de iure cautum ex quo expressum est, quod pro graui delicto quis potest priuari beneficio. c. viuentium. xvj. q. vij. & quod talis perseverantia est graue delictum. Quarto in contrarium facit, quod dicit dominus Abbas, hic dum concludit, quod pro leui crimine licet quis perseverauerit per annum, tamen non priuatur. ergo idem pro graui ex quo ista priuatio nõ venit nisi propter pertinaciam vnus anni, quæ æqualiter est in vtroque casu. Confirmatur istud fundamentum per illud quod notat Bald. in c. fina. vbi etiam Archidia. §. de pactis dum dicunt quod pactum inducens peccatum veniale per contemptum, inducit mortale, & æquiparatur cuilibet graui peccato. Sed tamē tenendo dictū Abbat. responde, quod quo grauius peccatum est in quo quis est contumax eo grauior est excommunicatio, vt pœna æquiparetur delicto. l. rescriptum. ff. de his quibus vt indigni. Decius in consilio lxxv. in c. at si clerici. in vij. not. §. eodem dum concludunt, quod ex qualitate pœnæ arguitur grauitas delicti. vnde plus delinquit pertinax in grauiori pœna & delicto quam pertinax in leuiori. & vide Baldum. in l. actoris. ff. de procura. Tertia conclusio ex dictis domi. Abb. si causa propter quam quis est excommunicatus, non est priuatione digna, tunc 36 pertinacia per annum non facit vt priuetur. ita transeunt Mod. communiter. adde quod videtur, quod indistinctè si quis sit pertinax per annum in executione, quod debeat deponi. nam ex graui delicto quis debet deponi. c. inuentum. xvj. q. vij. sed excommunicatio non fertur nisi pro graui delicto. c. nullus. & c. nemo. xj. quæst. iij. Abb. §. in x. not. ergo indistinctè ex tali pertinacia debet posse deponi: & hoc fundamentum tollit rationem domi. Abb. hic dum dicit, quod pro omni delicto quis non debet puniri. dico, quod imò debet pro omni delicto pro quo potest excommunicari. Secundo facit quia perseverans in tali

in tali pertinentia dicitur contemnere clauas ecclesie. c. fin. vbi Abb. in iij. not. §. de pœnis. sed tale delictum grauius est: ergo potest puniri & deponi. Tertio facit quod not. Archid. & Bald. in d. c. si. de pactis. & §. retuli. Quarto facit quia ratio quam assignat dominus Abbas. nõ est bona, dum dicitur quod ista pertinacia per annum tanquam nouum crimen, debet puniri, & ipse respondet satis esse, si habeatur pro confesso, ad hoc ne crimen duplici pœna coerceatur. cap. at si clerici. §. eod. nam si quis sit contumax etiam non excommunicatus transacto anno habetur pro confesso in effectu: quia peruenitur ad secundum decretum. c. quoniam. §. in aliis. §. vt lite non contestata. quod æquiparatur diffinitiuè, vt per Roman. in rub. ff. de re iudi. & scrib. in l. j. ff. de iurisd. omnium iudi. ergo vt excommunicationis pertinacia in aliquo puniatur debemus dicere, quod sit deponendus argu. l. relegati. in fin. ff. de pœnis. & hoc casu non habet locum text. in dict. cap. at si clerici. cum similibus allegatis hic per Abba. Quinto facit text. in d. cap. quicunq. xj. q. iij. inducendo hoc modo: si quis steterit in ciuilibus causis excommunicatus per annum, non debet illi communicari, ergo etiam deponi. nam ex quo per talem perseverantiam lex præsumit contra eum quod non pœnitebit, videtur quod debeat etiam deponi. Quarta conclusio perseverantia † in executione vltra annum indistinctè facit, ne quis priuetur beneficio. ira do. 37 Abb. & sequuntur alij. Decius tenet contrarium per capitulum bonæ. vbi requiritur contumacia per triennium. Item vbi non tam consideratur pertinacia, quàm etiam contemptus papæ. Sed respondent Moder. & bene quod text. ibi non se fundat precise super triennio, sed super longinquitate temporis vltra annum: vnde videmus, quod etiam biennium satis esset. cap. si. de pœnis. qui tex. loquitur in laico: sed in hoc non videtur differentia, nec obstat quod dicitur de contemptu quia ille contemptus non aliunde colligitur quam ex ipsa pertinacia: vt probatur etiam in dict. cap. si. Sed dubitatur nunquid tales sint ipso iure priuati vel debeant priuari, dic quod requiritur sententia, vt præsupponit Abb. hic pro qua opi. facit quia etiam in verè confesso in crimine hæresis requiritur sententia. cap. excommunicamus. lo. §. credentes. de hære. ibi ab officio deponatur, quod verbum est, futuri temporis. gl. in cap. in pœnis. de reg. iur. lib. vj. Ludo. Roma. in singul. doct. in l. in criminali. C. de iurisd. om. iudi. facit quod not. domi. Anto. in c. nisi. in ver. propter conscientiam. §. de renuntiatione. & quod in crimine hæresis requiratur sententia firmat consulendo Pet. de Anchara. in consi. ccxcij. inci. vltra alia ad finem: in contrarium facit text. in dicto capit. bonæ. dum dicit quod non licet illa beneficia retinere aliquatenus. Item ibi non differat spoliare vt hic per Decium, & ad hunc text. nesciuerunt respondere Mod. tu dic, quod licet verba de præsentis importent ipso iure, fallit nisi aliter induceretur repugnantia iurium: vt per Rimin. Ferr. & Moder. in l. cum posteaquam. C. de pact. & facit glo. xj. q. iij. cap. irritam. & quod not. do. 38 Ias. in l. iij. in gl. in ver. cadat. C. de iure emphyt. Quinta conclusio, quando † agitur mere ciuilitè vltra annum perseverantia nõ est digna priuatione beneficii, glo. in cap. contingit. de dolo & contu. Abb. & Anto. de Bur. ibi Abb. hic, & in c. veritatis. extra illo tit. Lud. Roma. in singu. incip. de hoc hic. adde quod contra istam conclusionem faciunt argumenta quædam, quæ dixi in tertia conclusione, & propterea redditur dubitabilis. Et si dicas, quomodo ergo punietur dic, quod mittetur in possessionem aduersarius, & statim faciet fructus suos. Abb. in di. cap. contingit. ex quo ista est magna contumacia. l. Fulcinus. in fin. ff. ex quibus causis in possio. eatur. tamen istud videtur intelligendum, quando contumacia est vltra biennium, vt intelligit glo. in dicto §. fin. quinimo. Iac. de Put. ibi tenet quod ille text. non procedit nisi in missione in possessionem facta in reali: quia tunc quis fit possessor. quod dictum si sit verum restringenda esset opinio domi. Abba. Secundum remedium est quod tradit gloss. Abb. & alij in c. si. §. de pœnis. vt indicatur purgatio tali excommunicato tanquam hæretico, quia tanta pertinacia non caret suspitione hæresis, quod si non purgat habebitur pro conuicto de hæresi. facit quod not. Decius hic in fine. Extra glo. profequitur hic Abb. an & quando in excommunicatione requiratur citatio, & concludit idem quod in multa, vt hic per eum. Circa hoc, vt clarius habeatur materia faciendæ sunt quatuor conclusiones. Prima est, quando † contumacia est notoria, putà quia reus dixit in iudicio se nolle 39 comparere, vel extra iudicium expressè, tunc non est citandus, sed poterit iudex excommunicare, vel multare absque alia citatione. & pro hoc adducitur iste text. & c. cum dilecti. de dolo & contu. & quia super notorio iudex nõ citat, sed incontinenti punit. c. cum olim. §. de re iudica. not. in c. ad nostram. de iure iur. in l. nullum. C. de testib. Bald. in l. ij. in iij. not. C. vt lit. pendente. & Abbas Anto. de Bur. Arer. Decius Felin. & Mod. hinc contrarium videtur tenere Inno. in c. sacro. de sent. excommuni. de quo dic, vt hic per Decium aduerte, quia puto istam conclusionem intelligendam, quando contumacia est notoria. & notorie constat, quod reus est incorrigibilis. aliàs videtur, quod debeat moneri. nam ratio cur in excommunicatione requirantur tres citationes, seu monitiones, vel vna peremptoria secundum textum in c. de illicita. xxiiij. quæstione iij. est quia interim poterit reus seipsum corrigere ex quo excommunicatione est medicinalis. ferunt enim ad videndum, nõquid interim velit corrigi. c. j. in principio. de sententia excommunicationis. libro vj. & ista ratio habet locum quod cōtumacia sit notoria. ergo & dispositio l. adigere. §. quamuis. de iure patro. & propterea non videntur doctores bene arguere de multa ad excommunicationem, ex quo multa \* est mera pœna, excommunicatio non. Item in 40 multa non procedit prædicta ratio, quia faciendæ est diuersa conclusio. vt §. faciam. Secundo contra istam communem adduco, quod notat dominus Abbas in c. cum sit romana ad fin. Decius in c. peruenit. el. ij. in fin. §. de appella. vbi concludunt, quod excommunicandus, non est citandus quando noto-

rum est illi nullam omnino defensionem competere. sed in nostro casu & regulariter in notoria contumacia potest subesse aliqua causa, ergo est citandus. nam quamuis quis dixerit se nolle comparere, fortasse habet aliquam causam, ergo est citandus. l. quamuis. ff. de in ius voc. Bar. in l. eius qui. ff. de iure fisci. & dicam in sequenti conclusione nec obstat iste text. quia ostendo expresse, quod est necesse subintelligere factam esse citationem. nam intellectus communis, quod hic contumax esset notorius, non potest esse verus. probo text. iste loquitur quando Dequoult deus fuit interrogatus in concilio provinciali, & dixit se nolle parere, vnde excommunicatio postea lata est in concilio generali secundum intellectum quem sequitur domi. Anto. Butri. domi. Abb. do. And. Sic. & alij omnes præter Decium. Sed dato quod contumacia esset notoria in concilio provinciali non est notoria in generali. quia notorium in vno iudicio non dicitur notorium in alio. Bar. in auth. ar qui semel. C. de probat. d. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. in j. combinatione. Bart. in versu. sed certe rationes. d. Alexand. ff. de acquirenda possessione. & facit quod not. d. Abb. in c. cum olim. in ij. not. de verb. signi. ergo non potest dici quod in hoc text. esset notoria contumacia. & sic solutio communis confunditur. vnde dicendum est, quod in nostro textu, precesserit citatio nec obstat, quod in text. de ea sit verbum nullum, & cum sit facti non sit præsumenda. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. quia respondeo, quod ex quo in text. non sit dubitatio principalis de hoc cum text. dicat placuit vt nullus eidem &c. debet intelligi quod seruata sint debite solenitates. per regulam de qua per Decium in hoc c. quod quando in aliquo casu dubitatur de aliquo defectu, præsupponitur quod habitas concurrat respectu aliorum defectuum præter eum de quo queritur: & hanc regulam probaui esse veram. §. in gloss. in verb. non placere in tertia solutione. nec ob. quod in notorio non requiratur citatio, vt supra dixi, & tradit Alber. de Rosa. in l. nam ita diuus. in fi. ff. de adop. nam istud procedit in citatione, quæ fit vt quis certificetur solum: sed nos loquimur de ea, quæ fit, vt interim expectemus, nunquid quis velit se interim corrigere dicto capitulo primo, de senten. excommu. libro sexto. propterea gloss. in capitulo venerabilibus. §. secus. de senten. excommu. libro sexto. quæ dicit, quod si quis extra iud. dixerit se nolle venire non tamen est verus contumax. puto quod sit vera respectu excommunicationis tantum, secus in aliis causis: quia in eis est verus contumax, vt videtur esse communis opinio, licet Alexand. in l. contumacia. ff. de re iudi. teneat contrarium, de quo ibi per eum. Secunda conclusio est quod contumax notorius potest non citatus mulctari, ita tenet d. Anto. Abb. & Mod. hic, & communiter ita tenetur per rationes & iura, de quibus in præced. cōclusionē. In contrarium facit quod not. Bart. in l. eius qui delator. ff. de iur. fisci. vbi ille, qui dixit se nolle venire, non tamen debet dici notorius contumax. ex quo potuit habere aliquam causam cur non compareret. vnde non debet posse mulctari non citatus. respondet Aret. hic, quod ista doct. Bart. non est vera: quia debet sibi imputare ille qui habet iustam causam, & non allegauit. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. vnde istud quod potuerit habere iustam causam, si eam non allegauit, non facit vt etiam non citatus non debeat mulctari. iste articulus non est discussus per doctores hic, licet ab eius veritate pendeat omnis quæstio. pro opin. Bart. facit text. in capitulo peruenit. el secundo cum gloss. j. de appel. clarum est, quod regulariter quis tenetur residere in ecclesia sua. c. audientiam. & toto titulo de cleri. non resid. ponamus, quod sententia sit lata contra clericum vt resideat, ipse appellat: diciturne ista appellatio notoriè frustratoria, text. est ibi, quod non ex quo in aliquibus casibus clericus non cogitur residere ecce ergo quod ibi potentia, quod quis habeat iustam causam in aliquo casu, excusat à notoria culpa. ergo idem in nostro casu. Item pro ista opin. facit quod not. Aret. in l. in illa. ff. de verb. oblig. vbi generaliter cōcludit, quod vbicumque iudex procedit super notorio, quod aliquo casu sit excusabile tunc debet procedere causa cognita, & requiritur citatio. allegat text. in l. quia autem. §. non simpliciter. ff. si quis omis. causa test. & idem tenuit in consilio suo. consil. clxij. incip. Sicut Ioannes dicit. versu. secundum allegat. quod fecit in causa interdicti Florentinæ ciuitatis. Quarto facit, quod not. Bart. in d. l. in illa. vbi quauis notorium sit, quod tutor debet facere repertorium. tamen ex quo aliqui casus sunt, in quibus non tenetur. l. tutor, qui repertorium. ff. de administratio. tur. propter illos casus non dicitur notoriè delinquens. Quinto facit text. in l. iij. §. ad diem. ff. de re milit. & in l. quamuis. ff. de in ius vocando. & licet illi text. non loquantur in notorio. tamen idem est in nostro casu ex quo licet quis dixerit se nolle venire potuit habere iustam causam, quod impossibile videtur esse notorium iudici. nam vt dicit Innoc. dominus Antonius & dominus Abbas in capitulo vestra. de coha. clericorum & mulierum. quod nullum delictum potest esse ita notorium, quod non præsumatur posse competere aliqua excusatio. Quinto pro ista parte facit textus in c. sæpe. de appellationibus. vbi si esset solū quæstio iuris, & de arbitrio iuris certi debet pars citari: & tamen iura sunt notoria. & dicunt ibi Ioannes de Imola & Abbas quod quando nulla alia appareret defensio, satis est, quod illud ius potuerit tolli per consuetudinem: ideo pars debet citari: quia forte allegabit consuetudinem, & probabit. & per hoc ita cōsuluit collegium Florentinum in consiliis Fran. de Curte. consil. xxj. Deus æterne. In cōtrarium facit quod not. Bart. in l. ij. ff. si quis in ius vocan. & ibi omnes sequuntur vbi concludit quod si iudex regulariter incompetens \* ciret aliquem, 42 non tenetur citatus comparere, licet aliquo casu possit esse iusta illa citatio: per text. in l. quoties. ff. si quis cautio. facit glo. in l. ij. ff. de appel. recip. in gloss. fi. in fine cum simi. Secundo facit quod not. Innoc. in c. ij. de dila. sequitur Felin. in c. cum ordinem. §. de rescrip. vbi si seruus obtinuit citari dominū suum ob iniuriā intolerabilem. inf. de his qui sunt sui vel alic. iur. §. penul. nisi hic in citatione sit expressum

non

non tenetur dominus comparere licet ista citatio potuerit esse facta ex iusta causa. Tertio facit quod not. Felin. in cap. super literis. versu. decima regula. supra de rescrip. Item quod not. in cap. j. & in cap. ficur. j. de re iudica. Abb. & Modern. in c. prudentiam. in princip. §. de offic. delega. in quibus locis cumulantur multa similia ad doctrinam Barto. & Innocen. in locis præallegatis. & per Perus. in c. iij. de app. quid dicendum. rationes hinc & inde videntur vrgere, tamen tenendo communem opinionem, quæ confirmatur ex rationibus huius secundæ partis ( quantum ad præsentem articulum ) potest responderi ad contraria vno verbo. quod aut loquimur in cōtumace, & tunc ex quo iste nullam causam assignauit, etiam si possit habere iustam causam, tamen dicitur notorius contumax. quia præsumetur, quod imò non habuerit aliquam causam, ex quo regula est quod contra contumacem capienda est illa præsumptio, quæ sibi magis nocet. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de inter. aet. Bald. Angel. Salice. in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iud. Alexand. in l. contumacia. ff. de re iudi. aut non loquimur in contumace: & tunc secus. d. c. sæpe. de appellat. d. l. iij. §. ad diem. d. l. quamuis. & dicit. §. non simpliciter. ad not. per Bartol. in dicta l. in illa. dic communiter non teneri per Imol. Aret. Alexand. & Ias. ibi ad capitulum peruenit. de appellat. quicquid dicat Areti. in d. l. in illa. dic quod ille text. aliter est intelligendus, vt declarat domi. Felin. in c. quod ad consultationem. de re iudic. ibi concludit, quod in appellatione ibi erat expressa causa idonea, licet per calumniam vnde appellatio non est frustratoria notoriè. nec obstat doctrina Bartol. in dicta l. eius. quia intelligenda est in eo contumace, qui dixit causam. vel aliter, vt patet ex supradictis. & hoc modo remanet defensata communis opinio à primo obiecto. Secundo contra communem videtur esse decisio expressa. Bartol. in l. j. in fine principij. ff. si quis ius dicend. non obtemp. vbi concludit, quod si contumacia est facta coram iudice, licet non requiratur nouus processus, requiritur tamē citatio, si est facta coram iudice, ergo notoria. l. nullum. vbi not. C. de restit. Bal. in l. j. C. vt lit. pen. sed ad hoc respondet Roch. quod illa verba Bart. coram iudice non debent intelligi quod sit iudici notorium, sed quod esset contumacia facta in eo iudicio. & Bart. dixit coram iudice respectu sequentis membri distinctionis. in quo loquitur coram alio iudice id est, in alio iudicio. & hoc patet etiam ex lege quam allegat dum allegat l. ij. ff. si quis in ius vocan. & verba doctoris sunt intelligenda secundum legem ab eo adductam. Bartol. in l. non solum. la ij. §. si liberationis verba. versu. Et primo ad j. ff. de libe. lega. Tertia conclusio est, quando contumacia non est notoria, non potest quis mulctari sine noua citatione. Abb. hic Anto. de But. Aret. Felin. Decius, Ias. in l. j. ff. si quis iudici. non ob. Bar. & scrib. in l. ij. per illum textum. ff. si quis in ius vocat. non ier. & facit text. in dicta l. iij. §. ad diem. ff. de re milit. & ratio est, quia in multa requiritur causæ cognitio. dicta l. ij. ergo citatio. Aduertendum est quia licet Aret. & Decius dicant in illo textu probari communem opinionem, tamen videtur, quod possit responderi. nam licet tex. dicat, quod ex causa iudex damnabit contumacem, non tamen sequitur, ergo debet adhibere cognitionem causæ imò stat simul quod satis causa puta contumacia, licet iudex aliter non discutiatur: potest etiam dici ex causa, quia rusticitati parcendum, vt intelligit glo. non tamē per hoc dicitur quicquam de cognitione, & ideo Bald. in dicta l. ij. & in c. dilecti. de dolo, & contuma. & in c. grauis. de restitutio. spolia. tenet contra communem opin. pro qua allegat, primo quia ex quo ista multa venit in pœnam contumaciæ dicitur illi connexa, & venit consecutiue. ergo non debet requiri alia citatio per not. per Innoc. in c. calumniam. de pœnis. Alia ratio videtur fortior, videlicet sententia interlocutoria non requirit aliam citationem si quis sit legitime citatus ad processum, & hoc, quando in sententia non grauatur pars putà quia non statuitur nisi pœna quæ exprimitur à iure, vt in casu nostro pœna, de qua in l. eos. C. de mo. mult. ita tenet Iacob. Butri. & Bal. in l. ne quicquā. §. vbi decretum. ff. de officio proconsul. & leg. & licet communiter teneatur quod in interlocutoria requiratur citatio, vt refert ibi Iason, tamen quando quis non facit nisi quod lex præcise iubet, non requiritur citatio probatur ex not. per Bar. & alios in l. is cui bonis. ff. de verborum obligatio. vbi dicit, quod quado iudex prodigo \* interdicit administrationē bonorū, non debet aliquem citare. ex quo nil facit nisi quod lex ipsa facit Item probatur ex notatis per eosdē in l. qui habet. §. si pupillus. versu. quolibet. de tutelis, vbi in datione tutoris vel curatoris si non sit datiuus, non requiritur aliqua citatio. & idem tenet Bartolus, in l. tutor si petitus. ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his. Item facit regula generalis quod vbicumque quis si citaretur, non posset contradicere, talis non est citandus, vt per Cinum Bartolum Baldum Albericum de Rosa. in l. nam ita diuus. ff. de adoptio. sed in nostro casu etiam quod citaretur & compareret, iste contumax non posset facere, quin haberet locum. dicta l. eos. C. de modo mult. ergo ista citatio non est necessaria. & ex his videtur limitanda communis conclusio, vt non procedat, quando præses vel quilibet magistratus iudicaret secundum dictam l. eos. & hoc casu posset defendi opinio Baldi. & hoc tenet Antonius hic. Secunda limitatio traditur per q. Abbatē & alios hic. vt prædicta conclusio procedat in multa, quæ extrinsecus venit, & arbitrio \* iudicis imponitur, secus est in pœna contumaciæ, quæ ipsum processum respiceret, vt est missio in possessionem ex primo & secundo decreto. per not. per Bartolum in dicta l. iij. §. ad diem. cum similibus. & tradit Alexand. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. Sed aduertendum est, quia ista differentia Bartoli non videtur habere aliquam rationem: quia ratio, cur in primo vel secundo decreto quis non sit de nouo citandus non est alia, nisi quia ex processu apparet eius contumacia, & ipse potuit comparere, & non comparuit: idcirco non est amplius citandus. ista ratio habet locum etiam in multa, vnde non est statuen-



dum diuersum ius. facit, quia licet in officio iudicis nobili requiratur datio libelli & litis cōtestatio, & aliæ solennitates vt declarat Bartol. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de officio proconsul. & lega. tamen si per illud officium iudicis intentetur illud, quod aliàs in iudicio cognitum fuit, non requiritur huiusmodi ordo, vt traditur in l. iubere cauere. ff. de iurisdictione omnium iudicum. domi. Iaso. in l. si intra. ff. de re iudica. ita in nostro casu, ex quo semel cognitum fuit de contumacia quæ est causa efficiens ipsius multæ, non videtur necessaria alia cognitio, nec citatio ex quo respectu ipsius causæ efficiens non potest assignari ratio differentia. Fortius videretur per pactum rationis dicendum totum contrarium, nam nos videmus quod primum & secundum decretum facilius reuocatur, quam multa. l. si quis emprionis. §. sed & si quis. C. de præscriptione xxx. vel xl. annorum. not. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. iunctis not. per Bartolum in l. vnica. ff. si quis iudic. non obtem. & in l. qui ea mente. ff. de furtis. ergo in primo, vel secundo decreto. potius fuerat contumax citandus ad videndum, nunquid vellet purgare contumaciam vel facere reuocari processum contra contumacem, quod facilius conceditur quàm in multa. Tertia limitatio traditur per Modernio. hîc & Alexand. in dicto §. Iulianus. vt non procedat suprascripta conclusio, quando iudex contumaci multam comminatus esset. quia tunc absque t̄ alia citatione poterit imponi per not. per Bartolum in l. impuberibus. §. fina. 46 ff. de suspectis tutor. nam ex illa comminatione satis dicitur citatus in tali grauamine. adde pro ista limitatione facere quod notat dominus Alexander, in l. filiusfam. §. diui. ff. de legatis primo. vbi dicit, quod si factum sit præceptum siue comminatio, aut præcessit causæ cognitio, vt est noster casus, & tale præceptum meretur executionem absque alia citatione. l. ea quæ. C. commi. vel epistol. aut non præcessit aliqua cognitio, & non meretur executionem. l. programma. C. commin. vel epistol. sed erit necessaria noua citatio, & nouus processus & sententia, per quam imponi poterit multa ei qui iudicis præcepto non paruit. l. ij. §. j. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Contra istam limitationem videtur tenere Paul. de Castro in l. j. §. j. ff. si quis iudic. non ob tempo. vbi dicit, quod ad hoc, vt iudex possit multare, requiritur inter alia quod contumax plus sit citatus cum comminatione multæ. quia aliàs posset credere citatus, quod non posset procedi ad multam. sed alia iuris remedia. & debet etiã postea citari ad videndum declarari se incidisse in multam. quare ex mente Decij videtur concludendum, quod aut iudex in comminatione expressit se multaturum, & expressit etiam quantitatem multæ, & hoc casu procedat communis opinio aut non expressit aliquam quantitatem, & tunc procedat opinio Paul. de Castro. puto communem opinionem indistincte esse veram, quia ratio Pauli de Castro, non videtur iuridica, dum dicit, quod contumax posset credere iudicem non multaturum, sed processurum ad alia iuris remedia. nam videtur, quod ista credulitas non sit probabilis. nam ex quo iudex potuit id facere, debuit reus hoc considerare. l. sed & si restituatur. §. fina. ff. de iudic. vbi quicquid est possibile, est etiam præsupponibile. quod tantò maximè procedit, si iudex potest mittere in possessionem actorem, vt illi satisfaciat: & etiam multare reum, vt vindicet contemptum auctoritatis suæ: quam opinionem tenet ibi Bald. licet idem Paul. teneat contrarium. Secundò contra istam limitationem facit, quia iste citatus cum comminatione multæ, respectu multæ erit solum contumax præsumptus, non autem verus. sed multa nunquam committitur, nisi ex vera contumacia. dicta l. vnica. versiculo fina. in glos. magna vbi omnes. ff. si quis ius dic. non obtempe. Decius hîc, licet non formet, contrarium tamen videtur dicere, quod hoc casu sufficiat præsumpta contumacia licet regulariter sit secus. & probat hoc per simile, quia etiam in condemnatione expressarum sufficit præsumpta contumacia. l. sancimus. vbi Cinus & Baldus. C. de iudic. & sic habes vnã limitationem ad not. in dicto §. fina. duas alias ponit Ias. ibi, quartam limitationem habes ex notatis hîc per Aretin. vbi concludit, quod præsumpta contumacia non sufficit ad multandum, nisi iudex haberet vehementem præsumptionem doli & malitiæ partis. quia tunc ex tali dolo præsumpto posset iudex multare. l. & in multis. C. de appellatio. c. præterea. de appellatio. capit. ij. de testibus cogen. & ex ista limitatione potest tolli contrarium supra formatum. nam limitatio Decij non placet, ex quo inducit specialia contra gloss. in l. filium quem. C. famil. eriscund. & quia eius ratio non est bona, quia in hac materia non valet argumentum de expensis ad multam vt firmat idem Decius j. & domi. Ias. in l. j. in princ. ff. si quis iudic. potest etiam dici ad prædictum contrarium quod imò talis citatus, si inuentus sit personaliter, sit verus contumax. vt tradit Bartol. in l. fina. ff. de in integrũ restitutione. & hoc magis placet. Et in quantum Decius hic arguit contra primam conclusionem, quod etiam quod contumacia sit notoria. tamen ex quo iudex potest grauare in taxatione multæ, debet pars citari. l. nam ita diuus. ff. de adopt. responde, quod istud non est in consideratione ex quo poterit appellari. gloss. in c. super his. in verb. arbitrium, infra de appellatio. vel dic, quod istud grauamen non consideratur in pœnam notorij contumacis, argumento. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de inter. act. cætera dic per Moderniores hîc. Quarta conclusio t̄ sit in excommunicatione lata à lege, quia non solum in cōtumacia notoria non est necessaria citatio, sed etiam in facto notorio idem iuris est, licet sit secus in excommunicatione lata ab homine, vt supra dixi in prima conclusione, & ita tenet Abb. in c. parochianos. de sententia excommunicata. Abb. & Moder. in c. peruenit. el. ij. de appellatio. & traditur in consiliis Fran. de Curte consilio vigesimoprimum. Roman. consilio cccclxxxij. in casu permissio. cum similibus. & quia circa hanc conclusionem alij nil dicunt, ideo omitto: quia non est locus hîc. & facit text. in c. Deus omnipotens. §. quando

quando, vbi Archidia. ij. q. j. quem vide, quia videtur vrgere in contrarium, dum non loquitur de excommunicatione, quæ fit propter contumaciam, sed quæ fit in pœnam. sed dic, vt per Archidia. ij. q. j. c. nemo. & xj. q. iij. episcopi.

S V M M A E.

2 Laici non ex causis ecclesiastica tractant. 4. s. 6.

7 Presumere variè accipi.

C A P V T II.



**D**E CERNIMVS. In glo. ij. ibi, merè \* ciuiles. concludit glos. quod episcopus causas ciuiles laico delegare t̄ potest, & ita communiter tenetur. Cōtrarium tenet Barb. hîc per quatuor rationes, quibus respōdet Decius, vt hîc per eum. Adde quod cōtrarium etiam tenet Bald. hîc & mouetur stricta ratione, quia laicus non potest habere personam clerici sibi obligatā: sed si esset iudex, haberet, quia ex litis contestatione, quæ est quidam quasi \* contractus, obligatur quis personaliter iudicio. l. iij. §. idem scribit. ff. de pecul. l. ij. vbi Bar. ff. de præstip. ergo & c. Sed responde, quod verum est, quod laicus istud non potest nomine proprio, sed nomine episcopi sic, vt est noster casus. Item nō videtur, quod ista obligatio ad iudicium coram laico sit prohibita: quia ex quo est quasi cōtractus, potest se clericus hoc modo cuiuslibet obligare sine licentia sui episcopi. c. significasti. j. titu. j. & propterea opin. Guliel. de Cun. in Auth. clericis. C. de episcop. & clericis. qui distinguit inter realem actionem vt in hoc casu communis opin. procedat, secus in personali, est satis tolerabilis, licet Bald. hîc eam non teneat per not. in d. l. ij. de præstip. quæ parum faciunt. Non dicens tamen à communi, not. quod quis potest facere nomine alieno, quod non potest nomine proprio, pro quo faciunt duo similia. nā sacerdos non potest absolue excommunicatum nomine proprio, & tamen ex delegatione episcopi sic. gloss. in c. de cætero. j. de senten. excommu. Felin. in c. fin. in princ. §. de offic. ordi. Secundò potest laicus de causa suspicionis iudicis ecclesiastici cognoscere: quia vertitur causa ciuilis ecclesiastica non spiritualis. Gem. in c. legitima. de appel. lib. vj. de quo tamen dicto dubitat Modernio. & adde hîc etiam not. per gloss. & scrib. & ibi dixi in l. fin. C. de pactis. & habetur per Bald. in c. cum dilectus. in fin. in versic. item not. §. de electio. & tenendo communem, limita eam primo t̄ procedere, quando clerici idonei non reperiuntur, tunc potest delegari laico, aliàs non ita tenet Francif. Vercell. argumento c. relatum. ne cleri. vel monachi. qui text. probat in argumentum vt hîc per Moder. qui adducunt multa similia. quibus adde, quod not. Bal. per illum textum in l. in ecclesiis. C. de episcopis & clericis. vbi tenet, quod si in ecclesia reperiuntur idonei ad promouendum, debent promoueri de ipsa, & non aliunde, dicit tamen, quod si fieret electio de aliis extra corpus ecclesiæ valeret, vt not. in c. cum inter canonicos. de electio. & hoc facit ad ea, quæ not. Abb. hîc. & intellige, quod in tantum valeret, quod etiam si appellaretur, talis appellatio tanquam friuola repellenda esset. ita probatur in d. c. cum inter can. & ibi Bald. Secundò limitatur t̄ non procedere in delegato ad vniuersitatem causarum ciuiliū xvj. q. vij. c. in noua. & Aretin. hîc, qui text. probat in ratione sui, quæ est generalis. l. regula. §. si quis. de iur. & facti ignor. & facit quia non sequitur, potest quis delegare vnã causam, ergo etiam vniuersitatem causarum. §. nulla. in auth. de defen. ciuita. & in auth. & iudi. sine quoquo suffra. & in authen. de mandatis principum. §. illud. & in authen. vt nulli iudi. in princ. & equiparantur tales delegati vicariis & habentibus ordinariam: vnde etiam de iure ciuili subdelegantur. glo. & scrib. in l. more. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & ad eos appellatur non ad episcopum à subdelegato. l. j. ff. quis & à quo. & cum simus in materia prohibitiua secundum gl. xxiiij. q. j. c. vltimo. videtur, quod ista limitatio sit verior. Tertio limitatur t̄, vt non procedat in causa spirituali vel criminali. vnde talis causa non potest committi laico & clerico simul. secundum Abb. in cap. significasti. de foro competenti. vbi assignat rationem, cur possit committi. c. per tuas. §. titulo. j. & tamen non delegari. & dicit, quod compromissum est actus facti, & ipsum arbitrari non est quid spirituale, secus est ipsum pronuntiare ex delegatione. allegat etiam capitulum, si iudex laicus. de sententia excommunicata. sed adde, quod imò contraria opinio est probabilis per textum in dicto capitulo per tuas. & regulā l. si communem fundum. ff. quemadmodum feruit. amir. Barto. in l. præcipimus. §. penul. C. de appel. Felin. in c. ij. de iudi. Ias. in l. si quis ex argentariis. ff. de edend. in l. Imperiū. ff. de iurisd. om. iudi. nec ratio differentiæ domini Abb. est bona. tum quia valet argumentum de iudiciis ad arbitria. l. j. ff. de arbit. nec probatur quicquam in contrarium, nam non probatur quod sit magis spirituale iudicare ex delegatione quàm ex arbitrio: cum & iudex delegatus non dicatur habere iurisdictionem nisi respectu facti, & sic exercitium tantum, secundum Bartol. in l. imperium. in fine. ff. de iurisd. om. iudic. Nec text. in dicto c. si iudex. quicquam facit: quia ibi iudex laicus non cognosceret ex delegatione episcopi vt est noster casus. Et hanc opin. tenet Imol. hîc & in dicto c. per tuas. quicquid tamen sit, non videtur discedendum à communi. pro qua adducunt etiam Moder. regulam, quod solum laicis permiffum in ecclesiasticis rebus videtur, quod id reperitur specialiter cōcessum. gl. xxiiij. quæst. j. c. fi. Sed puto, quod illa glos. loquatur in rebus spiritualibus quæ tractantur nomine proprio, non autem de consensu episcopi, seu nomine alieno. & ideo Bald. hîc firmat contrarium. & est regula l. nec non. §. quod eis. ff. ex quibus causis maio. & probatur hoc in c. j. in versic. cum regulariter. de procur. lib. vj. & est gloss. in c. quod alicui. de regulis iuris eodem libro. vnde ista opi. Imol. est satis sustentabilis. Ex doctrina Abb. hîc

notat quod quis dicitur præsumere † quando propria auctoritate aliquid facit: secus, si aliena: unde in-  
fert ad statutum, ut hic per eum. & concor. traduntur per Felin. in c. iudæi. in fin. §. de testibus. Aduerte  
primò quia imò in contrarium videtur esse verior opin. modificata tamen, ut §. dicam. nam quod imò  
præsumere dicitur, qui alieno nomine facit, videtur esse text. iuncta gloss. in §. sic itaque. in authen. de  
nupt. vbi probatur, quod nil aliud est præsumptiuè agere, nisi temerariè, & superbè. quæ qualitas potest  
cadere etiam in eo, qui nomine alieno agit. Secundò probatur in authen. Item nulla communitas. iun-  
cta gloss. C. de episcopis & clericis. nam ille text. prohibet, ne communitas aliqua indicat angarias ec-  
clesiæ, nec eius bona inuadere præsumant, nunquid compræhendentur officiales, qui hoc agunt nomine  
communitatis, & sic nomine alieno: certè sic, ut tenet ibi gloss. in verbo, quod si fecerint. Tertio facit  
text. in c. ij. §. ne cleri. vel mona. vbi sacerdotes ministri laicorum, & sic agentes nomine alieno, dicuntur  
præsumere, nisi dicas, quod illud est dictum, considerato ipso actu ministrandi, qui propriè est clerico-  
rum. meliùs faciunt superiora argumenta. Quartò facit, quia si in dispositione limitata loquente nec  
de agente habet locum dispositio loquens de seruiante, ut est text. in l. j. §. de iecisse. ff. quod vi aut clam.  
l. j. ff. si fami. furt. fecit. dicitur. Quintò facit, quia verba statuti intelligenda sunt ex communi vsu lo-  
quendi, ut per Modern. in procemio Grægor. Bartol. in l. Labeo. ff. de sup. leg. Sed nos videmus, quod  
generaliter dicimus eum præsumere & esse præsumptiuum, quia temerarius est, & rei se interponit,  
cui non debet. ergo &c. & propterea concludendo firmandæ sunt quædam conclusiones in quibus opin.  
Abb. hic procedit. Prima est, quod ille qui facit id ex propria auctoritate, quod non potest nisi ex alie-  
na, dicitur præsumere. & ita † potest saluari Abb. hic, & ita dicit Felin. in d. c. iudæi. idem si nullius au-  
toritate potest. & generaliter quicumque facit illud quod de iure non debet, potest dici præsumere, &  
hoc tenet gloss. in d. c. iudæi. & sic puto, quod compræhenderetur in statuto. fallit nisi prætenderet ius-  
tam ignorantiam. l. generali. C. de tabell. libro decimo. gloss. in l. in rem. §. j. ff. de rei vendi. Alexand. in  
l. de pupillo. §. nuntiatio. ff. de ope. noui nuntia. nam tale verbum, præsumere, arguit \* dolum, ut hic per  
Modernio. qui tangunt, nunquid, qui non potest aliquid per se, possit per alium, cum quibusdam aliis  
extra propositum. & pro dicto Abb. adde text. in c. sanè. §. de privileg. & in auth. si quis episcopus. C. de  
episcop. & cleri. & in auth. statuimus. vbi Alber. de Ros. eod. tit. & adde, quod hoc verbum, præsumere,  
non est verbum elegans, sed sumptum ex vulgo: unde in hoc significatu non reperitur in Digestis, sed  
tantum in vulgata versione authenticorum, & canonibus, qui barbarè loquuntur. Corsetus in repeti.  
c. grandi. de sup. neglig. præla. lib. vj. Bald. in c. j. §. & quia videmus. qui feud. da. possunt.

S V M M A E.

2. Conuincendi forma. 4.

8 Confessionem iudicalem ex causis non obesse. 12. 13. 14. 15. 16.

C A P V T IIII.

**A**T SI CLERICI. Not. quod quis condemnari debet, quando est \* conuictus. 1  
quod fit etiam per duos testes, ut hic per Abb. † quod etiam procedit in papa per glo. 2  
in c. præsul. ij. q. v. de qua dubitat hic Decius, ut per eum. Adde, quod illa gloss. non vi-  
detur vera. ex quo ad hoc ut condemnetur episcopus, requiruntur lxxij. testes. ij. q. v.  
nullam. Sed papa est episcopus Romæ: ergo &c. Item difficilius præsumitur contra pa-  
pam, quam contra cardinalem. xl. distinct. c. si papa. nam aliorum causas Deus comi-  
sit aliis terminandas, ipse solus papam iudicat. ix. q. iij. aliorum. Item quia ratio d. c. præsul. militat etiam  
in papa. nam tot testes statui propter malitiam hæreticorum illud fuit inductum, ut dicit glo. in d. c. nul-  
lam. in fin. quæ ratio maior est in papa. Not. secundò differre \* confessum à conuictò. & propterea statu-  
tum loquens de conuictò, non compræhendit confessum, ut hic per Abb. contrarium tenet Barb. hic. 3  
Vltra eum aduertendum est, quia verbum conuictus, est generale, & compræhendit quemcunque mo-  
dum, quo quis sit † conuictus. unde dicimus, conuictus argumentis. l. ij. C. quor. appel. & conuictus con-  
fessione sua. l. qui sententiā. C. de pæn. unde genus compræhendit sub se propriè quancūque speciem. 4  
Bald. in l. ij. C. de iur. aur. anul. Mod. in c. nam concupiscentiam. de constit. nec pro Decio hic aliquid fa-  
cit glo. in l. fin. C. de compen. per eum allegata: quia probat, potiùs contrariū. nam mens illius, gloss. est  
quod illa l. debet intelligi de conuictò per testes, non autem per confessionem, secundum l. eum, qui. ff. de  
iureiur. quia conuictio per confessionem deferendo iuramentum potest fieri faciliter. & d. l. fin. loquitur  
de conuictione quæ difficulter fit. Vnde illa gloss. probat contrarium. nec etiam l. si quis hoc genus. C.  
de episco. & cleri. facit pro Dec. Imò probat contrarium ponderando dictionem seu, cuius propria na-  
tura est idem ponere, vel differens tantum per genus, & speciem, ut dicit Bart. in rub. C. de nauicul. lib.  
xj. Bart. in l. si is qui §. vtrum. ff. de reb. dub. Moder. in l. petens. C. de pactis. Nec obst. l. fin. C. de execu-  
rei iud. quia non negatur, quin conuictus dicatur ille, qui negat. Sed dico, quod etiam compræhendit  
confitentem. d. l. qui sententiā. Pro nostra opi. etiam facit tex. in l. quoties. C. de luc. aduo. lib. xij. quæ  
lex exorbitans loquens in conuictò procedit etiam in confitente. l. si quos. C. de offi. præf. præto. Certè  
nisi propriè cõfessus esset conuictus, lex exorbitans & odiosa non haberet locum in eo. in authen. quas  
actiones. C. de sac. san. eccle. cū similibus. eodem modo potest induci c. j. iuncto seq. §. de furt. Aduertendo  
tamen communè videtur, quod debeat limitari, quando quis esset † confessus necessariò, purà propter 5  
aliquam positionem, cui necesse fuit respondere. nam tunc ex quo inuitus confessus est, videtur eadem  
ratio quæ in conuictò testibus. Aduerte etiam, quia videtur indubitabile, quod statutum loquens in con-  
uictò

uictò compræhendit confessum propter regulā, quæ habet q. etiam in correctoriis licita est extensio ex la-  
ta significatione vocabuli, ut per gl. in cle. j. in ver. eligat. de elect. gl. in auth. minoris. C. qui dar. tu. Et in  
statutis hæc regulā firmat Iaf. in l. j. §. veteres. ff. de acq. pos. sed ego dubito de illa regula, quæ vñ cõtra tex.  
in l. Gallus. §. & quid si tātū. ff. de lib. & post. vbi dispositio Galli loquens de morte nō extenditur ad mor-  
tem sub lata significa. purà ad mortē ciuile, de quo per gl. in j. c. susceptū. de refer. lib. vj. Tertio not. Con-  
6 fessionem in iudicio factā præiudicare, si verò sit facta \* extra iudiciū, facit solū iudiciū, unde potest  
torqueri secūdū Bar. in l. capite v. ff. de adul. doct. in l. magistratibus. ff. de iu. om. iud. Fel. in c. olim. de re-  
7 scri. in c. ad hæc. de simo. ampliāt istud not. do. Abb. & Mod. vt puniatur confitens \* etiā si processus sit  
nullus. per tex. in tit. j. de accus. lib. vj. & c. fin. de resti. spol. Abbas hic & alij. Sed tu nouiter, aduerte quia  
hæc opi. est contra hunc tex. nā processus est de iure publico & substantiale iudicij. l. prolatā. C. de sen-  
ten. & inter. om. iud. Sed hic est tex. in primo responso, q. cõfessio in iudicio, quod est nullū ratione iu-  
ris publici. c. si diligenti. §. de foro cõpetenti. aliquatenus non præiudicat: ergo &c. confirmatur quia  
confessio dicitur de actis iudicij, vt innuit domi. Abb. hic. & patet ex not. per doct. in l. acta. ff. de re iud.  
& l. iij. C. de edend. Sed vitiatò processu, vitiantur acta. dicta l. prolatam: ergo &c. & vide Aret. in c. qua-  
liter. el. ij. de accus. Quare puto quod istud dictum doct. debeat sanè intelligi, scilicet quando quis con-  
fessus esset etiam non factò aliquo processu, prout loquitur text. in d. c. j. de accusa. aut quando factus  
est processus qui non valet, non quia sit erratū in substantia ipsius secundū. d. l. prolatam, sed propter  
aliud. nam in processu potest errari pluribus modis secundum Bartol. in d. l. prolatam. aduerte tamen,  
quia si valet confessio etiam absque aliquo processu d. c. j. de accus. ergo idem si factus sit processus nul-  
lus, quia quotiescunque aliquid non requiritur si interueniat & malè, non vitiat. l. j. in princip. C. de rei  
vx. act. Iaf. in l. j. ff. si cert. peta. nisi dicamus, quod ista regula fallit in iudiciis, quia nos videmus quod in  
sententia non requiritur causa. glo. in l. ij. §. ignominia. ff. de his qui not. infa. & tamen apposita ineptè  
vitiat. Bartol. in l. si is apud quem. ff. de acquir. hæred. cum similibus, quæ potuit Felin. cum ordine. §. de  
8 rescriptis. Tenendo † igitur istam regulam limita primò, vt per Rom. in l. si non speciali. C. de testa. al-  
legat glo. in c. tua nos. vt ibi, per eū. Secundò limita quando confessio non esset facta principaliter, sed  
incidenter, quia tunc non præiudicat secundū Bart. in d. l. si confessus. quem communiter sequuntur hic  
alij, quibus adde Barb. in consil. ij. in j. vol. & est glo. in c. pœnitentibus. quinquagesima distin. Sed ista li-  
mitatio eget declaratione: nā non videtur verum, quod dictū incidenter non præiudicet. nā fundamen-  
tū Bart. in d. l. si cõfessus. loquitur in exceptione. & hoc est clarū, quia exceptio nō debet præstare arma  
actori. c. cū venerabilis. de excep. Bart. in l. nō vtiq. de excep. in l. decē. de ver. obl. in l. frater à fratre. vbi  
Mod. ff. de cõdict. indeb. sed in actore videtur secus. ex quo actori etiā incidētia in libello præiudicat, vt  
9 est gl. in l. nemo. §. quoties. ff. de reg. iur. vbi \* qñ cõpetunt alicui duæ actiones, in quarū altera est plus,  
si sit intētata minor, si petatur illud plus, qd nō sit nisi incidenter, præiudicat actori. Ad idē facit text. in  
l. si sine. ff. de inter. actio. Ad idē: quia sicut cõfessio mea incidenter mihi prodest. l. si filius. §. fin. vbi glof.  
ff. de inter. act. pariformiter debet obesse. imò tantò magis l. de ætate. §. j. eod. tit. Fortius facit text. in l. si  
10 vbi gl. ff. de inter. act. vbi filius cõfites \* se hæredē principaliter respectu vnus nō præiudicat sibi respe-  
ctu alterius, secus si sit paterfami. ergo ibi cõfessio incidens præiudicat. nec glo. allegata per Bart. in l. si  
filium. C. de lib. caus. facit aliquid: quia ibi non cõfessus erat nec incidenter nec principaliter. nā quum  
dixit, non feci, & si feci, dico me iure fecisse: loquutus est conditionaliter, unde nil posuit. l. quibus die-  
bus. §. Thermilius. ff. de conditionibus, & demōstrationi. c. fin. de conditio. appella. Ad gloss. in cap. ex  
pœnitentibus. potest responderi, quod nō loquitur de confitente in iudicio, sed extraiudicium tantum,  
quæ non solet præiudicare. l. capite quinto. vbi Bartolus ff. de adulteriis. & j. veniet dicendum. Vnde  
puto, quod opinio communis procedat duobus casibus. primò quando iudex, coram quo confessum  
est, non esset idoneus quo ad incidens, argumento huius text. in primo responso. Secundò in excipien-  
11 te arg. d. l. non vtiq. cum similibus quæ supra dixi. Addunt Moderni idem in falso, quod \* confessio  
incidens in falso præiudicat, vt per Petrum de Ancha. in consil. clxxij. allegato hic per Dec. sed ista opi.  
non videtur vera, quia difficilius præsumitur & difficilius admittitur probatio falsi, quā aliorum crimi-  
num, vt est gl. in l. iurifigētiū. §. quod ferè. ff. de pact. quā ibi sequitur Bal. Ang. Alex. Iaf. & Iaf. in l. j. vbi al-  
legat concord. ff. si quis ius dic. non. Et hoc de cõfessione incidēti. De principali verò an noceat, firma  
12 regulam, quod sic, per hunc tex. & da ix. fall. vt hic per Dec. Circa tertiam fallentiā in quantum † Mod.  
allegat consil. d. Mariani, quod si quis sit tutus præscriptione, licet confiteatur delictum, tamen sibi non  
præiudicat. Aduerte quia in contrariū facit: quia quāuis sit præscriptū, tñ culpa remanet affixa oñibus,  
arg. eorum quæ ponit gl. in §. j. in verbo dominium. Insti. de vsuc. Sali. in l. traditionibus. C. de pact. doct.  
in auth. nisi tricēnale tempus. C. de bo. mat. vnde ista præscriptio nil aliud facit, nisi quod inducit præ-  
sumptionē iuris & de iure eum nō fecisse, vt dicit Bar. in l. si. C. vnde vi. quod præsumptio per propriam  
confessionem tollitur, vt notat Alex. in rubrica ff. de acqui. hæred. Alex. in l. à diuo Pio. §. si pignora. ff.  
de re iudic. Nec obstat fundamētum Decij quod par est esse solum vel præscriptum. l. si pupillus. ff. de  
admi. tur. quia respōd. illā reg. procedere in præscriptione rerū, nō criminū, quæ nō cadūt in æstimatio-  
nem pecuniæ, & possunt tolli: secus in culpa quæ perennis est. l. si. C. de gen. abol. Circa iij. fallentiā,  
13 dum † limitat in eo, qui spōte, & nō vocatus cõfessus est, videtur q. non debeat esse aliqua differētia, per  
tex. in l. si sine. ff. de inter. actio. Sed responde q. ibi ex illa confessione nil releuauit actorem, qui omnino  
Ecc y faciliter



faciliter interrogasset, vnde in nostro casu puto, quod si faciliter potuit actor vocare hominem in iudicium & probare, quod confessio rei nil iuuet, ex quo nil releuauit actorem per dictam legem si sine. intellige tamen istam fallentiam sanè, vt hic per Modernio. Circa quintam limitationem aduerte, quia † Ioan. Andre. in dicto c. j. in gloss. fin. de testibus. libro sexto, tenet opinio. quam s. tenui ego. scilicet quod confessio incidens nocet confitenti, modo non confiteatur per viam exceptionis, vt supra ego dixi. quando Modernio. hic malè allegant illam glossam, & probat contra illos. Circa sextam limitationem dum dicit † quod non procedit in fide confessio, putà in contumace. secundum Baldum, in l. vnica. C. de confess. Aduerte, quia istud dictum Baldi potest esse verum in contumace ex prima citatione, quia tunc mittitur in possessionem ex primo decreto, sed si esset confessus, adiudicaretur res in solutum: in contumace verò diuturno, putà qui sit ter citatus, videtur quod talis æquiparetur omnino confessio, ex quo damno litis coërcetur sicut confessus. l. contumacia. §. contumax. ff. de re iudic. de quo dic vt per Modernio. in l. vnica. §. hoc iudicium. ff. si quis ius dic. non obtemp. Circa septimam limitationem dum dicunt, quod si † libellus sit ineptus, non poterit reus condemnari ex confessione. 16 in contrarium est communis opinio, per textum in cap. si. de restitu. spolia. & clemen. constitutionem. in fin. de electio. Pro hac opinio. facit regula l. vnica. in principio. C. de rei vxor. actio. dixi. §. & ex hac regula depēdet etiam veritas nonæ limitationis de qua hic per Modernio. Vltra eos tu limita decimò vt quod dicitur quod super accusatione inepta iudex potest procedere ad condemnationem, quando constat de delicto per confessionem partis, istud sit verum in iudice ordinario, secus in delegato. Ita tenet Angelus in consilio cxxlij. quem refert Areti. in l. si Titius. ff. de verborum obligatio. ratio est secundum Angelum: quia delegatus hoc non potest propter mandatum & iurisdictionem limitatam, quæ regulariter non extenditur ad aliud. c. cum P. & G. vbi not. §. de offic. delega. licet ista limitatio sit singularis, teneo contrarium. Primò quia non videtur quod per hæc extēdatur mandatum. Item quia in huiusmodi mandato venit illud per quod iudicium potest commodius explicari, vt tenet Aret. in c. detestibus. detestib. Decius in cap. prætereà. in vltimo not. de offic. delega. Modernio. in l. ij. ff. de iurif. omnium iudicum. pro quibus addo textum in cap. de prudentia. §. de donatio. inter virum, & vxorem. Not. iij. quod pari pœna \* puniuntur conuictus, & confessus. quod intellige in confessio metu probationis, vt declarat domi. Abb. & Modernio. hic. Fallit, tamen quibusdam casibus, vt hic per eos. Mihi videtur posse distingui, vt si loquamur de pœna statuta propter delictum, tunc procedat istud not. si verò loquamur respectu pœnæ, qua afficitur negans propter mendacium, tunc plus puniatur conuictus, quàm confessus. & hoc præsertim in sacerdotibus, in quibus omnino nulla debet esse mendacia. c. nō dicatis. j. q. j. Item si per confessionem quis deterreatur à malo faciendo, hoc casu etiam confitens non æquiparatur conuicto. l. quisquis. in fin. C. ad le. Iul. maie. nam ratio illius text. est, quia ex sola cogitatione quis punitur. d. l. quisquis. in princ. ideo si per confessionem quis incideret in pœnam facillè committeret potius delictum, si quoquo modo puniretur. vnde lex voluit parcere confitenti, quæ ratio cessat in conuicto. Contra istud not. adducunt Modern. Primò quia in iudicio inquisitionis contra conuictum pœna mitigatur. c. inquisitionis. c. qualiter & quando. de accusa. secus in cōfessum vt ibi concludit Innocen. & Abb. & probatur in cap. fin. de celebratio. miss. ad istud respondet domi. Abb. in dicto c. qualiter, quod in dicto c. fin. sacerdos cōfessus erat metu probationis: quæ solutio diuinat, & etiam est falsa: quia confessio metu probationis nil releuat, qua quis puniatur tanquam conuictus, per gl. in c. de hoc. §. de sumo. & xv. q. vlt. in summa. Abb. & alij hic. Sed quod facit plus puniri quàm conuictus, est falsum: & nemo hoc dicit. imò in cōtrariū est regula, quod plus non debet operari metus ipsius rei, quàm si ipsa res euenisset. sicut non plus operatur spes conditionis, quàm euentus. l. Iulianus verum debitorem. ff. de condi. indebi. Secunda solutio colligitur ex dictis Areti. in dicto capitulo, qualiter. vbi dicit, quod per talem confessionem fit res notoria, & ideo punitur tanquam de notorio nulla habita discretionem tanquam sit confessus. Sed ista responsio nil valet: quia etiam per cōuictionem res fit notoria iudici. Item ex quo confitens dedit causam huius notorij, debet nūtius puniri. Item hæc solutio concluderet, quod semper deberet puniri mitius conuictus, quàm confessus, quod est falsum, vt in hoc text. & in dicto capitu. non dicatis, & sic istud contrarium videtur insolubile. Mihi videtur, quod imò nunquam confitens puniatur plus quàm conuictus, quia hoc modo sequeretur quod mēdax esset gratior, quàm dicens veritatem, & plus puniretur veritatem dicens, quàm mendacium: quod est contra l. quod Seruius. ff. quod vi aut clam. & gloss. in §. sed ista. in verb. dicit. in princip. Instit. de action. Quare puto, quod dictū c. si. de celebratione missa. loquens de confitente procederet etiam in conuicto per regulam huius tex. nec obstat dictum cap. qualiter, d. cap. inquisitionis. quia aliud est in delicto celebrationis missarum, ex quo grauius est delictum & productiuum hærescos. c. in quadam. eod. tit. & xxiiij. q. iij. c. quidam. §. aquarij. Item vbi plura concurrerent quæ singula obstant. Secundò contra istud not. oppono. nam nos videmus, quod conuictis, & iudicatis dantur quatuor menses pro termino. l. fin. C. de execu. rei iudicatæ. l. debitoribus. & l. ij. vbi not. ff. de re iudi. & tamen confessis dantur nisi decem dies. l. si debitori. vbi gloss. Bartol. Paulus de Castro Decius. ff. de iudic. Sed responde quod dantur decem dies de consuetudine non de iure, quæ consuetudo cum non sit contra bonos mores naturales, tenet. argumento nota. per Abbatem in cap. cum contingat. infra de iureiurando. Vel responde, vt per dominum Christopho. Portium in §. omnis stipulatio instituta, de verborum obligationibus, vbi respondet dupliciter, vt ibi per eum.

2 *§. Pœna ex causa mutabilis.*  
3 *Dispensat sacerdos.*

4 *Dispensare quandoque nequit episcopus.*

**DE ADVLTERIIS.** In text. ibi, quæ sunt minora &c. not. quod episcopus potest \* dispensare in minoribus, ergo secus in maioribus. Sed contra hoc facit, quia Iudex potest ex quocunque delicto ex causa pœnam alterare. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de iis, qui not. infamia. l. & si feuerior. C. eo. tit. Tu respōde, quod text. hic loquitur post latam sententiam, quo tēpore regulariter non potest alterari pœna. l. j. §. j. ff. ad Tertyllianum. l. ordine. ff. ad mune. contraria verò procedunt ante sententiam. 2 Et circa hoc videndæ sunt aliquæ conclusiones. Prima cōclusio sit. In criminalibus † ex causa ante latam sententiam potest iudex pœnam alterare dummodo causam exprimat in sententia. Bartol. in dicto §. pœna grauior. & dicta l. & si feuerior. in contrarium facit textus in l. fin. C. ne sanctum baptisma iteretur. vbi indistincte prohibetur in eo crimine iudex alterare pœnam. Sed Bald. in cap. j. §. de constit. & Albericus de Ros. in d. §. pœna grauior. & Aret. in dicta l. & si feuerior. intelligunt eum text. loqui quando alteraretur sine causa. Sed ista solutio est contra generalitatem ipsius text. quare aliam solutionem refert Alberi. in dicto §. pœna. quod ibi speciale est, fortasse fauore fidei. & certè mirabilis est decisio illius textus quod iudex minuens pœnam reo, tenetur ipse eadem pœna qua puniendus fuerat reus, & ita generaliter etiam firmat Aret. in dicta l. & si feuerior. & Ludouicus Romanus in singu. lxxvij. Sed tamen ego puto istam opinionem de iure verā non esse, & principaliter contra eam obstat, text. in l. seruos. C. ad le. Iul. de vi publi. vbi solum dicitur, quod puniuntur infamia. & ita tenet Hosti. in c. de causis. & ibi etiam Modern. §. de offic. delega. & Paulus Castrensis in dicta l. & si feuerior. nec obstat. text. in dicta l. fin. a. quia potest intelligi, quod loquatur in casu speciali, vt supra dixi post Albericum de Rosate accedat huic regulæ quod tradunt doct. in c. de causis. de offic. delega. Secunda conclusio sit, quod si agatur ciuilitè, nō potest iudex pœnam alienare, vel melius, quādo ciuilitè agitur, non licet transgredi leges etiam ex causa. & hoc tenet Innocen. & Bal. in dicto c. j. de constit. vbi dicit idem esse in arbitrio. & addit quod si leges transgredirentur, etiā in apicibus iuris facerent litem suam. quod not. & ratio est, quia ista causa non debet considerari, ex quo æquitas non scripta postponitur rigori, vt est text. in l. placuit. C. de iudi. & an liceat transgredi leges vide Iaso. in l. j. C. de precib. Imper. offeren. Tertia conclusio sit, quod in iudicio inquisitionis potest pœna mitigari etiam post latam senten. c. inquisitionis. in prin. §. de accus. Abb. in c. qualiter & quando. de accusa. quod verū est de iure cano. aliàs de iure ciuili tam in inquisitione, quàm accusatione vbi lata est sententia, non potest mitigari pœna, sed recurrēdum est ad principem. l. j. l. diui fratres. l. ad bestias. ff. de pœnis. Aduerte etiam quia facilius permittitur Iudici pœna ex iusta causa remittere quàm dispensare, vt tenet domi. Abb. & ibi Mod. declarant, in c. de causis. §. allegato. & propterea hoc etiam modo potest tolli argumentum dictæ l. quid ergo. §. pœna. §. à me tactū. In gl. j. glo. & Abb. hic persequuntur materiā dispensationum in quibus fac conclusionem, quod episcopus & quilibet sacerdos habet potestatem dispēfandi contra canones pœnitentiales quod † intellige etiam, si certa pœna à canone imposita proponatur: item vt possit augere ex causa: item si sit imposita, potest illam alterare, & mutare. Item etiam si sit imposita per pœnitentiarium papæ. Idem si sit omnino prohibita ista dispensatio, tamen ex magna causa potest hoc episcopus, vt hic per mod. Item non solum potest arbitrari episcopus in pœnitentia, sed etiā dispensare, & sic parcere. ita Abb. hic per capitulum quæ pœnitent. de pœnit. dist. j. & in c. sicut dignū. de homicid. subiiciens, quod est bonum, quod confessor post pœnitentiam iniunctam dispēset, quando pœnitentia veniret imponenda maior. & dicit Hostien. in §. quæ pœna. in summa, de pœni. & rem. quod sacerdos in tali dispensatione potest imputare omnia bona, quæ faciet, & omnia mala quæ peccator sufferet pro Deo. Et aduerte quia gloss. in d. c. mensuram. de pœni. dist. j. præsupponit quod stante tali dispensatione nulla pœnitentia est ampliùs fienda in purgatorio, quod declara, vt per gloss. ibi: & idem sentit Abba. in c. ij. de rapr. Host. in §. & an fide. in summa, de pœnit. & traditur per theologos in Summa Angelica in verbo 4 confessio, & vj. in versic. ij. Alia conclusio domi. Abb. est † quod si canon. in materia pœnali permittit dispensationem specialiter vel generaliter, episcopus dispēfate potest. Innocen. in c. dilectus. de temp. ordin. glo. in c. postulastis. de cler. exco. minist. Istam conclusionē limitant Host. Ant. de Bur. & sequitur Decius hic non procedere, quando pœna papæ referuata est, quia tunc & dispensatio referuata intelligitur, arg. l. iij. ff. de re iudi. c. cum inferior. de maior. & obedi. Sed tu adde, quod contra istam limitationem facit argumentum domi. Abb. hic in simili casu. nam quāuis pœna soli papæ referuata sit, tamē ex quo dispensationem concessit, debet intelligi concessisse episcopis illam, alioquin ista verba nihil operarentur. quis enim dubitat quod papa ipse potest si velit: ad hoc ergo vt verba aliquid operētur, debemus intelligere discessum esse à regula communi, & per papam inductum, vt etiā episcopi eo † casu dispensare possint. Facit regula l. si quādo. de leg. j. & quod not. Bald. in c. j. prætereà. de capit. Corr. vbi tenet quod vassallus, quando facit pactum cum domino de non alienando, tunc non potest alienare etiam in casibus, aliàs à iure permissis. Facit etiam tex. in §. sanctissimas. in auth. de nō alie. & quod not. Ias. in l. filius. §. diui. ff. de leg. j. nō obstat igitur reg. d. l. ij. & d. c. cum inferior. quia non procedit quando specialiter est cōcessum, vt qui condēnare nō potest, \* absolvere possit, sicut est in nostro casu, nam ex quo papa permittit dispensationē, intelligitur permittere episcopis, facit tex. cū gl. in auth. clericis. C. de

C. de episcopis & clericis. vbi solus iudex laicus clericum in delicto seculari condemnare non potest, & tamen absolueri potest, & quedam alia similia ponit Albe. de Ros. in diction. in verbo absolueri potest. & hæc nostra opinio indubitanter procedit quando quis non potest pœnam imponere non ex defectu potestatis, sed ex privilegio personæ. d. auth. clericus. & l. fin. C. vbi sen. vel claris. & Mod. hic †. Secundo limitant Moder. non procedere in constitutione conciliari, quia contra eum dispensandi potestatem episcopus non habet gloss. in c. cum dilecti. in verbo ante. s. de electio. Ita tenet Anto. de But. Areti. & Decius hic. contrarium tenet Abb. & cum eo est communis opinio, & pro ea est text. in c. in quibusdam. iuncta superscriptione de pœnis sed Dec. hic negat canonem illum conciliarem esse: quamvis dicatur talis in concilio generali &c. Tu aduerte quia ratio gloss. in d. c. cum dilecti. est quia difficilius dispensatur contra canonem conciliarẽ ex quo est factus à pluribus ideo habet maius robur: quia præsumitur cum maiori ponderatione factus. xx. distinct. c. de quibus. quæ ratio habet locum etiam in nostro casu, nec obstant rationes Mod. & primò dum dicunt quòd verba generalia reducuntur ad intellectum iuris quia respondeo hoc modo reduci si ad episcopum referantur, cap. nuper. de senten. excom.

S V M M A E.

- 2 § Actio nominanda.
- 3 Cap. dilecti. sensus verus.
- 10 Libellus vsurarum non ineptus.

- 11 Libellum ineptum ex causis non respici. alioquin contrã.
- 13 Purè & simpliciter, acceptio multiplex & vis. 14.
- 16 Arbitrium liberum variè censeri.

C A P V T VI.



**D**ILECTI. Not. \*quòd in libello nõ est exprimendum nomen actionis, vt hinc per Abb. Areti. Felin. Deciu. fortius tenet d. Anto. Butri. Imol. Barb. quòd de iure canonico non est necessaria hodie actio: & ideo secundum eos agi poterit, & non subsistente actione, modò subsit æquitas. Sed in hoc ultimo contrarium tenet Abb. Dec. & alij vt hinc per Decium. Aduerte †, quia imò videtur, quòd nomẽ actionis debeat in libello exprimi per text. in l. edita. vbi Anto. de Alex. not. C. de edendo. ad idem l. j. ff. de edendo. nisi respondeas, quòd ibi actio ponitur pro petitione prout respondet Ias. in d. l. edita in primo not. Sed ego non negarem edi debere petitionem, & sic libellum: sed dico debere in ea inseri nomen actionis. nec videtur quòd debeamus ibi simpliciter intelligere de petitione, sed etiam de actione, vt verba omnino non impropriantur, argumento l. non alter. ff. de legatis tertio. & facit doctrina Pet. & Barro. in l. hoc legatum. ff. de legatis tertio. quam sequitur Alexand. in rubri. ff. soluto matrimonio. & in l. certi conditio. in princ. ff. si certum petatur. & idem, & do. Ias. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de lib. & posth. vbi dicunt, quòd verbũ, Actio, debet intelligi † de actione in specie not. non in genere, & sic nõ de petitione, quòd est nomen generale ad idem est text. in l. ij. C. de form. vbi est text. clarus, quòd debet actio nominatim proponi nec satis est naturalis facti quòd probatur ex illo textu ibi, negotio competet, ergo non satis est negotium, vel eius narratio: nam illa semper competeret. Item in verbo constiterit, & sic habes, quòd de iure ciuili debet nomen actionis in libello exprimi, cuius contrarium tenent Modern. in d. l. edita. & in l. j. ff. de eden. & Aret. in l. j. C. de serui. & alij omnes in hoc c. vt j. videbimus. Sed eorum opinio non probatur iure. Cùm igitur istud sit de iure ciuili: ergo idem debemus dicere de iure canonico c. j. de oper. noui nuntia. quo fundamento in simili vtitur hinc Abb. nam non videtur, quòd istud c. inducat aliquod contra ius ciuile: quia in text. ibi, à multis, deseruisset potius dicere ab omnibus ex quo ante hoc c. omnes debuissent exprimere nomen actionis per d. c. j. de no. oper. nuntiatio. idem probatur in hoc textu. ibi, ne ita subtiliter. nam ista dictio, ita, est dictio \* modificatiua. l. ij. C. de his quæ sub modo. & ibi not. & Bald. in l. j. C. de episcopis & clericis. vnde vult text. agi rem subtiliter, sed non ita, prout multi & c. Certè non expressa actione, res non ageretur subtiliter, sed crasse. ad idem text. ibi cuius modi actio intentetur: nam ista dictio non importat substantiam & nomen actionis, sed modos & qualitates & accidentia l. prima in principio. ff. si mens. fal. mod. dix. l. j. §. denique. ff. de pigno. iuncta l. quod Nerua. ff. de po. Voluit ergo dicere, quòd non debet attendi vsus aliquorum qui exprimebant etiam qualitates actionis, putà an esset bonæ fidei, an stricti iuris an ordinaria &c. Nec obstat textus in verbo † factum ipsum: quia exprimendo nomen actionis, satis dicitur exprimere simpliciter factum ipsum nam si dico, conuenio te locati: quia ex eo contractu mihi teneris. purè & simpliciter ostendit factum nisi locauisses non competeret actio locati, arg. glo. in c. ij. de libel. oblat. & quòd de iure canonico debeat exprimi actio, fortiter facit textus in cap. cum ad sedem. j. de restitutio. spolia. allegatus hinc per Abb. nam si non requireretur actionis expressio, certè expressa ineptè non vitaret per textum in l. j. C. de rei vxorie actione in principio. & est communis opinio, in c. examinata. j. eodem. & communem dicit Iason. in l. j. ff. de edendo. si ergo non vitaret, papa malè pronuntiaffer in dicto c. cum ad sedem. Nec obstat, si diceres, quòd ibi etiam petitio erat inepta, nec papa certificatus erat de negotio, quia istud est diuinare vel potius dicere contra illum textum: & sic videtur, quòd probabiliter possit teneri hæc opi. contra omnes. Inquantũ tamen dicit dominus Anto. quòd de iure cano. si subsit æquitas, potest agi per capitulum primum, de pactis. idem videtur esse etiam de iure ciuili per l. si

per l. si me, & Titium. ff. si certum petatur. Sed distinguendum est inter æquitatem, vt ibi per Bartolum, scilicet, an tanta sit quæ possit facere, vt inde competat actio datiuæ, de qua per Mod. in l. certi conditio. in princ. ff. si cert. pet. in l. cum mora. C. de transactio. Alexander in l. j. ff. de pact. & ex dictis hic per 6 Abb. habetis hic notare, quòd de iure canonico ex pacto \* nudo oritur actio, de quo in c. j. de pactis. & est communis opin. vt per Ias. in l. iuris gentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. Contrarium tamen contra communem & contra Abb. hic tenuit Salic. in l. legem. C. de pact. quam opin. etiam tenuit Ricard. ibi. Idem tenet Angel. de Are. in §. in personam. Iustin. de actio. mouentur, inter cætera fundamenta, cui non potest responderi, nam tex. in d. c. j. de pactis. dicit pacta esse seruanda, non autè dicit per actionem. nam etiã prætor dixit pacta seruanda in d. l. iuris gentium. §. prætor ait. & tamen non intelligitur nisi per exceptionẽ nisi dicas secus esse de iure canonico, in quo etiam simplex loquela idem operatur, quòd alia, cap. iuramenti. xxij. q. v. facit quòd not. Alexand. in l. si quis maior. in fin. C. de transact. tamen ista responsio non vadit de directo ad contrarium, & propterea in puncto iuris verior est opin. Salice. de qua 7 dic, vt per Ias. in d. §. sed cum nulla. aduerte tamen quia hodie videtur, quòd etiam in foro \* ciuili pactum nudum pariat actionem. nam pacificens & non artedens frangit fidẽ. l. j. ff. de pact. vnde cũ sit mendax peccat saltem venialiter, & nos habemus, quòd in materia peccati etiam venialis ius canonicum obseruatur etiam in foro ciuili, vt tenet Anto. de Butr. domi. Abb. Imol. in c. fina. de præscript. not. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccles. vltra ea, quæ aliàs dixi in l. legem. C. de pactis. Videtur posse responderi, quòd imò talis non peccat nam ratio cur pactum nudum non pariat actionẽ est, quia præsumitur, inconsideratè factum, & non interuenisse verus consensus, vt dicit Rap. Cuma. Paul. Cast. Alexand. Socin. Ias. in rub. ff. de verb. oblig. dum tractant, cur stipulatio parit actionem, pactum non. Vnde quando aliquis inconsideratè promittit & non attendit, de iure canonico non peccat, in quo consideratur mens. xxij. q. v. humanæ. non mente alienato nõ imputatur ad quòd facit text. & ibi glo. in c. j. x. v. q. j. & hic ratio concludit etiã quòd de iure cano. nõ oriatur actio ex pacto nudo, vtum autè sit vera, dixi in l. si pacto, quòd pœnam. C. de pactis. Aduerte etiam tenèdo communem opinionem, quòd actio in libello non sit exprimenda. videtur quòd si sit tale factum ex quo possunt oriri duæ actiones, quòd tunc non sit satis proponere factũ in libello, quia esset incertus vnde nõ procederet, vt not. per scrib. in l. vbi autem non apparet. §. qui illud. ff. de verborũ obligationibus. imò debet exprimere nomẽ actionis & eligere l. quòd in hærede. §. eligere. ff. de tribut. facit quòd no. Ant. de But. & alij in c. ij. de libel. oblat. & dicam. 8 j. post Abb. in gloss. Not. ij. post Abb. quòd iudex \* potest supplere ex officio circa conclusionem libelli & eius vitia. & dicitur procedere de iure. Aduerte hinc, quia istud not. sic simpliciter intellectum nõ potest 9 procedere: quia si libellus esset ineptus, non solum non decet eũ supplere, sed debet reicere \* vel lacerare, vt est glo. in c. sacerdotibus. xj. q. j. allegata hinc per Abb. quæ tamen quia loquitur in principe, non multum vrget, melius facit glo. in l. j. ff. de offic. ass. f. Item non videtur quòd possit supplere post litem contestatam. nam nec pars possit, vt concludit Bart. in l. edita. C. de edendo. vnde nec iudex debet posse, qui in hoc gerit vicem ipsius partis, nam est veluti si imploraretur. l. iij. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. & hæc non probatur in isto textu, sed solum quòd iudex ex officio debet præscrutari qualitatẽ libelli. An autem si sit ineptus, debeat reicere? Abb. hic tenet quòd sic. Sed vide latè Ias. in l. j. ff. de offic. ass. f. vbi allegat quasdam decisiones quæ videntur facere contra istud not. Sed distingue, an libellus sit talis, vt inde lata sententia vitaretur, putà quia deficiat in substantialibus, & tunc debet iudex reicere per gloss. in dicta l. j. aut est solum obscurus, & vagus, & expectabit, vt declaretur per actorem ad petitionem rei. nam interim valet iudicium, vt concludit Bart. in d. l. edita. & tunc cessat ratio doctorum, nam potest iudex supplere, ne iudicium sit elusorium, vt dicit Innoc. in c. j. de offic. vica. in hoc casu cessat ista ratio, & hoc procedit quando iudici non constat quomodo debeat declarari. Si verò constet illi, vt iudici, tunc debet supplere. l. j. vbi gloss. C. qui & aduersus quos. & cap. dudũ. vbi Abb. in vij. not. de elect. Si non constet, dic vt in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid. si verò iudex non suppleat, non tamen tenetur parti, vt tenet Angelus in l. nõ quicquid. ff. de iud. & in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. Paulus Castrensis, Alexand. in l. vbi pactum. C. de transactio. vbi etiam Aret. & Dec. Idem tenet Alexand. in l. vnica. C. vt quæ def. aduo. & in l. eum, qui ita. §. qui ita. ff. de verborum obliga. Alexand. in l. Gallus. in princ. ff. de liberis & posthumis. Bald. & Decius in d. l. non quicquid. & est gloss. in auth. de testib. in §. quoniam. Specul. in tit. de offic. iud. §. impedit. versi. quid si iudex. licet in contrarium faciant not. per Bald. & Rap. in dicta l. Gallus. in princ. in gloss. in verb. non posse. & hæc procedunt in iudice. In principe verò videtur, quòd indistinctè possit supplere, etiam si illi non constet, vt iudici ex quo ipse iudicat sola facti veritate inspecta, vt per Bar. in l. Acilius. ff. de min. & Decius, hinc & Ias. in l. iuris gentium. §. sed cum nulla. in primo not. ff. de pactis. & propterea videtur quòd domi. Abb. non rectè allegat glossa in dicto cap. sacerdotibus. xj. quæstione prima. nisi dicas, quòd probat à maiori dictum Abb. nam si princeps curat solennitatem libelli non seruata, quanto magis iudex priuatur, qui non iudicat secundum veritatem, sed secundum allegata, & probata. dict. §. veritas? Est verũ, quòd quo ad supplementum libelli, illa glossa nil probat. tamen istud notab. aduerte quia imò videtur, quòd iudex non debeat repellere libellum ineptum, putà in quo petatur res inhonesta, vel contra bonos mores per textum in capitulo, debitores. infra de iureiurando. vbi procedit libellus petens vsuras, quæ tamen prohibetæ sunt iure diuino. Respondet Felinus hic, quòd ibi non petebantur



bantur vsuræ expressè, sed solum pecunia, putà decem, nò addito vigore vsurarum. Quæ solutio non est bona, quia diuina, & quia est contra rationem illius cap. Aliter sol. Moder. hîc, sed t̄ nihil est. tu dic, 12 quòd imò ibi libellus non erat ineptus, & ideo nil ad propositum. nam quâuis vsuræ non possint peti, tamen illo casu possunt per rationem, de qua ibi, vnde non potest dici ineptum, nec contra bonos mores, quod lege permittente ex causa fit. l. Gracchus. C. de adult. Tenèdo itaque regulam, quod libellus ineptus debet reici, limita istam quatuor modis, vt per domi. Ias. in l. j. ff. de offic. assessor. Quintò limita in casibus t̄ in quibus procederet iudicium: quia tunc cessat ratio, vt dixi s̄. & facit quod not Bald. in d. 11 ledita. in ix. opp. C. de eden. in contrarium tamen facit c. cum dilecti. de empt. & vendi. Sed responde, quòd ibi sententia valet, non autem est nulla ipso iure. vnde debet reuocari, & irritari, vt dicit tex. non declarari nulla. Sextò limita in principe, & est mea limitatio quam probo. nam coram eo potest procedi etiam sine libello, vt concludit Hostien. & Ioan. And. in c. j. de lib. obl. & domi. Abbas in c. in causis. de re iud. ergo ineptus nò viciat per glos. in dicta l. vinum. in fin. vbi Ias. ff. si certum petatur. & pro hoc faciunt tres decisiones relatæ per Iaso. in l. j. ff. de edendo. est verum, quòd glo. in c. sacerdotibus. xj. q. j. videtur probare contrarium. Sed illud est fauore episcoporum, de quo ibi in textu, & quia ipse non est eorum iudex. Septimò limita quando ineptitudo non est expressa, sed tacita. Bald. in l. certa ratione. C. quâdo prouoc. nò est nec. & Abb. hîc & hæc limitatio satis cõprehenditur sub v. limitatione: Octauò limita quando libellus non esset ineptus, nisi pro parte, quia in illa valida tenet c. ad dissoluendũ. de despons. imp. Bald. in l. Polla. C. de his quibus, vt indig. Ludo. Roma. in consi. ccxlv. ad primum. Barba. in cap. cum super. s̄. de offic. deleg. Ias. in l. j. penul. ff. de verb. oblig. Nonò limita, quâdo est ineptus ratione verborum, quæ impropria possunt aliquantulum sustineri per not. per Barto. & latif. Mod. in l. sed & si possessori. s̄. ite si iurauero. ff. de iure iur. Aret. in l. moribus. s̄. prius. & l. paterfami. ff. de vulgari & pup. non enim omnis ineptitudo libelli vitiat. nam libellus absque conclusione est ineptus, & tamen procedit in pluribus casibus, de quibus per Ias. in dicta l. j. ff. de edend. Amplia nunc istam regulam, vt procedat non solum ex defectu formæ substantialis, sed etiam si libellus sit nullus ex defectu iustitiæ, vt tenet domi. Abb. in c. fin. de lib. oblat. Secundi amplia, si libellus sit ineptus, quia contineat aliquid turpe, putà quia petat suam concubinam, vt not. Innoc. in c. ex parte. j. de restitu. spol. cõtra quod facit tex. in dicto cap. debitoris. j. de iure iur. sed respõde, vt s̄. dixi. Amplia tertio, si talis libellus sit ineptus, quia contra consuetudinem, vt tenet domi. Ias. & Deci. in d. l. j. ff. de offi. ass. vt ibi per eos Aduerte etiam ex dictis Abb. hîc, qui vult, quòd sententia lata super inepto t̄ libello est nulla. de quo per Ias. in l. fina. per illum textum. ff. de lib. & posth. quod amplia, vt per Iaso. in l. j. C. de iur. & fact. igno. per d. c. cum dilecti. de empt. & vend. Felin. in c. quoniam contra falsam. de probat. in c. ex parte. el. ij. in v. fall. s̄. de officio delegati. Secundò amplia, quòd in causa appellationis non possit reformari. c. fin. vbi can. de accusa. Bart. in l. si vt proponis. C. quomodo & quando iud. Felin. in cap. in literis. de officio delega. cum simili. fallit ista regula, quando pars confiteretur. Felin. in c. venerabilis. j. eod. Tertio notat domi. Anto. de Butrio. quòd per ista verba, Purè t̄ & simpliciter, excluditur processus rigorosus iuris, vel secundum 13 Abb. perniciofa subtilitas tantum, vt hîc per eos. Ego pondero istum textum contra doctrinam doct. quam totus mundus sequitur in l. Gallus. s̄. j. ff. de liberis & posthu. in l. j. in prin. ff. de vulg. & pup. in l. j. s̄. sed quia simpliciter. ff. de verborum obligatio. vbi volunt, quod stante statuto, ne positionibus respondeatur nisi simpliciter, quòd non poterit responderi conditionaliter, vel modificatiuè, vt ibi per eos. In contrarium est tex. hîc, vbi procedere simpliciter & purè, est remouere malitias & perniciosas subtilitates tantũ, non autè remouere cõditiones tacitas vel modificatiuas. Pondera q̄ iste textus, fortius vrget propter geminationes verborum purè & simpliciter, & tamen non remouet nisi malitias, nam videretur, quòd ista geminatio deberet operari per no. in l. balista. ad Trebelli. in l. j. vbi Alexander, & Moder. ff. de legatis primo, & non puto, quòd ad istum textum possit bene responderi. & si dicas, quòd verba nil operarentur contra l. si quando. cum ibi not. ff. de legatis primo. Responde, quòd operabitur in eo statuto vt non respondere simpliciter habeatur pro confesso. In quantum tamen Decius hîc opponit cõtra not. Abb. quod intelligendo text. hoc modo, quo Abb. ista clausula, Procedatis purè & simpliciter, nil operaretur, & responderet istud non esse inconueniens in rescriptis, vt per Abb. in c. causam, quæ, de rescrip. videretur dicendũ aliter quòd imò in dubio non est dicendum superfluum: quia excitabit iurisdictionem vt not. in c. cum aliquibus. de resc. lib. vj. Sed certè iste tex. est multum rigorosus. & istud not. est contra multas rationes: quare nò puto eum verum, quia nos videmus, quòd si alicui committatur causa de plano, ista verba important multũ scilicet, vt possit cognosci iudice nò sedente pro tribunali, vt omittatur libellus & c. quæ notat Bart. in extrauag. ad reprimendũ. in verb. de plano. certè multò magis debent istud importare ista verba geminata. Item in contrarium est decisio Bal. in l. nec quicquam. s̄. de plano. ff. de off. procõs. & leg. vbi expressè firmat quod si causa commissa sit simpliciter, non poterit accumulari aliquo casu actiones, nec libellus esse duplex, quod tamen aliter fieri potest, etiam absque dolo. ledita. vbi glo. & doct. C. de eden. l. vbi autem. s̄. qui illud. vbi Alex. & Mod. ff. de verb. obli. Item in contrarium est opinio doct. communis in d. l. j. s̄. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. quæ stante hoc not. nò potest sustineri. Quare ego puto quòd doctores hîc malè dicant, quia in isto tex. ista verba simpliciter & purè, declaratur secundũ subiectam materiam, arg. l. vno. ff. loc. & quæ notat Bart. in l. si stipulatus. ff. de vsuris. nam quia papa interrogatus erat de actione exprimenda, ista verba debent intelligi

intelligi respectu expressionis actionis tantum, & respõsio declaratur & refertur ad interrogationem l. Titia. s̄. idem respondit. ff. de verborum oblig. vnde quando verba sunt indefinite prolata putà in statuto, tunc t̄ intelliguntur proprie, & important multum vt patet ex allegatis superius. Nec obst. tex. in l. j. vbi Bal. C. de edil. act. quia ibi illa dictio non est geminata, vt in nostro casu. facit pro hac opinione, quod not. Anto. de But. per illum textum in cap. j. de scruti. Sed quid si dictum sit, Procedas \* sola facti veritate inspecta, de quo dic, vt per practicum Papiensem in forma libelli actionis realis: quia tunc non attendetur nisi dispositio iurisdictionis, secus si simpliciter dictum sit facti veritate inspecta. Et vltra dicta hîc per Moder. vide d. Philip. de Perus. in repet. c. si pater. de testamentis. libro vj. vbi dicit quod tunc iudex poterit iudicare pro testamento nullo ex defectu solennitatis, & Aret. in consil. lxxxiiij. & Ias. in l. certi conditio. s̄. si nummos. ff. si certum petatur. & in l. vinum. eodem titulo. Quid si dictum sit, Do tibi t̄ liberum arbitrium? vide Barb. in c. j. de offic. ord. in verb. placet. Mihi placet distinctio Decij hîc, pro qua facit quòd not. Alex. and. in l. si sic. ff. de legatis primo. vbi dicit, quòd si commissio facta sit arbitro, non importat liberam secus si facta sit illi, qui iam haberet cõmissum, vt verba aliquid operentur. argumento l. si quando. ff. eodem titulo: quid si dictum sit, Procedas prout volueris? vide Barto. in extrauag. ad reprimendum, in verbo videbitur. & not. per Alexand. in dicta l. si sic. quòd si dictum sit, Procedas secundum æquitatem, vide Felin. in c. ex parte. el. ij. de offic. deleg. Quid si dictum secundum conscientiam? vide Bald. in l. nulli. C. de episcop. & cleri. gl. vbi mod. in c. quæ in ecclesiarũ. de constit. Ias. in l. de pupillo. s̄. qui opus. ff. de noui oper. nunt. Fel. in c. fin. s̄. de offic. deleg. Quarto not. secundum vnum intellectum, quòd episcopus \* non potest statuere contra canones. facit gl. in c. fin. de hære. lib. vj. vbi nec legatus de latere id potest. facit quia nec p̄fectus p̄torio potest statuere cõtra legem principis. l. formã. C. de offic. p̄f. Præto. Et aduerte, quia singularis probat istet ext. quòd nec potest aliquid etiam singulari personæ conferre contra leges, nedum potest statuere vniuersaliter in glo. ij. quia alij sequuntur dicta Abb. qui tamen videtur confundere glo. ego eum sequar, & prius concludit Abb. contra Plac. quòd causa \* & actio sit differens qui articulus est modicæ utilitatis, & latè discussus per Mod. instit. de actio. in princ. ideo omitto.

S V M M A E.

- |   |  |
|---|--|
| 1 Excommunicatis negata. 4. 5. 6. 7. 17. 21. 27. 35.  | 30 Cap. intelleximus. & cap. Post cessionem. conciliari.                           |
| 3 Excommunicatum in casibus rectè arbitrari.  | 32 Cap. Accedens. de procur. explicari.  |
| 12 s̄. Credentes. c. excommunicamus. de heret. sensus.  | 33 Cap. per suas. restrictio.  |
| 13 Excommunicatum nec appellare, nec restitui. nec temerari reuocare: ex causis contrã. 15. 18. 19. | 34 Cap. cum contingat. sensus.   |
| 14 Cap. intelleximus. conciliari. & explanari.  | 36 Bartoli explicatus de mandato locum.  |
| 24 Excommunicatum obtentum cauere: ex causis contrã.  | 37 Excommunicati procurator excommunicatus.  |
| 25 Tenuta reuocanda modi. & forme.  | 38 Excommunicatum, etiam iniusto reo, repelli. 39. ex causis diuersum. 40. 42. 43. |

C A P V T VII.

**I**NTELLEXIMVS. Nota hîc ex verbo t̄ stare, quòd excommunicatus non potest esse actor, nec testis, nec aduocatus, nec notarius, vt hîc per Abb. qui intelligit istud verbum Stare generaliter. & sic videtur, quod etiam in materia p̄nali verba generalia \* debent generaliter intelligi, quæ est magna ampliatio ad l. de pretio. ff. de Publiciana. de quo not. per Aret. in l. cum lege. ff. de testa. habes etiã, quòd in excommunicatis esse censetur denegatum quod non reperitur permissum ita vult Abb. hîc aliter suum fundamentum non concluderet: & hæc est limitatio ad regulã l. nec non. s̄. quod eis, vbi gl. & scrib. ff. ex quib. cau. mai. vnde excõmunicatus non potest esse iudex, vt est tex. in c. ad probandum. de re iudi. Abb. & alij hîc. & sicut ipse repellitur, ita etiam eius officiales, vt est textus in c. j. de offic. ordi. libro sexto, cum similibus hic allegatis per Dec. quæ tamen dicta non videntur indistinctè procedere, ex quo dist. j. loquitur in officialibus delegatis, & sic qui referunt personam ipsorum excommunicatorum. c. sanè. s̄. de officio delegati. vnde etiam ipsi debent repelli. secus debet esse in aliis, qui non referunt eius personam, nec habet iurisdictionem, argumento à cessante ratione. l. adigere. s̄. quamuis. ff. de iure patro. c. cum cessante. de appel. Quid autem in arbitro? dicunt doct. idem esse, quia arbitria sunt re data ad instar iudiciorum. l. j. ff. de arb. & hoc tenent communiter doct. vt hîc per Moder. & Ioan. Bap. Sanseuerinas in tract. de arbitro. in vij. quæstione. Iaco. tamen de Aret. vt refert Ray. de Tort. in d. l. Pedius. distinguebat, an vtraque pars sciebat, & non potest esse: aut ignorabat, & non potest esse: aut alter tantum valet t̄ & tunc valet arbitriũ pro ignorate arg. l. qui cõtra. C. de inc. nupt. quæ opin est multum æqua. ex quo in p̄nas excõmunicationis non incidunt nisi qui scienter delinquant. xj. quæsti. iij. sicut. Et licet Ioannes Baptista in dicto tractatu reprobet istam opinionem: quia hoc modo compromissum claudicaret contra l. si cum dies. s̄. si arbiter. ff. de arbit. & damnificaretur: quia malum non fecit, scilicet, ibi si permetteretur illa claudicatio, quis puniretur, & damnificaretur: quia malum non fecit, scilicet, quis effugit ignominiam, quod non est in nostro casu. Nec obstat, si ponderes rationem illam generalem: quia quamuis exempla non restringant regulam l. regula. s̄. & licet. vbi hoc notat Bartol. ff. de iur. & facti ignorantia. declarant tamen in quibus terminis loquatur. l. nunquam. vbi gloss. ff. de priua. delict.

delict. videtur tamen, quod indistinctè possit teneri, quod excommunicatus possit esse arbiter, nam licet dicant iura excommunicato non esse aliquid communicandum xj. q. iij. c. cum excommunicatus. istud est verum, sed solum in iudicialibus actus non valet, vt hoc text. in his verò, quæ nõ pertinent ad iudicium, actus ipsi valent, licet malè faciant, qui cum eo participant: quia etiam ipsi excommunicantur. iij. q. iij. c. fin. cum similibus. non obstant igitur fundamenta doctorum dum dicunt, non potest esse iudex, ergo nec arbiter &c. nego hanc consequentiam, quia nos videmus, quod infamis nõ potest esse iudex. l. ij. C. de dig. lib. xij. not. Ang. de Aret. §. omnium. inst. de actio. & tamen potest esse arbiter. l. Pedius. vbi Bartol. & omnes. ff. de arbit. & hoc optimè procedit in excommunicato, qui etiam ipse est infamis c. infames. vj. q. j. de quo tex. vide hinc per Mod. Nec obstat d. l. j. ff. de arbi. quia respondeo, quod licet excommunicatio sit medicinalis. c. cum medicinalis. de sent. excommu. lib. vj. tamen est pœnalis, & odiosa, vt per Bartol. in l. ij. de public. iudic. & in pœnis non habet locum argumentum ab æquiparatis, nisi sint æquiparata per omnia, quod non est in nostro casu. ita firmant scrib. in l. ij. ff. de leg. j. & ratio est, quia quod est nisi secundum quid, non est propriè tale, vt per Bart. in l. nec vtilè. ff. ex quib. cau. mai. in l. hæc verba. §. j. ff. de vulg. l. mercis appe. vbi gloss. ff. de verb. signific. & in pœnis verba propriè intelliguntur. l. ait prætor. §. hæc verba. ff. de neg. gest. cū similibus. Sed quia ista solutio nõ multum placet, quia nos videmus, quod scribens excommunicato dicitur impropriè loqui. l. j. vbi Bar. ff. si tab. test. non extra. & tamen excommunicatur sicut loquens. xj. q. iij. cum excommunicato, vbi Archidiaconus. notat. facit quod not. Bal. in c. j. quæ fuit prima causa benef. amitt. Quare dic aliter, & hæc est mera veritas, quod bene compromissum est redactum ad similitudinem iudiciorum ratione processus, vt dicit ibi tex. sed personæ ipsæ, id est, arbitri non sunt redacti ad similitudinem iudicum. l. priuatorum. C. de iur. omnium iudi. & quia facilius quis est arbiter, quam Iudex. d. l. Pedius. iuncta d. l. ij. Et si velis tenere communem, à qua in iudicando non discederem, eã limita secundum Iac. de Aren. vt fallat quando vtraque pars ignorabat. Vel & secundo in fauorem alter ius ignorantis, vt dixi §. quæ ignoratia præsumitur cap. ignorantia. de reg. iur. lib. vj. Tertio fallit, quando talis communiter pro excommunicato non existimabatur: quia tunc opinio præualet veritati. ita tenet Specu. in titu. de sententia. §. quoniam. vers. vt autem impugando &c. sequitur d. Ioan. Bap. de San. Seu. in d. tract. in vij. q. facit quod not. Bartol. in l. j. de testa. in contrarium tamen facit, quod not. in l. Barbarius. de offi. prætor. Quarto. §. dicta procedunt in publicè excommunicatis, secus si priuatim, qui possunt esse iudices intra annum, post non. auth. credentes. C. de hæret. Ioan. Bap. in dicto tract. Quinto fallit, quando iste arbiter esset socius partiũ arg. not. in c. quif. quis. xlj. dist. Quid autem in arbitratore? communis opinio est, quod possit esse arbitrator quis, licet excommunicatus, vt per Ioan. Bap. in d. tract. tangit latè Alex. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. el. ij. ff. ad Trebel. vtrum ¶ excommunicatus possit fieri doctor? sunt opin. vt hinc per doct. mod. tamen veritas videtur quod nõ. nã doctoratus est dignitas, vt per multa probatur Mod. in rub. j. de mag. dixi latè in l. penult. C. de pact. & excommunicatus non potest habere dignitatem. d. l. ij. C. de dig. lib. xij. vtrum autem possit esse notarius? Abb. hinc tenet, quod non si loquimur in notario causæ, qui necesse habet stare in iudicio. c. nullus. iij. q. iij. sed istud limita quãdo inuitus cogeretur, & esset suũ damnum, vt hinc itè quando aliàs tolleretur sibi aliqua defensio per indirectum, argumèto not. j. per Abb. Tertio limita. valde not. quando aliàs ille notarius esset in extremitate, per text. in c. pasce. lxxxvj. dist. per quem tex. dicit Ioan. Imol. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. quem ibi sequitur d. Alex. quod quamuis excommunicatus æquiparetur interdicto aqua & igni, nec possit illi subueniri, tamen fallit in causa necessitatis d. c. pasce. qui tamen text. non multum facit, imò cum sit generalis, videtur debere limitari in excommunicatis, non est contra. arg. l. in toto iure. ff. de reg. iur. cum similibus, nisi dicas, quod aliàs excommunicatio non esset medicinalis. j. d. c. cū medicinalis. itè quia aliàs papa condemnaret aliquem ad mortem, quod non debet facere. c. fin. de raptu. cum similibus. Si verò loquimur in notario, qui non sit notarius causæ, videtur velle Abb. quod possit esse excommunicatus. Pro qua cõclusionem facit, quia non prohibetur exercere officium vile, modo non sit in iudicio, argu. glo. in d. l. ij. C. de dig. sed notarius est vile officium, vt per Bart. in l. fin. C. de rabul. lib. x. & Old. in confi. lxxv. secus in notario principis qui habet honorem, & dignitatem & ideò non possit esse excommunicatus. l. j. vbi Bartol. C. de mand. princip. sed videtur, quod indistinctè ¶ notarius non possit esse excommunicatus ex quo ipsi introducti sunt ad faciendã fidem, vt in auth. de tabel. toto tit. excommunicato aut nullo casu creditur. d. c. nullus. iij. q. iij. nisi dicas, quod illud c. debet limitari, & restringi secundum not. hinc. & vide gl. & Gemi. in cap. decernimus. de senten. excom. lib. vj. Quando autem steterit excommunicatus per \* annum, 6 res caret dubio per tex. in auth. credentes. in fin. vbi casus. C. de hæret. nam tunc est verè & propriè infamis, vt est ibi casus. Et miror, quod Rom. in sing. suo. dclxxv. nõ allegauerit. Et vide Bal. in c. j. de sum. Trinita, & fide cato. vbi dicit, quod est infamis, infamia iuris, & infamia facti, & hoc est etiam de mente Bal. hinc. Sed vtrum possit esse testis, doctores distinguunt, vt in iudicialibus non possit, in instrumentis sic, per can. nullus. iij. q. iij. c. decernimus, de sent. excõ. lib. vj. Aduerte, quia in hoc contrarium videtur tenere Bartol. in authen. credentes, C. de hæret. & videtur ibi esse text. & tex. est similis in c. excommunicamus. §. credentes. j. de hæret. vbi ¶ post annum testificari non possunt, ergo ante sic, arguendo à contrario sensu, nec obstant solutiones Decij relata in gl. j. quia vt ibi dicã, non sunt bonæ, Nec obstat tex. in c. decernimus. quia debet intelligi in excommunicato infami secundum traditã per Roman. in d.

nota

no. dclxxv. vel in d. auth. credentes. nõ obstat. d. c. nullus. quia debet restringi, vt §. dixi. aliàs esset cõtra mille iura: vel dic, quod loquitur in anathematizatione, quæ est maior excommunicatione, vt ibi not. & per Bald. de pace const. & Feli. in c. ij. de except. videtur tamen verior communis opin. Et pro resolutione 8 d. auth. credentes. dic, quod in \* iudicialibus non admittitur testis. casus est hinc. & in d. c. decernimus. in instrumentis admittitur ante annũ, post nõ. d. auth. credentes. sed quid si excommunicatus dicat excommunicationem nullam? Dec. hic tenet, quod nihilominus non admittatur. Aret. tenet contrarium per c. veniens. el. ij. in viij. nor. de testib. per illum text. Tu potes concordare, an excommunicatus velit probare in continenti, & admittet arg. gl. & ibi not. in l. si is à quo. ff. vt in poss. leg. & c. literas. j. de resti. spo. Et suprã dicta in casibus, in quibus admittitur excommunicatus intellige in excommunicato ratione pœnitentiæ & medicinæ, secus, si ex contemptu & superbia. c. notãdum. xxiii. q. iij. in fin. nam talis æquiparatur ethnico vt ibi dicitur. Vnde non poterit esse doctor, nec testis &c. Aduerte etiam quia videtur 9 quod non sit differentia inter testem \* iudicarium & extraiudicarium. ex quo in iudicio repellitur nisi per sententiam, non autem ipso iure vt declarat Car. in rep. d. c. perpendimus. in xxxvij. quæst. licet in cõtrarium faciat decisio Bal. quam j. refero. in prin. gl. in instrumentis autem non opponitur cõtra personas testium. vnde videtur esse differentia potius in facto quã in iure. Dic, quod in instrumentis nõ potest opponi, etiam si velint, secus in iudiciis. sed an partes possint admittere, videtur, quod sic. argu. gl. in clem. ij. vt lit. non contest. quod intellige tacitè non opponendo, secus expressè. Aret. in c. præsentiu. de testibus. in casibus autem in quibus excommunicatus admittitur vt testis in iudicio ex quo est inhabilis, nõ admittitur absque tortura nisi sit rogatus, secundum Bal. in c. ij. de testib. cog. & in c. j. de sum. trin. & si. cath. & nisi inhabilitas esset ex accidenti. Abb. in c. si. eo. tit. Aduerte etiam hic in quantum do. Abb. ponderat tex. in verb. Stare, quod est generale, aduerte quia ista ponderatio non est bona ex quo verbum Stare, non est positum in decisione seu responsione papæ, sed potius in interrogatione, ex qua non est sumendum argumentum. arg. not. in l. vt responsum. C. de transa. in l. Domitius. ff. de testa. & gl. singul. in l. j. C. quando non pet. par. nã istud verbum strictè hic intelligitur, quod patet ex responsione papæ, qui intellexit illud, nisi respectu agendi non autem restituti: aliàs sequeretur quod papa non respondisset plenè quod est absurdum, & contra not. in d. l. vt responsum. nam responsio \* declarat interrogationem & contra l. Titia. §. idem respondit. ff. de verbo. oblig. cum similibus. & propterea videtur, quod deductiones factæ hinc per Abb. non probentur in hoc tex. in glo. j. in prin. facit pro hac glo. quod singulariter not. Bal. tit. de pace constant. in verb. non admittemus. vbi dicit quod si statutum denegat 11 alicui \* audientiam, intelligitur pro se, sed contra se bene admittitur & auditur. l. quos prohibet. ff. de postul. & ibi infert, quod sententia pro eo lata, est ipso iure nulla, quia iudex processit expresso iuris errore, vt ibi per eum. qui debet intelligi, quando esset lata pro eo actore, secus si pro reo. secundum dicta hinc per doctores, & hoc modo debet intelligi text. in c. rursus. xj. q. iij. alias obstatet tex. in d. c. excommunicamus. loj. §. credentes. de hæret. vel dic, quod d. c. rursus. loquitur solum circa vnam causam. scilicet, circa excommunicationem non autem negat, quin possit audiri in alijs. In eadem gl. ibi. §. credentes. ille text. probat contrarium arguendo à contrario sensu, vt hinc per Decium, qui conatur respondere, sed 12 violat text. quare responde secundum Mod. quod ille text. probat eum, qui fuit excommunicatus per annum, pari omnes eas pœnas: ergo à contrario sensu si non stetit per annum non patitur omnes eas pœnas, sed bene aliquas, vt hinc per eas. Est verum quod contraria opin. de facili posset sustineri, vt §. dixi. In ead. ibi, compellendum. hanc opin. sequitur Abb. hinc. sed in contrarium adducit Aret. tex. in c. per tuas. j. de sent. excom. vbi excommunicatus ¶ non auditur appellans, nisi sit absolutus. ad illum text. Respondet Decius, quod ibi requiritur absolutio specialiter, quando quis impugnat excommunicationem, vt hinc per eum. sed ista responsio est contra illum text. in prin. dum dicit, quod si ante appellationem in aliquem fuerit excommunicationis sententia promulgata &c. Item ibi, post appellationem legitimam interpositam se fuisse excommunicatum: quibus iuribus probatur, quod quis appellauerat non à sententia excommunicationis, sed ab alia: & ideo restringere illum text. hoc modo est eum violare, & propter 14 ea opin. Aret. videtur verior. Est verũ ¶ quod ad hunc text. in verbo, debet, potest aliter responderi, quã faciat Abb. nam verbum, debes, prolatum ab eo, qui habet potestatem imperandi, importat imperium: hoc est verum, si verba conferatur ad eum, qui facere deberet: & ita loquitur doctrina Bart. in l. creditores. C. de pign. & ita intelligitur glo. in l. j. ff. quod iussu. si verò non sint relata ad eum, sed ad testium, tunc non inducit necessitatem seu imperium. Bal. in c. j. §. si vassallus. apud quem vel quos controuers. deb. dic in vsib. feud. l. age. vbi Bar. & Rim. Ferr. C. de transact. & ratio est in promptu. quia tunc vt in nostro text. non est mens papæ aliquid imperare vel inducere, sed referre iam relatum in iure: non stat verũ de nouo. Vnde potius propriè intelligitur, hoc enim verbum propriè loquendo inducit solum debitum honestatis. l. ciuile. C. de furt. l. sape. ff. de offic. præsidis. licet gloss. in clementi. attendentes. de stat. reg. teneat contrarium, sed debet intelligi, quando papa disponit ius de nouo, vt ibi. in nostro autem casu est secus, vt patet ex not. per Corn. in l. illam. C. de collat. Bal. in l. j. ff. de constir. prin. Rim. Ferr. in l. j. ff. de offic. eius 15 cui. Mod. in c. j. in j. glo. §. de constitur. Ex dictis Abb. hinc habes, cõclusionem, quod ¶ excommunicatus non potest petere restitutionem in integrũ, nec si sit spoliatus, restitutionem honorum, vt hinc per Abb. idem tenet Rom. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. hæret. pro quo facit, quia istæ excommunicationes, quæ fiunt ab homine, fiunt propter contumaciam, vt est gl. in c. episcopi. & in c. si inimicus. xj. quæst. iij. &

Tomus 5.

F ff propter



propter contumaciam \* spoliatus non restituitur gloss. iij. q. j. in summa. & ex hoc dicto aduerte, quia 16  
 excommunicatus non solum prohibetur agere, sed etiam impetrare officium iudicis, quod succedet  
 loco actionis, ut hoc casu. nam pro restitutione etiam datur officium iudicis. xv. q. iij. porro. & ff. ex quib.  
 caus. mat. l. j. not. gloss. iij. q. j. in summa in fine glo. Fallit tamen ista conclusio in sua vxore: quia excō- 18  
 municatus ea spoliatus poterit eam petere per officium iudicis. secundum Ant. de But. & Abb. in c. fi. de  
 ord. cogn. Decium hic, & est gl. xj. q. iij. c. quoniam. sed videtur, quod in hoc licet alij simpliciter trāseant  
 in contrarium sit veritas. nam gloss. mouetur ibi per illum tex. qui dicit vxorem communicantem cum  
 viro non esse excommunicatam. ergo licet potest peti. nam istud fundamentum non est bonum, quia  
 non attenditur persona ipsius vxoris, & sic rei quæ petitur, sed persona petentis, quæ est inhabilis. Istud  
 probatur ex hoc tex. vbi excommunicatus non potest agere, petat quid velit, siue mancipium siue filiū  
 & c. secundum glo. & tex. in l. j. §. ff. de rei vend. siue rem. nam eam licet potest habere, & tamen non po-  
 test petere: ergo fundamentum gl. nil valet. Secundò, quod vxor possit loqui cum eo, est introductum cau-  
 sa necessitatis: quia difficillimum erat secum habitare & abstinere colloquio, ita dicit text. in d. c. quo-  
 niam. sed quando quis est spoliatus vxore, cum amplius secum nō sit, cessat ratio text. & propterea text.  
 Ladigere. §. quamuis. ff. de iur. pat. & propterea concludo contra glo. quam communiter omnes probāt.  
 nam si ea esset vera, sequeretur, quod excommunicatus possit agere contra seruū & filium, & ru-  
 sticos, & familiares, quæ essent maximæ limitationes ad hunc textum. Ex dictis abbatibus colligitur etiā  
 alia conclusio, quod excommunicatus petens tenutam reuocari principaliter, repellitur: quia est tan- 19  
 quam actor, secus, si incidenter, ut reus. Idem tenet Bart. in l. de pupillo. §. ff. de op. no. nunt. & hæc est  
 communis opin. & fundatur super not. in hoc c. & pro ea facit, quia aliās nos videmus multa esse per-  
 missa incidenter, quæ tamen principaliter non admitterentur. facit text. in l. non distinguemus. §. delibe-  
 rali. secundum vnā lect. ff. de arbit. & quæ not. Bar. in l. j. ff. de auct. tut. & tradit Mod. in c. cum oporteat.  
 §. de accus. & Barb. in consi. ij. in j. vol. sed aduerte, quia istud fundamentum non multum vrget pro Bar.  
 quia tunc incidenter permittitur quod non principaliter, quando principale nō potest stare absque in-  
 denti, ut declarat Bar. post Din. in d. l. j. & Ias. in l. quotiens. C. de iudi. tamē melius facit tex. in c. de pru-  
 dentia. de don. inter vir. & vx. vbi dos potest incidenter peti sub iudicio matrimonij. & tenet Ang. &  
 Aret. in l. j. ff. sol. mat. facit etiam quod not. Bal. in l. pen. C. vbi caus. fisc. dum dicit quod fideiusor qui sol-  
 uit pro condemnato potest incidenter implorare officium iudicis maleficioium, ut cogat condemna-  
 tum soluere, cum similib. allegatis per Barb. in d. consi. ij. sed tamen negari non potest, quin regula sit  
 quod illud quod est negatum principaliter, est etiam negatum incidenter, l. oratione. ff. de sponsal. & d.  
 l. j. vbi Bar. ff. de auct. tut. & propterea Iac. de Aren. & Bal. in d. l. de pupillo. §. fin. & d. Abb. in c. cum inter.  
 de excep. tenent indistincte, quod excommunicatus possit petere reuocationem tenutæ. mouetur Bal.  
 quia si hoc non diceremus, sequeretur quod excommunicato tolleretur defensio, quod est absurdum. l.  
 si longius. §. ff. de iudi. melius allegasset text. in d. c. cum inter. & in c. fin. de appell. sed ad hoc fundamen-  
 tum respondet Imo. Lud. Rom. Ias. & alij in d. §. fina. quod est imputandum excommunicato quare non  
 facit se absolui, & post absolutionem poterit agere, sed ista sol. licet cōmuniter approbata ibi, nō est bo-  
 na, & confunditur ex hoc tex. quia ea ratione attenda non deberet neque excommunicatus possit exci-  
 pere, quod est contra hunc text. & hanc solutionem. Ad aliud propositum dum repræhēdit opin. Cald.  
 reprobat hic Abb. quem sequuntur ceteri sed tu responde huic fundamento aliter, quod imò defensio  
 non tollitur ex quo ista tenuta nō est nisi tædialis, nec tribuit ius. vnde probando se non debere quod fa-  
 ciet intra annū, debet iudex ipse reuocare. Secundò mouetur Bal. quia quāuis excōmunicato de nege-  
 rur audiētia, tamē debet audiri quādo petit reuocari tenutā, sicut nos videmus quod in diebus festis de-  
 negatur audiētia, & tamē potest peti reuocari tenuta. Primū probatur in l. dies festos, C. de fer. secundū  
 in l. si minor, vbi gl. sing. ff. de cui. & hoc arguēdo de re ad tēpus, quod argumentum valet. l. vinū. vbi Ia-  
 son, ff. si cer. per. sed ad hoc respōdet Lud. in d. §. fi. quod dies, & res sunt diuersa, & ideo ex hoc nil infer-  
 tur. l. Pap. exuli. ff. de min. quæ solutio est nihil. Quare secūdo modo respōdet, quod illa gl. loquitur, quā-  
 do missio esset facta de facto, nō de iure: sed in nostro casu est facta de iure istā intelligentiā ad illā gl. re-  
 probat in alio proposito d. Ias. in l. j. §. nūtiatio. ff. de op. no. nūt. quoniam illā gl. generaliter intelligit Bal.  
 in d. l. dies festos. C. de fer. sed tu dic, quod solutio Lud. est bona, & ea gl. debet intelligi, quādo iudex iniu-  
 stē misit in possessionē: quia sicut de facili cōcessit, ita etiā de facili debet reuocare. l. j. §. ff. si mul. v. no-  
 mi, & illā gl. ita intelligit Ias. post alios in l. si pacto, quo pēnam. C. de pact. Tertiò pro ista opi. adducitur  
 per d. Abb. in d. c. cū inter. quod quādo iudex misit in poss. excōmunicati, talis excōmunicatus dicitur sti-  
 mulatus, & grauatus, vnde debet posse agere, arg. c. fi. de excep. cū similibus. Facit quod not. Ang. in l. nō  
 cogendū. §. ff. de pro. quæ refert hic Decius. vbi stimulatus dicitur se defendere, sed potest respōde-  
 re, quod ista defensio \* cōcessa reo excōmunicato, est cōcessa ex quadam necessitate, vnde debet intelli- 20  
 gi de reo propriè nō de stimulo, arg. j. q. j. quod pro necessitate & firmat in alio proposito Deci. hic. vi-  
 detur tamē, quod opi. Abb. ibi declarata. secundū d. l. minor. iūcta gl. possit sustineri, ut distinguamus, an  
 ista missio sit facta à iudice iniustē, & de facto, & tunc possit peti, ut reuocetur. si verò sic facta iustē, est  
 fecus. Et de primo mēbro. f. quādo est facta, de facto credo, quod sit indubitātū, & hoc etiā satis vult Lud.  
 in d. §. fi. sed tamē in contrariū etiā facit, quia excōmunicatus non potest dicere sententiā excōmunica-  
 tionis nullā. c. veniēs. el. ij. de testib. sed responde, quod facilius admittetur excōmunicatus dicēs nullam  
 quam

quamcunque sententiam excommunicationis. c. per tuas. de sentētia excom. iuncto c. fi. & c. cū inter.  
 de excep. in contrarium fac. quod not. Abb. & alij in c. dilecti. de except. & Alex. in d. §. fi. sed responde,  
 quod ibi nil præiudicat, hic verò sic. tertia opin. est Hosti. in c. dilecto. de ver. sig. quæ sequitur Imo. & Ro-  
 ma. in d. §. fi. & eam etiā tenuit Spec. ut ibi per Ias. Mouentur primò, quia excōmunicato non potest sol-  
 ui, & talis soluens est etiā ipse excommunicatus, etiā si debitū sit iuratum. xj. q. vj. c. iuratos. sed responde  
 ad illas gl. ut per Ias. in d. §. fi. vel eas reproba: quia contrarium tenuit Inn. in c. veritatis. de dol. & earum  
 falsitas patet ex not. in hoc c. vbi actus extrajudicialis factus coram excōmunicato valet, & tenet: licet  
 contrahens etiā ipse excōmunicetur. si verò loquamur in iudicio, illud est clarū ex quo excōmuni-  
 catus non potest agere, ut hoc tex. Secundò mouentur, quia in reuocatione huius tenutæ requiritur ci-  
 tatio. l. nam ita. ff. de adop. ergo citando, ipse prouocat. sed responde, quod istud est falsum: quia imò cita-  
 tio est cōmunis, tam reo, quā actori libertus patrono. vbi no. ff. de in ius voc. secus tamen esset de pri-  
 ma citatione per l. ex tribus. ff. de iudi. Vel responde aliter ut per Ias. in d. §. fi. Tertiò pro ista opin. facit.  
 quia quando damnū est reparabile, & sententia non tranfit in rem iudicatā, tunc excōmunicato nō  
 21 licet appellare. vnde t̄ excommunicatus non potest dicere sententiam nullam: quia nunquā trāsit in re  
 iudicatam, ut not. Imo. & Abb. & alij in c. dilecti. de except. & est cōmunis opin. secundū Alex. in d. §. fi.  
 istud procedit in nostro casu, quando tenuta facta est occasione actionis realis. ergo hoc casu nō debet  
 posse petere reuocationē. Sed respōde, quod istud nō procederet, quādo tenuta esset occasione actionis  
 personalis, quia cū tunc fructus sequestrētur, ut est text. in l. is cui. §. qui legatorū. ff. ut in poss. legat. Bart.  
 in l. si finita. §. si autem. ff. de dam. inf. tunc esset magnum præiudicium, & reus diceret tunc defenderet  
 se à præiudicio. Idem videtur in reali, ex quo est magnum incōmodū reo, quod illa stent in possessione  
 saltem ratione fastidij, argumen. l. medicos. C. de profess. & med. libr. x. sed per hoc quod sententia non  
 dicatur nulla, non est aliquod fastidium ex quo habet exceptionem in executione, ut not. in c. significa-  
 uerunt. de except. & nunquā tranfit in re iudicatā, & ideo termini non sunt pares. Quid dicemus? ultra  
 dicta per doct. in hoc articulo, videretur de iure verior hæc vltima opi. pro qua arguo sic, nos habemus,  
 22 quod quando reuocatur \* tenuta sententia lata per iudicē est, reuocandā esse tenutā, ut est gl. vbi scrib.  
 in l. j. ff. de iur. om. iud. vnde ista reuocatio est quasi quædā executio sententiæ. Ego autem habeo, quod  
 quamuis sententia feratur pro excōmunicato, tamē nunquā fit executio. Vnde dicunt In. Bal. Abb.  
 in c. fi. §. de excep. & Bal. in c. post cessionem. §. de proba. quod quāuis sentētia in appellatione lata sit pro  
 23 reo, tamen differretur executio \* donec fuerit absolutus. sed potes respōdere, quod istud est, quia ex sentē-  
 tia oritur actio in factum vel officium Iud. secundū no. per Bar. in l. intra. in l. à diuo Pio. in fi. principij. ff.  
 de re iud. vnde in executione reus est actor, & propterea non fit executio pro excōmunicato, qui nō  
 potest esse actor, sed in tenuta est interlocutoria, quæ quādoque potest reuocari à iudice. l. quod ius-  
 sit. ff. de re iudi. Vnde cum actus partis non sit necessarius, non curatur, an pars sit inhabilis, arg. regulæ  
 quæ traditur in l. vnica. in prin. C. de rei vx. act. præsertim cū in tenuta talis excōmunicatus sit, ut reus  
 ex quo grauarur l. pupillus. §. defendere. ff. de priuileg. cred. quod non est in executione, ut in contrario. &  
 propterea distinguēdum est, aut appellat excōmunicatus à tali interlocutoria, & potest. c. cum cessan-  
 te. de appell. Bar. in d. l. quod iussit. iuncto d. ca. fin. §. de excep. aut implorat officium iudicis, ut reuocet,  
 & potest ex quo iudex potest reuocare etiam non imploratus, ut tenet Bar. in d. l. quod iussit. ergo si ex-  
 communicatus petat, non debet sibi obesse d. l. j. C. de rei vx. act. si vero iudex nolit reuocare, per hoc nō  
 tenebitur in syndicato. l. non quicquid. ff. de iud. Bar. in d. l. quod iussit. sed cū possit quis facere reuoca-  
 re tenutā satisfaciendo & soluendo expensas, ut est tex. in ca. fi. §. in aliis. §. vt lite non contest. vtrum excō-  
 24 municatus possit cauere & sic facere, ut reuocetur tenuta, circa quod dicendum est, quod aut ista tenu-  
 ta facta est absque contumacia excōmunicati, purā quia excōmunicatus erat absens ex legitima  
 causa, & hoc casu poterit satisfaci: quia tunc ista satisfactio poterit fieri etiam extrajudicialiter. l. si pe-  
 cunię. §. ff. vt in poss. leg. l. de die. versu. planē. ff. de op. no. nunt. Alex. in d. §. fi. & excōmunicatus potest  
 omnia extrajudicialia facere, ut concludunt hic omnes. Aut ista tenuta est facta ex contumacia excō-  
 municati, & tunc videretur dicendū, quod non possit præstare istā cautionē, ex quo fit in iudicio, & ipse  
 non potest in eo stare, ut hic per Abb. in j. no. videtur hoc casu posse teneri cōtrariū. per tex. in c. qua frō-  
 te. §. de appel. vbi indistincte excōmunicatus potest cauere in iudicio. Nec obstant not. per Abb. hic. Pri-  
 mò quia fundamentū illius per verbū, stare, non probatur ex hoc tex. ut dixi. Item quia cauere non  
 est agere: bene fateor quod nequit agere, sed cauere quod respiciat defensionem, aliquo casu bene po-  
 test, ut in d. c. qua fronte. & c. cum desideres. §. de sen. excō. facit quod not. Bal. in c. cum inter. in fi. de ex-  
 cep. vbi excōmunicatus potest acquirere bonorū possessionē. nam debet declarare animū sic. f. quod  
 habet animū acquirēdi, non autē debet petere aliquid quia nō potest, ut hoc tex. Est bene verum, quod  
 vbi declarauerit animū, debet illi iudex cōcedere. idem in nostro casu debet cauere, & iudex ex officio  
 suo debet reuocare tenutā. facit quod no. in c. ad nostrā. el. ij. §. de iure iur. & ex his habes distinguere, Aut  
 25 excōmunicatus petit reuocari tenutā nullā, & factā nimis de facili, & potest, gl. in l. minor. in prin. ff. de  
 cui. Bal. & Lud. in d. §. fi. Bal. in l. dies. C. de feriis. & est tex. in l. j. §. ff. si mul. ven. nom. Aut petit reuoca-  
 ri tenutā, quæ valet ipso iure, & tūc per appellationē & potest. c. fi. §. de excep. aut per implorationem of-  
 ficij iudicis, ut reuocet secundū l. quod iussit. ff. de re iud. & potest. ex quo iudex possit absque eo arg. l. j.  
 in prin. C. de rei vx. act. Aut vult satisfaci, & consequēter agit, ut reuocetur & indistincte potest, ex quo

valet satisfactio extraiudicialis, si non fuerit contumax, & hoc est indubitatum. si verò fuit contumax idem vt s. dixi. & sic teneo opin. Iac. de Are. Bal. in d. s. fi. & Abb. in c. cū inter. vnum tamen videtur ob- stare prædictæ distinctioni in eo membro, quando excommunicatus petit reuocari tenutam per offi- cium iudicis: quia cū hæc interlocutoria de primo decreto traxerit secū executionē vt sit iam execu- ta, videtur quòd nō possit reuocari, ex quo d. l. quod iussit. non procedit hoc casu, vt vult glo. quam ibi sequuntur omnes. l. j. s. fi. ff. de stipul. sed potest responderi, quòd poterit excommunicatus petere, vt reuo- cetur consentiente parte, vel etiā ea inuita dicendo, quòd iudex eam tulit per errorē, vt no. ibi gl. quā se quitur Paul. de Cast. ibi, & alij, vel dic, quòd fallit in tenuta, quæ potest semper reuocari ex causa auth. ei, qui. C. de bon. auct. iud. poss. firmat Bar. Imo. Alex. Iaf. in d. l. quod iussit. vbi tenent Mod. idē in mis- sione in possessionem ex decreto secundo. In ea. glo. ibi cū talis participatio & r. not. quòd excommuni- catus in his, quæ sibi nocent, nō habetur pro excommunicato, & licita est cū eo loquela. & sic not. quòd introducta in odiū nō operantur in fauorē. de quo Abb. hīc in ij. not. vbi etiā Mod. & propterea ego infe- ro cōtra not. decisionē Bal. in c. dilectus. el. j. s. de rescrip. vbi Bal. tenet quòd quāuis quilibet teneatur ire ad exercitiū, banniti\* tamen non tenebūtur: quia sunt inhabilitati, arg. illius cap. loquentis de excom- 26 municato. sed posset dici dictum Bal. esse verū in bannito per tex. in l. sed & milites. s. sed ignominia. ff. de excus. tut. in excōmunicato non, ex quo generalius repellitur bannitus, quā excommunicatus. licet gl. eos æquiparet in l. Papinianus. ff. de min. Itē in excōmunicato neque in sententiā potest illi utilis ef- se excōmunicatio, vt hoc tex. secūs in bannito. l. cū ex oratione. s. fi. ff. de exc. tut. In tēa. sed nunquid po- 27 test\* reconuenire & c. gl. tenet quod non de quo per scri. in c. cū intra. j. de excep. & intantū hoc est verū 28 quòd excōmunicatus nō potest neque opponere exceptionē cōpensationis, quia talis cōpensatione sapit naturam reconuentionis, vt not. in l. neque. C. de compenf. & hoc firmat Bal. hic de quo tamē dicendū est, vt per Abb. in d. c. cum inter. Expedita glo. Abb. hīc opponit contra tex. vbi dicitur, quòd excōmuni- 29 catus\* debet excipere per procuratorē. cōtra de t. c. post celsionem. j. de prob. & post multa dicta soluit, 30 quòd nos loquimur, quādo reus est excōmunicatus procurator non: ibi verò, quādo procurator erat ex- cōmunicatus, actor vel reus non. Et ratio diuersitatis est: quia excōmunicatus nō admittitur nisi in cau- sa necessitatis vt hīc, quæ ratio cessat in procuratorē. Deci. tamen in d. c. post celsionem. intelligit istud, quod dicitur de procuratore excōmunicato, vt si nō opponatur quòd valeat processus, sed bene verū sit, quòd si tēpore assumptionis erat excōmunicatus, præsumitur etiā excōmunicatus tēpore quo exer- cuit officii procuratoris. c. sicut nobis, vbi Abb. de sent. excom. c. proposuit ibi gl. & Abb. de cler. excō. ministr. sed iste intellectus Decij nō videtur verus, & in contrariū est casus, vbi Bal. in terminis no. in c. cū dilectus. el. j. in verbo tenentur. s. de rescrip. vbi in exceptione nō est satis quòd dicatur, quòd quis fuit excōmunicatus\* sed opus est, quòd in præsentia dicat quod est, ergo non est verū quòd de præterito præ- 31 sumatur in præsens, præsertim cū præsumendū sit quòd in dies fiat melior, arg. l. merito. ff. pro soc. & ca. si habes. xxiiij. q. iij. Cogita, quia rectiūs consideratū videtur verior opin. Dec. maximè per tex. in d. c. si- cut nobis. Pro quo facit, quia quotiēs peccatū potest esse & non esse, debemus in dubio dicere quod sic, vt tenet d. Abb. in c. cum desideres. j. de sent. excom. Concludit etiam hīc Abb. quòd in omnibus casibus in quibus quis potest esse in iudicio, excōmunicatus\* potest facere procuratorē, qđ est verū maximè in 32 cōiuncta persona secūdū solutionē Vincētij et latā s. per Abb. Aduerte tamē, quia cōiuncta persona quā do agit pro cōiuncto, non potest ipsa constituere procuratorē, vt cōcludit Rot. in xxxiiij. decis. In con- trariū allegant Mod. tex. in c. accedens. de procu. in fi. & solue, vt hīc per eos, quorū solutio non est bo- na. nam istæ solutiones quæ dicunt esse speciale, sunt refugia miserorū, vt dicit gl. in l. filiū quē habitem. C. fam. ercif. Quare tu responde aliter, Primò, quòd dictū Rot. procedit in coniuncta persona, quæ nō habet mandatum, sed solum admittitur, quia coniuncta l. sed & hæ. ff. de procu. in d. c. accedens. potest dici, quòd habebat mandatū. vel & secundo dic, quòd tex. dicit, quòd pater debet mittere idoneū pro- curatorē: intelligā idoneū, vt si agit nomine patris, habeat mandatum à patre: si vero agit nomine filiaē habebit mandatū ab illa. nam in illo tex. non videtur, quod pater tā agat pro filia, quā pro se. sed quic- quid dicat Rota, nō puto esse differentiā coniunctas personas & alios procuratores, ex quo par est habe- re mandatū à lege, vel ab homine. l. hæc verba. ff. de leg. j. distinguendū igitur, Aut ante quā procura- tor sit factus dominus litis, & nō potest constituere: aut post, & poterit. Fit autē dominus litis per lit. cō- testat. l. quisquis. C. de procur. cum similibus hīc per Dec. allegatis. Quærit etiā hīc Abbas, an dispositio 33 c. per t. tuas de senten. excom. habeat locū, quando quis litigat per procuratorē. Et breuibus agendo, te- neo opi. d. Ant. de Butr. contra Abb. s. quod non habeat locū. nā ratio illius capituli est: quia videtur con- temnere excōmunicationē: sed quādo quis agit per procuratorē, se non ingerit, & nō dicitur contēne- re, vt tenet Abb. in c. illud. de cler. excom. min. Et hæc opin. tenet And. Sic. hīc, & alij Mod. & hoc tenēdo non obst. fundamēta tenentiū contrariū. Primo c. cū contingat. de senten. excom. quia loquitur, quā do ipse excōmunicatus vult agere: t quod probare ex illo verbo, eius probationes, & ex exēplo seu po- 34 tius fallentia, quæ sequitur nisi dicat expressum errorem in sententia quæ verba loquuntur expressē de ipso excommunicato. Itē ibi, antequā absolutiones gratiā & c. nam ille tex. nō potest loqui in procura- tore, ex quo absolutio nō quæritur per procuratorē, vt per Abb. in c. cū desideres. j. de sent. excom. se- quitur ergo quod dicta limit. declarat personā de qua loquitur præcedens dictū. secundū gl. in l. nunquā. ff. de priua. delict. l. nam quod liquidē. s. fin. ff. de pen. leg. alij soluunt aliter ponderando dictionem, vix, quæ

quæ solutio est multum fatua. Non obst. text. in l. honori. ff. de obseq. quia ibi obstaculum erat propter personam patroni, qui siue conueniatur per procuratorem, siue per libertum, idem est & semper est in iudicio, sed in nostro casu obstaculum est ex persona excommunicati, qui si agat per procuratorē, ipse non est in iudicio. Mod. hīc aliter soluūt, sed male. Non obst. tex. in c. mulieres. quia ibi imperabatur res, illicita, & in odium talia iubentis istud introductum est, hic verò erat res licita. & hanc differentiam faci- cit gl. in l. iij. s. si procurator. ff. quod quisque. iur. Non obst. ratio d. c. cū contingat. pōderata per Deci- quòd absolutio debet peti: quia in omnem euentum necessaria est: quia ista ratio non est sufficiens. pro- batur, quia ea attentata, non solum quando quis impugnat sententiā excommunicationis, sed etiam quā do impugnat aliam, debet absolui. quod tamen est falsum secūdum Abb. in d. c. per tuas. & Decium hīc in alio proposito. Pro communi etiam facit, quia iura dicunt excommunicatus non audiatur. s. text. in 35 d. c. per tuas. & in d. c. cū contingat. Vnde nos habemus regulam quòd t si statutum denegat audien- tiam, non poterit talis se defendere per procuratorem, nisi aliquis agat, tanquam aliquis de populo, ra- tione publici fauoris secundum l. non tantū. ff. de app. ita tenet Alex. in l. j. s. sublata. vbi allegat concor- ff. ad Treb. & Rim. Ferr. in l. j. vbi multa allegat. ff. de iur. om. iud. sed responde, quòd ipsi loquuntur in sta- tuto indefinitè loquente. Sed dicta iura se declarant, vt dixi. Quærit hīc Abb. an excommunicatus reus constituens procuratorem generalem, possit ab eo defendi, an verò requiratur speciale mandatum, de quo dic, vt hīc per eum, cum quo communiter alij transeunt. Solus Decius hīc dicit, quòd si mandatum esset ad agendum & defendendum, tale mandatum non sufficeret: quia videretur mandasse ad defen- dendum in consequentiam actionis non principaliter allegat in simili. Barr. in l. iij. s. creditū. ff. si cer. pet. dum loquitur de procuratore ad recipiendum & confitendum. nam verbum illud confitendum: intelli- gitur ad sententiam recipiendi, & sic intelligitur de receptis. sed aduerte, quia ista dissimilia sunt. primò 36 quia Bar. loquitur t vt verba restringatur, ne præiudicetur domino. Decius loquitur, vt illi præiudicetur. Certè euidens est ratio diuersitatis ex quo quis non præsumitur mandare, vt sibi præiudicaret, secūs vt se defendat, arg. l. cum de indebito. de probat. l. creditor. s. Lucius. ff. mādati. l. Arrianus. ff. de act. & obli. Secundò quia in casu Barr. mandatum ad recipiendum potest multum operari, etiam principaliter, & generaliter, sed in nostro casu mandatum ad agendum nil potest operari ex quo excommunicatus non potest agere: & ideo non debemus dicere, quòd defensio veniat in consequentiam ex quo quod nullum est, nil habet quod sit accessorium, vt not. per gl. & Bar. in l. iij. s. fi. ff. de lib. & posthu. Terriò, quia in casu Bar. verbum, Ad recipiendum, non continebat confessionem, sed in nostro verbū, Ad agendū, ex se be- ne comprædit defensionem consecutiua. l. actionem. C. de procura. vbi casus l. ij. ff. de iur. om. iud. not. Barr. & alij in l. Gallus. s. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. vnde verbū, defendendum, esset super- 37 fluum, quod non est dicendum. l. si quādo. ff. de leg. j. sed circa hæc quæstionem aduerte ad duo, t primū est, quòd dictum istud Abb. videtur limitandum, vt non procedat in procuratore extraneo. nam talis lo- quens cum excōmunicato etiam ipse excommunicatur. xj. q. iij. quoniam. Et licet Ab. hīc innuat cōtra- rium, tamen non puto, quòd dicat verum. non enim sequitur, lex permittit excommunicatum defende- re se per procuratorem, ergo procurator nō excommunicabitur. nam nos videmus quod permittit eū contrahere, & tamen contrahentes excommunicantur. d. c. quoniā. Modò in proposito, si iste procura- tor defendet excommunicatum, certè fatebitur se excommunicatum, & propterea non debet audiri tanquam allegans suam turpitudinem. l. iusiurandum & ad pecunias. s. si procurator. ff. de iureiur. Fa- cit quod not. Bal. in l. litem. C. de procur. vbi dicit, quòd procurator debet licitè acquirere officium non turpiter. nam si per excommunicationem acquirit, certè facit turpiter, vt tenet Bal. hīc, & in c. j. de sum. trin. & fid. cat. facit etiam quod no. Bal. in prædicto loco, vbi dicit quòd procurator allegas aliquid quod est de iure vel facto contra mandatum suum, debet repelli. cogita, quia facile respondebis. Secundò ad- uerte, quia videtur, quod hæc quæstio nō sit utilis, nec necessaria. nam clarum est, quod iste procurator non poterit nisi defendere excōmunicatum, tunc sic vbi tractatur de defensione, quilibet potest agere etiam absque mandato l. exigendi. vbi Bar. Bal. Paul. Alex. Arret. Iaf. C. de procu. l. ij. vbi scrib. C. de neg. gest. ergo fatuum est hoc casu dubitare, an requiratur mandatum generale vel speciale. Propter istud fundamentum necessario restringenda hæc quæstio est, quando talis defensor nollet satisficere rem rat, hab. quo casu de necessitate requiritur mandatum speciale aliās secūs. Quærit Abb. si excommunica- 38 tus t incepit agere, nec fuit expulsus, mox vult desistere, an possit inuito reo ex quo semel edidit actio- nē secūdum auth. qui semel. C. quom. & quādo. & concludit quod sic, vt hīc per eum quem cōmuniter sequuntur alij. In contrarium facit, quia iste excommunicatus repellitur ab agendo publico fauore, & ideo voluntas rei nil debet operari. imo iudex ex officio suo eum debet repellere, vt est gl. in c. quæren- dum. in c. alieni. ij. q. vij. & ibi Gem. in hoc tenet contra Abb. hīc. contrarium etiam tenet Abb. in c. exce- ptionem. in fi. j. de excep. vnde Abb. in d. c. exceptionē distinguit, vt dicta hic procedant, quando reus prætenderet aliquid interesse, secūs si nullum, sed solam voluntatē: sed his non obst. Verior videtur opi. Abb. hic indistinctè, quia non est verum, quod excommunicatus repellatur ab agendo principaliter fa- uore publico, sed potius in sui odiū, vt satis concludunt doct. post Abb. in hoc c. in iij. not. est verū, quod secūdario est publica utilitas. d. c. exceptionē. in fi. sed attenditur principale. Bar. in l. j. ff. sol. mat. facit l. si quis nec causam. vbi Iaf. ff. si cer. pet. nam ille rex. loquitur, quando reus nec negat, nec renuit, secūs si expressē peteret, vt ageret. Item quod principaliter nō sit utilitas publica, quod excommunicatus non audiatur,



audiatur, probò: quia si de facto admissus esset, iudicium tamen esset nullum. c. si diligenti. j. de for. com. per. l. quos prohibet. ff. de postul. not. Gem. in d. c. querendum. & c. alieni. & tamen si excommunicatus admittatur iudiciū tenet, vt concludit j. Abb. quem alij sequuntur. Aduerte tamen, quia dum dixi, quòd si reus non opponat exceptionem excommunicationis, potest iudex ex officio suo repellere accusatorem, per d. c. exceptionem. in fi. & sic istud est commissum facultati iudicis. nam si nò faciat, tamen pars non poterit de eo conquiri. per not. per Paul. de Cast. Alex. & alios in l. vbi pactum. C. de transf. vbi allegauit concord. In contrarium facit, quia quotiescunque pars locupletaretur cum aliena iactura, nunquam iudex debet interponere officium suum non petenti, etiam si res sit eius facultati concessa. l. plane. ff. de per. hær. facit doct. Bar. in l. filiusfam. ff. de don. & not. Aret. in l. age. C. de transac. sed in nostro casu sic est, quia reus locupletaretur: ergo & c. Potes respondere limitari illud dictum, quando locupletaretur nisi temporaliter. nam in nostro casu & si reus nunc nò possit cõueniri, poterit tamen alio tẽpore, cum actor fuerit absolutus. vnde si reus esset fugitiuus, & sic esset periculum in mora, tunc excommunicatus posset agere, vt concludit Abb. in c. cum inter. j. de except. Secundò in contrariū facit, quia tunc iudex potest ex officio repellere agentem, quando sua interesset, puta quia iudicium esset elusoriū vt tenet In. in c. j. de off. vicar. Abb. in c. dilecti. s. e. tit. Mod. in l. vbi pactum. C. de transac. sed in nostro casu cessat hæc ratio ex quo iudicium tenet, vt concludit j. Abb. quem sequuntur communiter alij: ergo & c. Teneo communem, responde, quòd & si iudex non repellat quia iudicium non teneat, potest tamẽ repellere fauore publicæ utilitatis, quæ attenditur, quotiens principale non obstat, vt s. dixi. cogita tamen super præmissis cætera videre hæc per Mod. Facit igitur regulam ex supradictis, quòd excommu- 39 nicatus agens non auditur. Amplia, vt procedat, etiam si reus ipse esset excommunicatus, vt tenet Bal. hinc, & Bar. in l. seruos. de accus. & Mod. hinc. Facit quod not. Bal. in c. j. hinc fin. lex Cor. vbi tenet quòd excommunicatus potest obicere cõtra testem. de exc. idẽ tenet Bar. in l. cum mulier. sol. mar. Secudò amplia, vt ista exceptio excommunicationis possit opponi etiam à tertio. Mod. hinc. Tertio vt repellatur etiã ab eo qui iurauit, non oportere exceptionem excommunicationis, quia tale iuramentum non obligat. ita tenet Mod. hinc cum cõcor. per eos allegatis. quorũ tamẽ dicta sunt dubia. Et circa primã ampliationem in cõtrariū est text. & ibi doctrina Bar. in l. fi. s. fed & si stipulator. ff. de eo per quem fact. erit. Nec obstat doct. Abb. in c. nulli. de sen. exc. dum concludit, quòd excommunicatus non potest participare cum excommunicato: quia non loquitur in iudicialibus, sed in extraiud. Item non loquitur quãdo præiudicaretur alteri, vt in nostro casu ex quo est damnũ rei. Circa duas vltimas ampliatiões videtur quòd non procedant, quia se fundant super publico fauore, quod non consideratur nisi secundariò, non autẽ principaliter, vt s. dixi, & ideo de facili posset in puncto iuris teneri cõtrarium. Quartò amplia, vt istud procedat non solum in foro canonico, sed etiam in foro ciuili, per tex. in l. placet. vbi Bal. C. de sac. san. ecclef. facit text. in c. postulasti. j. de homicid. & est glo. in l. j. vbi Bald. & Ias. alleg. concor. C. de de iur. & fact. ign. Idem tenet Bal. hinc & c. exceptionem. j. de exception. & est etiam tex. in c. domino guerram. in ca. hinc fin. lex Cor. in vsib. feud. Rom. in sing. dclxxxij. vbi alleg. l. hi qui sanctam. C. de apostat. Quintò amplia, vt non possit excommunicatus dicere sententiam nullam, vt tenent scrib. in c. significauerunt. j. de except. vbi Bal. hoc limitat, nisi incidenter diceret vt ibi per eum. & vide etiam Alex. in l. de pupillo. s. fin. ff. de op. noui nunt. Sextò amplia, vt quamuis possit se defendere & appellare, non tamen possit agere actione iudicati, nec imploratur officium iudicis ad executionẽ, donec est excommunicatus, vt tenet Inn. Bal. Abb. in c. fin. j. de except. & Bald. in c. cum inter. eo. tit. Septimò amplia, & multum not. quòd nò solum non poterit agere in iudicio ordinario, sed nec in iudicio in quo procedatur summarie, simpliciter & de plano. nam etiam tunc repellitur: ita tenet not. Bal. in d. c. cum inter. in fine. j. de except. & propterea non potest excommunicatus petere se cancellari de banno, vt tenet not. Bal. in c. dilectus filius. el primo. per illum text. s. de rescript. nec potest impetrare rescriptum, nec potest inquirere. c. j. de rescript. lib. vj. & ibi gl. in verb. alio. Limita tunc pluribus modis: & j. quando excommunicatus vellet facere se 40 absoluti, & aliquis eum impediret. nam posset cum eo agere, vt remoueret illud impedimentum, si aliàs non possit facere se absoluti, ita tenet Vinc. Abb. Dec. & alij hinc. Secundò limita, quando cepisset agere, deinde pœniteret: nam potest reus facere, vt agat etiam inuitus per authen. qui semel. C. quomodo & quando. Abb. hinc, & s. latius dixi. Tertio limita, vt quamuis agere non possit, tamen si agat, & non opponatur sibi exceptio, nec iudex ex officio eum repellat, tamen iudicium tenet, vt est text. in c. j. s. si verò. de except. lib. vj. & hoc tex. Abb. Decius hinc. & est communis omnium opin. licet Andre. Sicu, conatus fuerit tenere contrarium. sed responde eius fundamentis vt hinc per Dec. Quartò tu limita generaliter, vt quotiescunque verteretur eius præiudicium, excommunicatus possit agere. ita tenet Fede. de Sen. in consilio suo cxiij. & est satis de mente Abb. hinc in tertio not. cum aliis allegatis per Moder. Quintò limita, vt in iudiciis in quibus proceditur simpliciter licet excommunicatus non possit agere, potest tamen declarare suam voluntatem, & iudex debet ex officio suo illi concedere. ita tenet Bald. in dicto capitulo, cum inter. j. de except. vnde poterit petere bono. possessionem, quia hodie satis est declaratio voluntatis. l. fina. C. qui adm. & poterit facere in sinuari donationem, vt per Bald. in d. cap. cum inter. & propterea poterit etiam denunciare reum licet non accusare, secundum communem opin. de qua j. dicam. Sextò limita, vt quamuis agere non possit, tamen possit accusare. quam conclusionem probò per tria fundamenta. Primò, quia iura dicunt, quòd excommunicatus non potest agere, sed prohibitus agere

41 agere\* non est prohibitus accusare. l. solemus. s. si. ff. de iud. nam cum sumus in materia odiosa, appellatio- ne actionis nò debet venire accusatio, ex quo impropiisimè venit, vt not. in l. qui accusare. C. de edẽ. Secundò facit, quia ratio cur excommunicatus non potest agere, est in sui odium, & ne lucretur. ita videtur text. hinc. Certè ista ratio cessat in excommunicato accusante ex quo nil lucretur & pœna venit affligenda fisco, prout declarat Bar. in l. agraria. ff. de term. moto. Tertio facit doctrina Bart. in l. si quis in graui. s. vtrum. ff. ad Sill. vbi quotiescunque agitur de fauore publico, non admittitur exceptio inhabilitatis personæ. idem tenet Ias. vbi allegat concord. in l. j. C. de sac. sanct. eccle. sed in nostro casu agitur de fauore publico. publicè enim expedit delicta vindicari. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Bar. in l. quem admodũ. C. de agric. & cens. lib. xj. Bal. in l. Gallus. s. quid, si is. ff. de lib. & posth. cum cõcordan. allegatis per Ias. in rep. l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucapionibus. contrarium tamen est de mente Abb. hinc in not. j. & expresse hoc firmat hinc. licet Bal. in c. post cessionem. j. de probat. videatur velle quòd excommunicatus possit agere iure proprio, sed non publico. Sed teneo indistinctè communem quòd non possit. respondeo ad vltimum fundamentum quod magis vrget, quòd doct. Barto. loquitur vbi agitur principaliter de fauore publico. sed in accusatione principaliter consideratur odium rei, secundò fauor rei publicæ. l. ob id. ff. ad l. Aquil. Aret. in d. s. quid si is. vbi reprobat Bal. Ruin. in repe. s. & quid si tantum. in d. l. Gallus. facit quia iste accusans non præsumitur agere fauore publico, sed potius ob inuidiam. gl. fin. in s. Item propter inimicitias. inst. de exc. tutorum. & vj. q. j. si omnia. not. Dec. in c. j. in ij. lect. de iudi. Septimò limita, vt possit agere, quando periculum esset in mora, putà quia debitor fugitiuus, vel res est tẽpore peritura. ita not. tenet Abb. quem sequuntur alij in c. cum inter. j. de except. Pro quo facit quia licet quis non possit propria auctoritate capere debitorem, tamen fallit, si sit fugitiuus. de quo Alex. Ias. Rim. & alij in l. ij. ff. de iur. om. iud. faciunt aliæ decisiones relatae per Ias. in l. j. ff. de off. eius cui. Octauò limita singulariter secundum Io. de Imo. & Lud. Rom. in l. de pupillo. in s. si procurator. ff. de op. no. nunt. 42 vt si excommunicato ipse fieret iniuria t personalis, tunc posset etiam principaliter agere. nam etiã seruus prohibetur in iudicio esse. l. seruus. C. de iudi. & tamen poterit adesse pro iniuria personali illata sibi à domino. l. j. ff. de his, qui sunt sui vel alieni. iur. Idem in monacho, vt not. in c. fi. extra qui cler. vel vœuen. Ego tamen circa istam limitationẽ dubito, quia maior ratio est in seruo vel monacho, quã in excõmunicato, ex quo excommunicatus potest petere absolutionem, tamẽ in iudicãdo obtineret opi. Imo. & Ludo. & contra eos tenet Abb. in d. c. cum inter. in fi. Nonò limita, quãdo excommunicatus esset stimulatus, vnde posset reuocare tenutam prout s. latius dixi. & facit quod not. Ang. in l. non cogendum. s. si. ff. de procur. vbi dicit quòd excommunicatus stimulatus æquiparatur reo. Decimò limita, vt possit petere vxorem suam per officium iudicis. xj. q. iij. quoniam. & cõsequenter filios, rusticos, & omnes, qui possunt secum, quamuis sit excommunicatus, loqui: qui numerantur in d. c. quoniam. de hac tamen limitatione licet eam omnes teneant, an sit vera, dixi s. & vide Bald. in consi. liij. in volu. v. Vndecimò limita, t quando iste excommunicatus non esset publicè excommunicatus, sed priuatim, vt tenet Abb. in c. exceptionem. j. de except. facit quod not. Bal. in l. j. C. de iur. & fact. ign. vbi tenet, quod sententia lata à iudice qui non sit publicè excommunicatus valet, & tenet. & ibi multa dicit in proposito circa hoc. Facit etiam quod no. Io. Bapt. de Sancto Seuerino in tract. de arbit. in vij. quaest. vbi tenet, quòd laudum datum ab arbitro, non publicè excommunicato, tenet. Item quod not. Bar. & alij in l. j. C. de testa. vbi qui non est excommunicatus, publicè potest testari. Duodecimò limita, vt quamuis excommunicatus nò possit agere, potest tamẽ cauere de indemnitate, & facere se absolui, & tunc agere, vt est tex. vbi omnes in c. qua fronte. j. de appellat. & c. cum desyderes. j. de sent. excom. Tertio decimò limita, vt possit commisionem impetrare, vt tradit ratio in deci. dxciiij. in antiquis de sent. excom. Item poterit beneficiũ acceptare, vt traditur ibidem in deci. cxxvj. sed hæc non est propriè limitatio. & vide quæ dixi in c. j. in v. not. s. eodem.

S V M M A E.

- 1 Furti pœna.
- 3 Cap. cum non ab. explicari.
- 4 Clerum deturpat delinquens.
- 8 Clericos à laicis ex causis iudicari.
- 9 Clerici verbum late patere.
- 10 Peierantis pœna.

- 14 Priuilegio priuantia crimina.
- 15 Delicto primo sequens aggrauari: ex causis diuersum.
- 18 Clericum à laicis non, nisi ex causis, capi. 22. 23. 24.
- 21 Carceris, & verberum discrimen.
- 25 Deprehensum sine probatione puniri. 27. 29. torqueri. 28. ex causis capi. 30.

C A P V T X.



VM NON AB HOMINE. In tex. ibi, pro furto. considera, quomodo possit iste t tex. procedere: quia de iure ciuili pro furto non imponitur nisi pœna dupli, vel quadrupli ciuilitè, criminaliter verò alia pœna pecuniaria quæ applicatur fisco, prout declarat Bar. in l. si. ff. de priua. delict. l. fina. ff. de fur. l. capitalium. s. famofos. ff. de pœnis. de iure verò canonico non habet locum neque pœna dupli vel quadrupli, vt est tex. xij. q. ij. fraternitatis. Bart. in l. post decisionem. C. de fur. Mod. in s. sed iste. Inst. de actio. licet alij dicant, quod ille text. loquitur solum in foro conscientie. sed vt cunq̃ue sit textus, est hinc, quod

quis potest degradari etiam pro delicto, quod aliàs nõ puniretur, nisi pecuniariter, istud est mirum, quia degradatio\* sit in subsidium, quando ecclesia ipsa nõ potest inferre cõdecensẽ pœnam c. j. j. de pœn. lib. 2. vj. sed ecclesia bene potest inferre pœnam pecuniariam. Quare iste tex. de necessitate debet intelligi; de iure famoso prout declarat Bar. in §. famosos. in quantum in hoc non est differens à laico: quia etiam laicus oportet quod pluries fecerit furtum ad hoc vt puniatur corporaliter, vt est glo. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fugit. Bal. in l. iij. C. de epif. audien. nisi intelligendo generaliter dicas, quod respexit papa ad ius nouum in feudis in quo generaliter ex furto quinque solidorum quis suspeditur, vt in §. si quis quinque. de pace tenen. licet articulus sit dubius, vt per Bar. in d. §. famosos. vel dic quod respexit ad statuta. est verum, quod sit aliqualis diuiniatio. In text. ibi. Ne possit esse vltra perditio plurimorũ videtur iste tex. à contrario sentu probare, quod si clericus ¶ delinquat, ita tamen quod non possit esse amplius 4 perditio plurimorum, puta quia cognitus ab omnibus & omnes iam cauebunt ab eo ne decipiantur putã periuuro, quod hoc casu non debebit degradari, & sic euitaret pœnam. sed responde, quod imò semper perdet saltem famã aliorum clericorum: fama autem æquiparatur \* vitæ & animæ. l. iusta. ff. de ma. nu. vin. interest enim publicè clericorum, ne inter eos sint aliqui mali, quia illi deturpant totum ordinẽ, arg. c. si diligenti. j. de foro compet. Vel dic quod illa non est ratio finalis, sed impulsua \* ex qua non licet argumentari ea cessante. l. j. §. sexum. ff. de postu. not. Bar. in l. j. §. fin. de don. vel dic, quod loquitur de ecclesia. quia spe priuilegiorũ quis delinqueret. c. j. de off. ord. lib. vj. In text. ibi, Regi & no. quod istud cap. est correctorium iuris ciuili. nam de iure ciuili Rex\* æquiparatur Imperatori, vt latè tangit Rim. 7 Ferr. in l. imperium. ff. de iur. om. iud. vbi aliàs infinita cumulat & firmant Moder. in rubr. s. de constit. in j. lectu. sed imperator de iure ciuili iudicat clericos. l. omnes. & toto tit. C. de epif. & cler. & propterea 8 tex. in c. sacerdotes. xj. q. j. allegatus hïc per Abb. loquitur solùm de humanitate, non de iure. nam etiam tempore Constantini imperatoris iurisdicctio pertinebat ad eum, vt patet in l. officiales. C. eo. tit. limita tamen istud cap. & regulam quod laicus non possit iudicare clericum, vt fallat ¶ circa feuda secundum 8 not. in c. cæterum. s. eo. Item in clerico hæretico vel schismatico. nam tales non habent priuilegia clericorum, vt not. Bal. & Paul. de Cast. per illum tex. in l. omnes. C. de epif. & cleric. Idem in clerico negotia 9 tore admonito tamen, c. fin. de vit. & hon. cler. & in clerico mimo. c. cum decorem. eo. tit. & de consecr. dist. v. c. nullus. & in clerico non portante habitum, vt hïc per Moder. In text. ibi, clericos ¶ not. hïc Abb. 9 quod istud verbum est generale & compræhendit personas ecclesiasticas secundum Hosti. quã opin. sequitur hïc Decius. Adde, quod compræhenduntur etiam hospitalia. vnde videmus quod priuilegia concessa ecclesiis intelliguntur concessa etiam hospitalibus: & propterea, si testator disposuit centum dari\* ecclesiæ poterunt dari hospitali, & è contrario, vt disputauit do. Recupertus de S. Miniato & refert 10 Io. And. in c. si. de testa. lib. vj. in nouella. Bal. in d. l. omnes. est verum, quod ego dubito in hoc tex. de hoc quia ratio huius capituli est propter fauorem ipsorum clericorum in vniuersum. vnde non possent illa renuntiare c. si diligenti. de for. compet. sed istud non habet locum in hospitalibus. vnde pauperes, & curatores nomine hospitalis\* possunt renuntiare fauori suo l. omnes. vbi Bal. C. de epif. & cler. In text. ibi, 11 periuurio ¶ & c. not. Abb. quod pro periuurio quis potest deponi, sicut etiam potest illi auferri beneficium 12 c. querelam. j. de iure iur. Fortius tenet Andr. Sic. quod illud perdit ipso iure per d. cap. querelã. ibi à præscripta ecclesia remouentes: quia verba ista respiciunt executionem facti, vt hïc per Dec. qui tenet contrarium, quem sequor: & moueor, quia Barb. non videtur bene intellexisse illam regulam. nam in l. in criminali. C. de iur. om. iud. est gl. quæ dicit, quod canõ latæ sententiæ tollit ipso iure, sed canon ferendæ nõ & eã gl. sequitur ibi Bal. & Lud. Rom. in sing. suo ij. & Mod. in l. cum postea quàm. C. de pact. Ias. in l. iij. C. de iur. emphyt. & est gl. iuris canon. xvij. q. iij. si quis suadente xj. q. iij. irrita. Modò in proposito ille tex. est canõ ferendæ sententiæ. nã illa verba, nõ admittetes, propter sequentia declaratur & c. Not. etiã quod depositus\* pro crimine causante irregularitatem, non perdit ipso iure priuilegium fori. ita 13 tenet Abb. & Dec. & alij. Quæ autẽ sint ista crimina quæ causant irregularitatem est gl. in c. nisi. §. propter conscientiam. super verbo, sed duntaxat. de renunt. c. ad audientiam. de pœnis. & pro hoc nor. est tex. in c. ij. in fi. vbi gl. si. j. de pœ. li. vj. vbi dicitur. quod verberans clericũ depositum incidit in can. si quis suadente diabolo xvij. q. iij. secus, si sit degradatus actualiter. sed an ¶ schismaticus vel hæreticus per- 14 dat priuilegium fori ipso iure absque alia depositione, videtur quod sic per text. in d. l. omnes. C. de epif. & cler. vbi Bald. nam ibi dicitur, quod solùm orthodoxi habent priuilegia, ergo etiam à principio. sunt vetita schismaticis, arg. d. l. in criminali. dubito per tex. in c. super eo. cum seq. de hæret. li. vj. Puto primã opin. veriore per l. j. & l. curiales. & authen. idẽ est de Nestorianis. C. de hæret. & Ma. vbi Salicet. Not. & secundum Aret. hïc ¶ ex tex. in verbo, legitima. quod si quis semel deliquerit, & sit punitus, quod si ite 15 rum delinquat, primum malefium punitum semel, non aggrauat sequens, sed sequens nihilò magis debet puniri pœna legitima, sed ad istum text. potest responderi, quod etiam si sequens aggrauatur per primum tamen verum est dicere, quod puniatur pœna legitima, ex quo secundum leges, primum aggrauat secundum. & contra Aret. tenet præcise Bal. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iud. vbi tenet quod si ex primo delicto secundũ formam statuti quis punitur in centum, ex secundo decapitatur, etiã quod quis soluerit pœnã primi, tamẽ ex secũdo decapitari debet, quia primũ aggrauat, & licet factũ punitũ sit in primũ, remanet tamẽ infamia. l. indulgẽtia. C. de abol. idẽ tenet Bal. in l. iij. C. de epif. audi. vbi dicit, quod licet de iure ciuili quis pro primo furto & secundo furto nõ puniatur corporaliter, punitur tamen

tamẽ pro tertio, quia præcedẽtia licet ciuilitè punita aggrauat, idẽ in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. & in l. certũ. ff. si cer. pet. sed Bal. in l. j. C. de ædil. actio. in hoc puncto distinguit. Aut statutũ loquitur per verba determinata, & considerat factũ, veluti si dicat, si quis fecerit duo homicidia & c. & hoc casu primũ aggrauat sequens. Aut nõ considerat factũ sed pœnã, puta si statutũ dicat pro duobus homicidiis quis puniatur & c. & tũc secus. & sic posset pcedere opi. Aret. hïc. Sed aduerte, quia ista distinctio non videtur vera. nã ratio cur secundũ delictũ aggrauatur per primũ est, quia infamia primi semper remanet, vt dicit Bal. in d. l. certũ. & est tex. in l. si. C. de generali abol. certẽ ista ratio militat in vtroq; casu. Alibi tamẽ Bal. in l. si familia. in fi. ff. de iur. om. iud. dicit qd ratio huius statuti est, vt cõsuetudo puniatur. & pro hoc est tex. in l. iij. C. de epif. aud. vnde dicit Bal. in d. l. si familia. qd stante prædicto statuto, si quis fecerit duo delicta\* simul nõ tamẽ ob id punietur: quia cessat ratio statuti ex quo nõ est factũ per cõsuetudinẽ, quod dictũ est singulariter notandũ. sed ista ratio Bal. militat etiã ipsa in vtroq; casu. Vnde non puto qd dicta distinctio sit vera. Cogita tamẽ quia in practica durũ esset recedere ab opinione doctoris distinguẽtis. & circa hũc articulũ dũ Aret. dicit, qd per hoc nõ reddũtur dubia dicta per Bar. in l. si cui. §. si. ff. de accus. Aduerte quia Bar. nõ loquitur propriè in his terminis, sed quãdo quis nõ est punitus in alieno territorio nisi dicas, quod par est, qd quis sit punitus, vel qd nõ possit puniri: quia est in alieno territorio. Et pro hac quæst. vide Imo. in Cle. pastoralis. de re iud. Ang. Aret. in maleficiis. in verbo, & vestẽ cœlestẽ abstulit. Cataldũ ad Bõcõp. in tract. syndicus. q. cxix. Fel. in c. cũ cõtingat. j. de foro cõpet. & adde hïc cõcord. per Alex. allegatos in d. l. si cui. in apost. ad Bar. & adde vnũ dictũ Bal. in d. l. iij. C. de ep. audi. vbi dicit, qd si fiat gratia bãnito propter homicidiũ. si talis, aliàs cõmiserit tale delictũ, & fuerit absolutus, tamẽ debet\* fieri mẽtio in rescripto continente delicti remissionẽ: aliàs rescriptũ præsumeretur subreptitiũ. Idẽ tenet Barb. in c. super literis. de rescr. Cro. in c. si. §. si. de cõsti. li. vj. Aduerte et quia cõtra nõ. Aret. facit. c. si quis altario. xv. q. viij. & gl. in c. hoc vestræ. xj. distin. & ibi Gem. not. & Abb. in c. graue. de præben. in no. 17 & vide Bal. in l. & si feuerior. C. de infam. In gl. j. ¶ pro declaratione huius glo. videndũ est primò an clericus delinquens possit capi per laicum, & an captura teneat. & circa hoc gl. hïc tenet quod non & pro hoc est tex. in c. si verò. j. de sen. excom. & satis facit c. vt famæ. eo. tit. & tex. in c. ij. in verb. distringetur. j. de foro compet. gl. in c. si quis suadete. xvij. q. iij. Et circa hoc primò communis opi. est quod imò possit capi à laico, & laicus non sit excommunicatus, dum modo non faciat id suadente diabolo, nec aliquo odio: nam tunc procederet dispositio d. c. si quis suadente. & hoc tenet Abb. hïc, Dec. & alij: & est cõmunis opinio, & tenet fortius Deci. quod quælibet causa excusaret laicũ hoc casu per regulã. l. igitur. ff. de lib. causa. & l. plagij. C. ad l. Iul. de plagia. Pro quo etiã facit, quia excoicatio non intelligitur nisi existẽti in dolo. Io. And. in c. quantò. in fi. j. de sen. excom. & firmat in hoc casu Abb. & habetur in Summa Angelica in verb. excoicatio. el. vij. vnde mediator simoniæ non esset excoicatus, si nesciret, nec esset in dolo, vt in extrauag. execrabilis. Io. vicesimi secundi. & hoc in foro animæ in foro autem cano- 19 nico videtur, quod sufficiat dolus\* præsumptus vnde laicus non posset capere clericũ in crimine reperi- tum, si suspectus de fuga non est: quia lex præsumit dolũ. pro hoc etiã facit glo. in c. clericos. in verb. iniuria. de sen. exc. li. vj. vbi ille, qui equũ aufert clerico, nõ facit dolosẽ, & tamẽ est excoicatus, quia lex præsumit dolũ. & hoc, vt dixi, in foro canonico, secus in foro animæ: quia iura fundata in præsumptionibus non habent locum in foro animæ. Io. And. in c. is, qui fidẽ. de spõsal. Si velis tamen tenere opi. gl. quã tenuit Host. & alij relati p Abb. posses respõdere fundamẽto Abb. quod quilibet iniiciens manus in clericũ præsumitur in dolo. quod probatur primo, quia qui se ingerit, præsumitur in dolo. l. scire oportet. §. si. vbi Bar. & Bal. ff. de tur. & cur. dat. ab his. nam præsumitur cõtemnere. c. intelleximus. vbi Abb. s. e. tit. Itẽ quãdo aliquis facit illud, quod est. de genere prohibitorũ, licet aliquo singulari casu permittatur tamẽ præsumitur in dolo. l. si nõ cõiuitij. C. de iniur. & nõ. Bal. C. de dolo. l. dolũ. Itẽ facit, quia qui fa- 20 cit, quod nõ debet, præsumitur in\* dolo. l. si procuratorẽ. §. si. l. dolus. ff. m. ad. Paul. Cast. in l. vbi exigitur. in prin. ff. de edẽ. Rim. Ferr. in l. pe. C. de pact. In proposito ergo si præsumitur dolus, certẽ dolus præsumptus est satis, vt incurratur excoicatio d. Canonis, si quis suadete. vt s. dixi. & hęc in foro canonico alioquin in foro animæ dictũ Abb. est indubitabile. Stãte ergo prædicta cõclusionẽ huius glo. limita eã in casibus, in quibus potest verberari: quia à fortiori potest capi. ita tenet Io. And. hïc, quẽ sequitur Abb. qui allegat l. nec in ea. ff. ad l. Iul. de adult. & idẽ tenet Dec. hïc. In cõtrariũ facit, quia argumentũ de maiori ad minus facit arg. necessariũ in eadẽ specie, sed in diuersa facit rãtũ probabile, vt tenet Io. And. in c. in pœnis. de reg. iur. li. vj. Aret. in l. ij. in fi. ff. de leg. j. est tex. in l. Solemus. §. latrũculator. ff. de iud. in c. cui de nõ sacerdotali. de præbẽ. j. modo diuersa speciei est verberare & in carcerẽ ducere, patet, quia qui 21 habet vnũ, nõ habet aliud. nã quis ¶ põt ducere in carcerẽ & nõ põt verberare. c. vniuersitatis. iũcto. c. vt famæ. j. de sen. exc. Itẽ quis habet ius carceris & nõ habet ius verberãdi. patet in magistratibus municipalibus, qui habent ius carceris. l. si quis vxori. §. si fugitiuũ. ff. de fur. & nõ possunt verberare. Bar. in l. magistratibus. ff. de iur. om. iud. Itẽ ex contrario verberare est actus priuatus, carcer publicus. l. j. C. de priua. carceribus. Itẽ verberare respicit actũ criminalẽ, ducere, in carcerẽ respicit actũ ciuile: vnde sumus in casu d. §. latrũculator. Dec. hïc negat illud dictũ Io. And. in d. c. in pœnis. & respõdet ad d. §. latrũculator. quod ibi iurisdicctio erat distincta. sed aduerte quia cõtra istã solutionẽ est gl. ordi. in l. j. in verbo tribuunt. ibi ergo multo magis & c. ff. de of. eius cui. quã ibi sequit Alex. vbi gl. arguit in materia iurisdicct. de clarissimis ad spectabiles. certe si esset materia distincta vt dicit Dec. gl. nõ pcederet. Forti? cõtra istã



solutionem Decij, & etiam contra dictū Io. Andr. in d. c. in pœnis. est text. in l. ex eo. C. de agen. in rebus. vbi dicitur absurdū est in eum posse criminaliter proferre sententiam, cuius de nulla re pecuniaria possit iudicare. ecce ergo quod tex. arguit ad diuersam speciem quod est contra Io. Andr. & ad materiam distinctā quod est contra Decium. sed dic, quod in casu d. §. latrunculator. specialiter ibi erat limitatū officium. vel dic, quod latrunculator non est iudex malefactorum, vt ipsi dicunt, sed solum inquisitor latronum, qui Bariselus dicitur. & sic ille tex. vrget solum contra prædictam declarationē Io. Andr. Secundo adducit Decius contra Io. Andr. l. in suis. ff. de lib. & posth. sed ad illū tex. respondent hīc Moder. l. d. Rochus Curtius, quod ibi est lex quæ extendit ad diuersam speciem. sed certè exemplo legis deberemus etiā nos posse. Teneo itaque opin. Dec. præsertim per tex. in d. l. ex eo. nec obst. c. cui de non sacerdotali. quia ibi illud est propter formam rescripti quæ est diligenter attendenda, vt ibi not. Secundo ¶ limitatur principi palis conclusio, quando laici haberēt licentiam d. c. vt famæ. & c. si clericos. de sent. excom. l. vj. & sufficeret licentia generalis in flagranti crimine. secus si nulla esset cognitio adhibita Aret. hic & gl. in clem. pastoralis. in verb. de more. de re iudi. Ista autem cognitio non potest committi per prælatum laico, sed tantum per papam. c. ij. vbi gl. §. eo. Tertio principaliter limita, quando esset suspitio fugæ de clerico. Io. Andr. & Abb. hīc, & Aret. dicit esse communem. facit quod not. Lapp. in alleg. cxxvj. inc. factum. Contrarium tenet Andr. Sic hīc cuius fundamentis respondent Moder. vt hīc per eos. credo, quod opin. Andr. Sic sit fortasse vera per tex. in d. c. vt famæ. inducendo aliter quàm ipse faciat. nam ille tex. in prin. loquitur etiam quando suspitio est quod clericus delinquēs fugiat, vt patet in tex. ibi opportunitate fugiendi captata. vnde text. postea subsequens in §. laici verò & c. debet intelligi secundum supradicta, vt comprehendat etiā casum fugæ per naturā aduersatiuæ, verò, de qua per Bal. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Alex. in l. filius à patre. ff. de lib. & posth. Bar. in l. in repetendis. ff. de lega. iij. cum ergo ibi requiratur text. licentiam prælati certe nō debent aliter posse etiam in casu fugæ. sed tamen si vis tenere communem respondere potes, quod not. per Bal. in d. l. omnes populi. procedunt, quando immediatè sequitur aduersatiua. sed in nostro casu sequitur mediatè, vnde debet referri ad proximius, arg. l. si idem cum eo dem in fine. ff. de iur. om. iud. vel responde vt dicā j. Aret. hīc tenet quod indistinctè si sit deprehensus, possit capi à laicis: quia præsumitur, quod deprehensus velit fugere, arg. c. iij. j. de sen. exc. in fi. sed ad hoc respōdet Rochus, quod imò non præsumitur ex quo laicus nō poterit contra illū testari. c. de cætero. j. de testi. sed ista respōsio nō est bona, quia aut poterit crimē probari per clericos, & verisimiliter fugiet: aut nō poterit sed solum per laicos, & tūc etiā laici admittuntur, quia etiā in criminalib⁹ quādo delictū aliter probari nō potest admittuntur laici contra clericos, vt tenet d. Abb. in d. c. de cætero. quod tamē intellige sanè, vt per Aret. ibi. Et posito, quod laici nō probēt contra clericos, faciūt tamen indicium sufficiens ad torturā cuius metu verisimile est quod fugiet clericus, arg. à cōmuniter accidētibus l. nā ad ea. ff. de legib. & est tex. in l. si vbi Bar. ff. de bon. eorū qui sibi mor. confc. & satis probatur in d. c. vt famæ. Alex. in l. si quis. in apost. ad Bar. indistinctè tenet contrariū p tex. in c. vniuersitatis. de sent. exc. vbi etiā in casu necessitatis Abb. nō potest facere verberari clericū per laicū. sed respōde q̄ facilius permittetur carceratio quā verberatio. Itē ille tex. debet intelligi, quādo Abb. potest facere verberare per aliū clericū. alias ne delicta remaneret impunita, credo, qd̄ ille tex. non haberet locū. Itē mouetur Alex. quia nō est verū quod delicta fugiēte clerico remaneāt impunita ex quo procedetur ad bona. Itē fiet remissio ad petit. iudicis clem. pastoralis. de re iud. sed respōde, quod imò remanebunt impunita, vt est casus in d. c. vt famæ. nec obstat dicta remedia, quia non habentur in consideratione arg. l. apud Iul. §. si. ff. de leg. j. Phil. Dec. hīc tenet etiā contra Abb. & cōmunē quod imò sub dubio fugæ non possit capi, & respondet ad fundamentū Abb. dū Abb. dicit quod hoc casu non incidit laicus in excommunicationē. c. si quis suadente & c. quia dicit ipse per hoc non infertur, quod fiat licitè. nam ista responsio non est bona. nam tex. in d. c. vt famæ. dicit, quod vbicumque quis illicitè capit clericum, excommunicatur: ergo vbi non excommunicatur, est licita captura. certe ista consequentia est bona. Item dicit Decius, quod captura clericus est prohibita d. c. vt famæ. certe ille tex. probat contra illū, quia non loquitur, nisi quando ex tali captura sequeretur excommunicatio. sed in nostro casu non sequitur, ergo ille tex. non prohibet in hoc casu. Possit teneri opi. Aret. in l. quod indistinctè deprehensus possit capi per suam rationem, & per rationē d. capituli, vt famæ. nam ibi non potest laicus capere, nisi cum licentia prælati. Quādo autē clericus deliquit, verisimile est quod prælati dedisset licentiā: vnde sufficit rati habitio, arg. not. per Bar. in l. qui in aliena. in prin. ff. de acq. hæc. in l. seruo inuito. ff. ad Treb. in l. j. C. qui admitti. vbi quando requiritur mandatū, satis est rati habitio, nisi in casibus in quibus non attenditur rigor iuris. Facit c. rati habitio. de reg. iur. l. vj. Facit quia quando vtiliter agitur, præsumitur, vel idem est ac si præcessisset mandatū, vt per Abb. in c. cum pro causa. in fi. §. de procurat. facit quod no. Bal. in c. cū omnes. versic. itē not. quod auaritia. §. de cōstit. Quarto limita tur prædicta regula, vt ¶ possit clericus capi per laicos ad hoc, vt ad dictū cōmittendū prohibeatur. ita tenet Abb. hic, & omnes sequuntur. Facit quod no. Abb. in c. j. de off. deleg. quod quis tenetur etiā obuia re. gl. in c. ij. de hæret. & istud intellige, quādo delictū aliās nō posset cōmodè impediri. sed certè mirū est quod quādo delictū cōmisit quo casu clericus plus deliquit, regulariter nō possit capi à laicis. quādo vero nondū fecit quo casu minus deliquit. c. j. de eo qui mitt. in poss. causa rei seru. & c. si. de sponsalib. & l. cogitationis. ff. de pœn. Et in contrarium videtur text. in l. diuus. ff. de offic. præf. vbi quando delictum committendum est, tenetur furiosus domi ligatus, commissio delicto tenetur in carcere ligatus à præsi. de. Vn

de. Vnum scias, quod in casu, in quo clericus non debet capi, si sit ductus ad iudicem, debet relaxari. & si confessus fuerit, nō tamen potest torqueri. c. miror. xvij. q. iij. Abb. in c. inter alia. de imm. eccles. Bar. in l. pen. ff. de quæst. Et in casibus, in quibus licet laico capere clericū, an possit defendentem verberare vel vulnerare. quod sic, facit gl. in c. si clericos. in verbo excedatur, de sen. excom. & hoc tenuit hīc Rochus. Teneo contrarium per tex. in c. vniuersitatis. iuncto c. vt bonæ. cætera vide hīc per alios. Subsequenter tangit ¶ Abb. quod clericus fugitiuus potest capi à creditore. & eius opinio est communis, quicquid tenuerit Hosti. vt hīc per eum. & amplia etiā in locio. vt hīc per Aret. circa hoc dictum aduerte: quia clericus non potest capi pro debito pecuniario. ita tenet Io. Andr. in c. si clericus, de sent. excom. per tex. in c. lator. de pig. & Alex. in l. iij. ff. de furt. Io. Bapt. Sancto seuerinas in tract. de debit. fugit. in v. parte prin. in vj. quæst. Mod. in l. miles. ff. de re iudic. Modo dato dicto Abb. pro vero, sequeretur, quod vt caperetur à laico, esset vnum speciale: vt caperetur pro debito ciuili, esset aliud, quod est contra regulam l. j. C. de dot. promiss. & l. si quis rem. §. si. ff. de polic. nec dicat aliquis, quod veniat in consequentiam. §. si ab hostibus. Inst. quib. mod. ius pat. potest. sol. l. sub cōditione. vbi Bar. de solut. quia cōsequentia nō capitur hoc modo, vt patet ex d. l. si quis rem. §. si. Et circa hanc regulam vide pulchras decisiones per Ias. in repe. l. si is, qui pro emptore. vbi Barto. in fi. ff. de vsucap. Adde tamē, quod si fideiubet, debet relaxari. c. clericus. de sent. excom. & satis est, quod fideiubeat de parendo iuri, nō autem mādatis iudicis, secundū Io. Andr. & Peru. sibi. Ex his infert Bal. hīc, quod itante statuto, quod villæ teneantur capere malefactores, quod non tenebuntur capere clericum. quæ decisio & notanda & bene signāda. facit, quod not. Bal. §. in rubr. proccmij decretalis, vbi dicit, quod quamuis statutum sit, quod scholares teneantur iurare rectori suo, tamen clerici non tenebuntur. Ad idē quod no. Bal. in consi. cclx. in ij. vol. vbi statutum prohibens mulierem contrahere sine consensu propinquorum, non habet locum quando contraheret cum clerico propria causa, quod singulariter est notādum. Et principalis decisio Bal. videtur indubitabilis, ex quo statuta laicorum non comprehendunt clericos, c. ecclesia sanctæ Mariæ. vbi no. omnes. §. de constit. nisi dicas quod est verum, quando statim est factum principaliter respectu clericorum, secus, si fauore publico, vt delicta puniantur. nam tunc in consequentiam comprehendit etiam clericos. vnde statutum prohibēs alienationem generaliter comprehendit etiam alienationem in clericum, vt tenet ibi Bald. & propterea decisio eius hīc redditur aliquātulum dubia. Aduerte etiam, quia illud, quod dicitur, quod clericus non potest duci in carcerem à laico, procedit etiam si ipse clericus consentiat, arg. c. si diligenti. j. de foro cōpet. & eorum quæ not. Bal. §. in rubr. decret. & per Io. Andræam de rescripto. de iure iur. c. lator. de pign. Circa secundum principalem articulum, quando ex deprehensione legitime facta surgat notorietas, ita quod clericus vel laicus deprehensus sine alia conuictione possit puniri, considerandi sunt tres casus hīc ex dictis Abb. quibus addunt Moder. duos casus, qui singularim sunt explicādi & c. Et primo pro clariori inuestigatione scias, quid sit notorium, & quid sit manifestum. de quo per Bar. in l. scriptus. in re petitione, ff. de relig. & sump. funerum. & Io. Fab. in proccm. Inst. §. si. vbi ponit eadem quæ ponit Bar. & Abb. in c. vestra. j. de cohabit. clericorum. Item scias quid sit indicium, & quid indicium iunctū infamie, & quid plena probatio, de quo per Bar. in l. admonēdi. ff. de iure iur. Bal. in rub. de cōtrouer. si inuest. in vsib. feud. & de indicio vide Bar. in l. si. ff. de quæst. Primus ¶ casus est, quādo quis capitur in actu delicti, si paucis astātibus est manifestus, si verò tot testibus astātibus, quot faciūt notoriū, tūc erit notoriū. & hoc casu, quando est notorium, poterit puniri absque aliis probationibus, debet tamen probari quod sit notorium, seu iudex debet se informare quod sit notorium, nisi omnibus iam constaret. §. si quis hominem. vbi Bal. de pac. iur. firm. in vsib. feud. Bart. in d. l. scriptus. & in hoc non est differentia inter laicum, vel clericū deprehensum secundū Ant. de But. Abb. Decium et alios hīc per tex. in c. cū dilectus. circa fin. j. de purg. canon. Sed ille tex. parū facit. nā licet dicat, quod totus populus vicinē vidit clericū, certè potest intelligi, quod inerāt etiā clerici, qui viderunt. Nec obst. quod appellatione populi non veniat clericus, quia istud est verū in odiosis ipsi clerico, de quo dubitatur, an veniat, vt per Ab. in c. j. de vita & honest. cler. sed in materia indifferenti puto, quod veniat per tex. in §. plebiscitū. Inst. de iure naturali gen. & c. & ea quæ no. Bal. in l. j. §. huius studij. ff. de iust. & iur. vbi dicit, quod sacerdotes sunt pars reipublicæ. facit quod no. Feli. in c. ea te. de rescrip. Puto tamen, quod dictum Abb. sit in se verū. In contrariū etiam facit, quia notoriū\* nil aliud facit, quā quod releuat ab onere probādi, vt not. per Bar. in d. l. scriptus. Itē succedit loco probationū, vt firmat gl. & ibi Bal. & alij in l. iustus fustitū. ff. de his qui not. infam. vbi, tenet idem Bal. in ver. in ea glo. ibi not. quod notorium non infamat, quia non æquiparatur sententiæ, sed probationi. Si ergo difficiliter probatur contra clericū, quā contra laicum, vt probatur in c. at si clerici. in prin. §. eod. ergo etiam difficiliter debet induci notorium arguendo de subrogato, secundum §. fuerat, inst. de actio. cum similibus. vel ab æquiparatis secundum l. ij. ff. de legat. j. Cogita, & aduerte ad vnum dictum Bald. in dicta l. iustus fustitū. vbi dicit, quod familia publica potestatis, item priuatus quisque potest capere quemcunque deprehensum in delicto. sed priuati etiam quod non capiant tamen excusati sunt de iure, licet in villis plerumque statuta sint in contrarium. Secundus casus ¶ est, quando quis comprehenditur in actu propinquo ad delictum, & hoc casu idem dicunt doctores, quod in præcedenti casu. In adulterio exemplificatur, quando repertus est solus cum sola, vt est tex. in c. literis tuæ fraternitatis. de sponsal. sed aduerte, quia in hoc etiā est aliqualis dubitatio per tex. in d. c. dilectus. de purg. can. vbi notoriū est, quādo nullus inficiationi penitus locus extabat. certè per hoc, quod quis repertus sit solus

fit solus cum sola nudus cum nuda in eodem lecto deprehensus. vt in cap. literis. j. de præsump. certè nõ est adulterium nisi præsumptiue. & propterea non potest dici, quod nõ sit aliquis locus inficiationi. Itud patet, quia posset probari contrariũ per testes qui fuissent ad rimulam, ergo non potest dici notorium, bene potest esse notoriũ quod erant soli, quia testes hoc viderunt, sed respectu adulterij videtur, quod non præsertim quum istud sit per præsumptiones, quæ dicuntur esse probationes priuilegiatæ, vt not. in c. adferte. j. de præsumpt. in notorio autẽ requiritur visus. ex quo alius testis regulariter non admittitur. Bar. in l. j. ff. si cer. pet. in l. capite quinto. ff. de adulte. Nec obstat l. fur est. ff. de fur. allegata per Bart. quia auferre rem includit esse iuratum: sed esse solus cum sola aut dare osculum non includit, aut arguit nisi præsumptiue adulteriũ, nisi dicas esse speciale in adulterio propter difficultatem probationum quod voluit dicere gl. in d. l. capite quinto. Vnde posset teneri in hoc puncto contra Abb. & cæteros. Tamen non est discedendum à communibus: vnde dicit Bart. quod si iuuenis deprehendatur in domo alicuius mulieris pulchræ, dicitur deprehensus in actu propinquo, & propterea secundum eũ condemnabitur tanquam notorium, vel manifestũ eius crimen. sed in hoc contrarium tenet Abb. hic cum aliis relatis per Dec. hinc propter ca. tertio loco. j. de præsumptioni. Aduerte tamen ad singulare dictum Bald. in l. neque natales. C. vnde legit. vbi dicit, quod quando scholaris frequentat domũ alicuius illa præsumitur meretrix, quia non est verisimile quod dicat Pater noster. facit gl. in l. si verò non remunerandi. §. si tibi. ff. m. ad. vbi dicit, A iuvene cupido nõ creditur reddita virgo. Vnde singulariter dicit Bartholomæus Bolog. in repet. auth. habita. C. ne fili. pro patre. quod scholaris potest introducere meretricẽ in domo inuito socio: quia à principio societatis videtur id actum ex quo non est verisimile, quod scholaris viueret aliter. casus est. vt dicit Bald. in l. adem. C. loca. & Alb. de Ros. in l. non aliter. ff. de vsu & habit. nam contractus intelliguntur secundum qualitates personarum. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu, & hab. vide etiam gl. x. j. q. iij. ab sit. vbi dicit, quod si clericus amplectetur mulierẽ, præsumitur eam voluisse benedicere, sed à tali benedictione, libera nos Domine, dixit Ang. in tracta. maleficiorum. in verb. che me hai adulterato la mia dona. & Picus in rep. l. Titia. §. Titia. ff. de leg. j. Tertius casus est, quando clericus deprehenditur post delictum in quo articulo communis cõclusio est, quod si deprehenditur paucis astantibus est indicium, si multis inducitur infamia. & hoc tenet Ant. Abb. Mod. sed contra primum facit text. in d. l. capite. ff. de adult. iuncta gl. quæ vult, quod probatio capturæ nil facit, sed ibi testes deponunt, quod ille fuerat confessus: ergo ibi non facit indicium, & propterea in hoc contra communem tenuit Rochus: cuius opin. potest esse vera, quando clericus captus nihil confessus est, sed si sit confessus prout loquitur d. l. capite. tunc credo omnino opin. communem verã, tamen videtur, quod possit teneri etiam opin. communis paulo largiũs intellecta. nam ex quo clericus erit deprehensus præsumetur cõtra eum, arg. c. tertio loco. j. de præsump. & propterea incumbit illi onus probandi: vnde si probare non poterit, puto, quod erit sufficiens inditium ad torturam iunctis attestacionibus eius, qui eum deprehenderit. Circa secundum, quod præsentibus multis fiet infamia, intellige etiam indicium, quia tunc poterit proculdubio torqueri. sed Rochus etiam in hoc tenuit contrarium per gl. in d. l. capite quinto. quam ibi sequitur Bar. nam si non facit indicium minus faciet infamiam. sed intellige dicta doctorum hinc, vel quando clericus esset confessus, vel quando non potuisset probare ex quo præsumptio est contra eum, vt s. dixi, sed etiam videtur, quod confessio clerici nil faciat, ne tria specialia concurrant. Primum, vt clericus possit capi à laico contra capitulum vt famæ. j. de sent. excom. secundum, vt laicus testificetur contra eum, contra capitulum de cætero. de testib. Tertium, vt confessio extraiudicialis noceat l. j. in fi. ff. de interr. action. præsertim quando præsumitur facta metu l. metum. ff. de his, quæ metus causa. & propterea in hoc puncto sum multum dubius. Quartus casus addendus est quando quis deprehensus est, quando accedit ad delinquendum. circa quem vide Alber. de Ros. in ij. parte stat. quæst. clx viij. Ci. Alb. de Ros. in l. si quis non dicam rapere. vbi etiam Bal. C. de epif. & cleric. & dicit Bal. in c. proposuit. in fi. de appell. quod talis punitur arbitrio iudicis per reg. l. j. ff. de iure delib. sed puto respicienda verba legis an puniat etiam affectum l. lege Cornelia. ff. de sic. l. is, qui cum telo. C. eo. tit. glo. tamen in l. quisquis. ff. ad l. Jul. maieft. videtur velle in quadam solutione, quod pari pœna puniatur affectus iam inceptus ad aliquem actum sicut perfectus. sed per supradicta non puto verum, nõ obft. illa lex quia est speciale propter atrocitatem criminis sicut etiam dicunt doct. in d. l. si quis non dicam rapere. quæ videtur obftare huic conclusioni. & ibi vide Bart. & Bar. in l. j. ff. de extraord. criminibus. & facit quod not. Bal. in c. nam concupiscentiam. §. de constit. quæ decisio videtur obftare. §. dictis. sed dic quod non est vera vt per Ias. in l. j. ff. de iur. omn. iud. in fi. Quintus casus est quando quis fuit visus cõmittere delictũ, sed nõ fuit captus, videtur quod nõ debet puniri per not. per Bar. in l. si Barfatoram. C. de fideiuf. sed dic, quod in hoc casu non est differentia, quia etiam quod non sit captus, non tamen impeditur notoriũ, vt tenet d. Abb. hinc in fi. secundi puncti. & ad l. Barfatoram, vide Alex. in l. iij. §. Neratius. ff. de acqui. possess. Ias. in l. j. eod. tit. Dubitant tamen Moder. an si clericus sit deprehensus in crimine ita quod sit notorium, an capientes eum sint excommunicati, & tenet quod sic, quia hic casus non reperitur expressus in ca. iij. de sent. excom. sed tu tene contrarium ex quo præsumitur de fuga, vt s. dixi. Itẽ dicunt quod imò quando capitur quis à paucis, non debet induci indicium vel infamia, quia sunt excommunicati per c. decernimus. j. de sen. excom. Responde eodem modo, quia præsumitur de fuga. Item procederet quãdo alij cepissent, alij deprehendissent. Item Abb. in hoc puncto notab. se refert ad præcedentem quæstionem.

2 §. Successorum genera.  
3 Subrogati eadem, que primi, natura ex causis contrã. 5. 6.

7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

18 Accrescit quandoque ex diuerso iure pars.



**Q**UO VI A Gu. Not. j. quod quando\* successor singularis non solum succedit in re, sed etiã in vitio potest conueniri interdicto recuperandæ sicut eius prædecessor. & hoc est verum in interdicto in genere, secus in specie ex quo vni competit Vnde vi, alteri competit conditio ex canone capituli sæpe. j. de resti. spol. secundũ Abb. Aret. & alios hinc. Et aduerte quia successor dicitur tribus modis, scilicet, successor vniuersalis, & particularis in iure, & particularis in facto. & istud c. loquitur de particulari in facto vt declarat Bal. hic. & ex hoc cap. habes declarationem ad l. j. §. si. ff. de vi, & vi arm. nam ibi dicitur, quod hæres & cæteri successores tenentur perpetuò de eo, quod ad eos peruenit occasione illius dictionis successoris. intellige, vt hoc procedat in hærede: nam successor singularis in viuo tenetur ad restitutionem rei ipsius non ex illo interdicto, sed ex d. c. sæpe. Et propterea nota ex illo text. iuncto d. c. sæpe. quod appellatione cæterorum successorum non comprænditur singularis successor facti, quod facit ad ea quæ habentur per doct. in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & posth. & Lud. Rom. in l. ad tempus. §. j. ff. de vsuc. Bart. in l. vt iurifurãdi. §. si liberi. ff. de op. lib. Nota secundò quod successor non sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. nam aliàs in casu nostro competeret interdictum Vnde vi, non conditio ex lege. Pro clariori expeditione facit regula in contrarium, quod subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. text. est in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caur. & tex. in §. fuerat. Instit. de action. Amplia primo, vt ista regula procedat etiam in odiosis, vt est text. in auth. de hæred. quæ ab intest. §. reliquum. vers. vnde consequens. vbi in materia correctiua & sic odiosa filius subrogatus loco fratris excludit fratrem consanguineum, sicut frater. & hanc conclusionem firmat Aretinus in rubrica. ff. de acqui. poss. in fi. secundò amplia, vt procedat etiam in statutis. & propterea statutum loquens de creditore habebit etiam locum in cessionario, qui non est propriè creditor. & hoc virtute subrogationis ita tenet Bald. in l. per diuersas. C. mand. allegat Iac. Butr. in quadam sua disputatione Bal. in l. fi. C. vnde legit. & Bal. in d. §. qui iniuriarum. facit quod not. Bar. in l. j. ff. de act. & oblig. vbi tenet quod si statutũ loquatur de instrumento vt habeat executionem paratã, licet in dubio comprædat eum, qui potest agere directè, tamen comprædit etiã agentem vtiliter ex quo vtilis subrogatur directè: & hoc tenet Aretin. in d. rub. ff. de acqui. poss. facit quod not. Barto. in l. liberorum. ff. de verbo. signif. Tertio amplia, vt procedat etiam si subrogatum nõ procedat secundũ veritatẽ sed secundũ fictionẽ tantũ. nam etiã tunc lex censetur attribuere actui ficto omnes qualitates, quæ erant in vera virtute subrogationis. l. j. §. hæc actio. vbi plenè Bar. ff. si quis testa. lib. esse ius. sue. l. lege Cornelia. vbi Aret. in j. not. ff. de test. Abb. in c. ij. vt lit. pend. Quarto amplia, vt procedat etiã respectu consuetudinis arguendo dupliciter: Primò quia habet locum in statutis, vt s. dixi: ergo etiam in consuetudine, quia valet argumentum de vno ad aliud. 4 l. de quibus. ff. de legib. Secundò per tex. vbi Bal. in c. j. de vass. decrep. eta. nam certũ est, quod feuda\* nõ procedũt, nisi de iure consuetudinario, vt tenet Bart. Alex. Aret. Ias. Soci. in l. moribus. ff. de vulg. & pup. & tamen in feudis procedit dicta regula secundum Bald. in d. c. j. Quintò amplia, vt hæc regula habeat locum, etiam si subrogatum in aliquo discreparet ab eo in cuius locum subrogatur. ita tenet notabiliter Paul. de Cast. in cõsi. ex xxj. licet ista domina Bifa. & hæc solã ampliacionẽ refert Ias. in d. §. qui iniuriarũ, quã tamen sanè intellige. f. quando discreparet parũ: aliàs regula non procedit vt notabiliter tenet Bal. in l. parabolani. C. de epif. & cler. Sextò amplia, vt prædicta regula procedat etiam in æstimo: tamẽ si semel factũ sit æstimũ alicuius cõmunis à quo aliquis sit exẽptus, & postea post aliquod tempus fiat aliud, ille censetur etiã exemptus ab hoc secundo, quia subrogatum sapit naturã primi & c. ita tenet notabiliter Bal. in consi. vij. in c. quidam dominus Paferus in j. vol. Seprimò amplia, vt procedat nõ solum in vniuersalibus, vel in particularibus subrogatis à lege, sed etiam in subrogatis particulariter à principe vel ex concensu partis: arg. c. j. §. de pact. ita not. d. Abb. in c. cum ecclesia. el. j. j. vt lit. pend. & idem tenet Bald. ibi. Fallit ista regula primo quando subrogatio nõ fieret circa idem, sed circa diuersa, vel ad diuersum ius per textum in l. cum in fundo. §. quod si fundus. ff. de iur. dot. Bartol. in l. pater filium. ff. de inoffic. testam. Aretin. in l. vnica. C. quando non per. part. vbi decidunt, quod quamuis ius petendi supplementum sit surrogatum loco querelæ, in eo tamen non habet locum ius accrescendi sicut in querela. Ratio est, quia querela respicit vniuersalitatẽ, ius petendi supplementum respicit particularia iura & sic subrogatio respicit diuersum ius. Secundò limita, vt ista regula non habeat locum in iurisdictione: vnde delegatus non sapit naturam ordinarij. ita tenet domi. Alexand. in l. j. ff. de officio eius. Soci. in rep. l. j. ff. quis & à quo. Philippus Decius in capit. si pro debilitate. §. de officio delegati. in antiquis. & hoc videtur probare tex. in dicto c. si pro debilitate. ibi, liberum tibi sit personis discretis, & idoneis vices tuas cõmittere. & illũ tex. nota ad alios effectus. Tertio limita, vt non procedat quãdo electa esset industria persone, quia tũc substitutus nõ sapit naturã eius in cuius locũ substituitur nisi esset substitutus à lege, vel à principe. ita tenet d. Alex. in d. l. j. & Dec. in d. c. si pro debilitate. & de hoc est text. in l. nemo.



nemo. ff. de duob. reis. in c. si. de off. del. Et propterea nos videmus, quod vice rector non habet dignitatem rectoris secundum Bar. in l. si filius. ff. de leg. & dixi in rubr. ff. de offi. eius cui. similiter doctor vel scholaris legens pro alio lectore, ut est gl. vbi Bar. in l. nullus. C. de decur. lib. x. doct. in d. l. nemo. Portius in l. de usufr. Ias. in §. fuerat. instit. de actio. In re autem in qua non requireretur industria magna, puto quod procedat regula per id, quod no. in c. Eleutherius. xij. dist. vbi Gem. & Bal. in proemio huius libri. vbi notabiliter tenet, quod scholaris clericus qui est in studio, non tenetur dicere horas, si dimisit idoneum substitutum, quæ decisio est memorie tenenda. Quartò limita † vt regula procedat in materia primordiali secus in accidentali: quia subrogatum non sapit naturam accidentalem. glo. est, quam ibi sequuntur Bar. Bald. Ang. Alex. Ias. & cæteri in l. certi conditio. in prin. ff. si cert. pet. Idem tenet Ias. in d. §. qui iniuriarum. Mod. in d. c. si pro debilitate. Quintò † limita, quando res non esset subrogata, sed inducta æquè principaliter: quia tunc non saperet eius naturam. l. item illa. §. quod adiicitur. ff. de constit. pecun. Bar. in d. l. j. ff. si quis testa. Alex. in d. §. qui iniuriarum. quod tamen dictum intellige, nisi alterum æquiparetur alteri per ea quæ not. Bar. in l. j. ff. de leg. j. Sextò † limita, quando aliquid specialiter esset à lege introductum in subrogato. Soci. in rep. l. j. ff. quis & à quo. pro qua limitatione satis facit tex. in l. more. ff. de iur. om. iud. iuncta l. j. ff. de off. eius cui. Septimò limita † quando quis subrogatur in actu competente si ubi prius habita, quia si eueniat actus vigore subrogationis, sua potestas regulatur, vt propria, non vt deuoluta. ita tenet Feli. in c. licet ex suscepto. vers. ex qua signa. §. de foro cõpet. Octauò † limita in transuisione alicuius iuris, quod transfunditur in aliud, quod iam est: nam tunc assumit naturam eius in quod transfunditur. l. diuortio. ff. de neg. gest. not. Aret. in l. ex ea. §. si. ff. de testa. in l. cum filio. ff. de leg. j. vbi tenet, quod quamuis propter clausulam codicillarem virtus testamenti transfundatur in codicillos. l. que rebatur. ff. de test. mil. tamen talis virtus assumit naturam codicillorum, & propterea reprobatur opi. Bar. vt ibi per eum, quem sequuti sunt mod. Nonò limita † quando est aliquod ius, in cuius locum est subrogatum aliud potentialiter. nam si vnum reicitur, aliud non sapit eius naturam, sed remanet. Casus est in l. quæ sub conditione. vers. si quis sub iurisdictioni. ff. de cond. instit. Decimò limita † singulariter, quando illa res in cuius locum aliquid subrogatur, habet in se aliquid non ex se, sed vigore interpretationis. nam res subrogata non sapit illam interpretationem, si simus in materia pœnali. ita tenet notabiliter Bald. in c. j. in vers. sed nunquid conditio subrogata. §. quod metus caus. vbi decidit, quod conditio ex canone redintegranda iij. q. j. si est subrogata in locum conditionis ex lege, si quis in tantam. C. vnde vi. non sapit eius naturam quo ad pœnam. Vndecimò generaliter † limita, vt semper fallat hæc regula, quando diuersa ratio esset de vno ad aliud, puta quia in subrogato esset aliqua ratio, quæ suaderet, vt saperet naturam primi. nam iniquum est, quotiens ratio & æquitas suadet non limitare regulam, vt est gl. in auth. vt sine prohib. matr. in prin. & not. Abb. in c. intelleximus. §. eo. facit l. adigere. §. quâuis. ff. de iur. patro. Et pro hac limitatione est casus in hoc capitulo, vbi contra spoliatorem datur interdictum, vnde vi: sed contra eum, qui surrogatus est in eius locum, datur tantum conditio ex canone. sæpe §. de restit. spol. Ratio est, quia est diuersa ratio in subrogato ex quo non tantum deliquit sic primus, qui vi expulit, iste verò successit solum in vitio. facit etiam, nam in contractibus non habet locum ius accrescendi. l. si mihi, & Titio. vbi scrib. ff. de verb. oblig. Et tamen in bon. poss. quæ datur patrono in bonis liberti, quæ est surrogata in locum contractus societatis, vt est text. in l. j. ff. de bo. lib. habet locum ius accrescendi. l. ex tribus. ff. de bo. lib. l. siue. §. ex duobus. ff. de iur. patron. Vnde hoc? nisi quod in subrogato est diuersa ratio, ne quis decedat pro parte tantum testatus contra ius nostrum. ff. de reg. iur. quæ ratio cessat in contractu. Duodecimò limita, vt † quando in aliqua re est aliquod beneficium, siue ius personale, si illi rei quidquæ subrogetur, non sapit eius naturam, quo ad illud ius personale. & propterea si quis excommunicet canonicos, subrogati illis non censentur excommunicati, ex quo excommunicatio respicit personas. ita concludit d. Alex. cum cõcor. ibi allegatis in l. inter stipulantē. §. sacram. in fi. ff. de verb. oblig. Tertiodecimò † limita in interpretatione priuilegiorum, nam quamuis statuentes pertineat declarare statuta. l. ex facto. in prin. ff. de vulg. l. Neratius. ff. de reg. iur. tamen istud non procedit in surrogatis in eorum locum. ita tenet Angel. & Aretin. in d. l. ex facto. vbi infert ad ancianos & c. ff. de vulg. & pupil. Adde nunc ad istam regulam. id quod notat Baldus in capitu. j. §. de his, quæ met. caus. vbi dicit, quod conditio ex canone redintegranda iij. q. j. non crescit in quadruplum, licet subrogata sit actioni, Quod metus causa, quæ crescit. Ratio est, quia illud quadruplum crescit accidentaliter, & subrogatum non sapit naturam accidentalem, sed originalem, vt dixi §. in iij. limita. etiam quod notat Aretin. in l. si totam. ff. de acquiren. hæred. Iason in repet. l. re coniuncti. ff. de legat. iij. & in l. j. vbi etiam moderniores. C. quando non pet. partes, vbi dicunt, quod quamuis regula sit quod inter succedentes † diuerso iure non habet locum ius accrescendi. l. sed cum patrono. ff. de bo. poss. tamen fallit, quando aliquis est subrogatus in locum eius qui veniebat eodem iure. nam quamuis subrogatus veniat diuerso iure, tamen habet locum dicta regula. & propterea inter filium succedentem ex delicto cohæredis, & alterum cohæredem habet locum ius accrescendi. Tertio adde, quod notat Bald. in ca. quoniam contra falsam. §. de probat. vbi est text. quod duumviri sunt subrogati loco tabellionum quærit Bald. an teneantur iurare suum officium legaliter exercere, tenet quod sic. quia tabelliones tenentur lege eos. C. de offic. mag. mil. ergo etiam duumviri virtute subrogationis, subdit tamen ibi Bald. quod statutum loquens de tabellionibus non comprænderet istos duumviros. quæ decisio videtur contra ea, quæ dixi.

dixi §. in ij. ampliatione: nisi dicas, quod Bald. ibi loquitur, quando illi duumviri erant subrogati nisi in vnico actu. si in scribendis actis, quo casu non comprænduntur, arg. l. mercis. ff. de verb. sign. sed prædicta ampliatio loquitur, quando aliquis est subrogatus generaliter in aliqua re, puta in exigendo toto credito. Vnde si isti duumviri essent subrogati per omnia tabellionibus, puto, quod comprænderentur in statu loquente de tabellione. vide tamen etiam Aret. in l. lege Cornelia. in j. & ij. not. ff. de testa. Adde etiã quod not. tenet Rota in Decis. lxxvij. vbi concludit, quod si aliquis subrogatus sit in iure alicuius, ille censetur etiam subrogatus respectu possessionis, quamuis possessio nedum sit iuris, sed etiam facti, vt declarat Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de usufr. Bart. in auth. vt iud. sine quoquo suffrag. §. j. & scrib. in l. j. ff. de acqui. poss. Item adde quod not. Aret. in l. binos. C. de aduoca diu. iudiciorū. & in l. reitituendē. C. de aduoc. diuer. iudiciorum. vbi tenet quod quando aliqui plures subrogantur loco vnus, illi debent habere nisi salarium illius & diuidere inter se. & sic fit subrogatio vt vniuersis, non vt singulis. Idem dicit Bal. in d. l. binos. si vnus subrogaretur pluribus, quia ille vnus debet habere salarium omnium, quibus subrogatus est. pro qua opin. optimè facit d. l. binos. Addas quoque supradictis, quod not. Bal. in rubr. C. vbi dicit, quod sicut populus Romanus potuisset transferre imperium in ecclesiam Romanam l. j. ff. de const. prin. ita etiam imperator qui est subrogatus loco populi d. l. j. & l. j. ff. de of. præf. prat. potuit donare quasdam ciuitates papæ Siluestro. Item adde, quod quando aliquis est in aliquo officio de facto, vt fingit se esse, & non est verè, si alius ponatur verè, talis non dicitur illi subrogatus, quod est notatu dignū, ita tenet Bal. in l. qui sub prætextu. in secundo intellectu. C. de sacrosan. eccles. Adde etiam quod no. d. Abb. in c. nouit. eo. vbi tenet, quod quando papa subrogatur loco Imperatoris, puta vacante imperio secundum c. licet. §. de foro compet. tunc non habet maiorem potestatem circa subditos imperatori, quam habeat imperator, quia subrogatum & c. Adde etiam quod not. d. Abb. in c. nuper. per illum text. de don. post diuor. restit. vbi usufructuarius si donat vxori, talis vxor non succedit nisi respectu usufructus, & est subrogata eodem iure quo vir. facit l. lex vctigali. de pig. Item adde quod not. Bal. in c. ex literis. in fi. de consuetudine. vbi clarū est, quod in testamento potest fieri cõtractus. l. hæredes. §. si. ff. de testa. Pone quod testamentū sit nullū. certè etiam cõtractus subrogatus eius loco, vt ibi per Bald. de quo etiam per Mod. in l. nemo potest. ff. de leg. j. Item adde quod no. Lud. Rom. in l. in prouinciali. §. itē si publico. ff. de op. no. nunt. vbi cõtra sociū adificanti in loco cõmuni competunt duo remedia, actio communi diuidendo, & officium iud. Modò quando negatur socius, actio communi diuidendo non competit. idē ergo etiam de off. iudicis, quia est subrogatum loco actionis, & subrogatum sapit naturam, licet non accidentalem, vt ibi per eum. Item adde quod no. d. Ias. in l. nemo potest. ff. de leg. j. in ij. lect. vbi dicit quod quâuis præscriptio. x. annorum cum titulo non sit odiosa, tamen si per statutum subrogata sit præscriptio odiosa, puta xxx. annorum, etiam ipsa dicitur odiosa virtute surrogationis. facit quod not. Bal. in l. in contractibus. in prin. in j. not. C. de non num. pec. Bal. in c. vnico. §. si quis per xxx. si de feud. tuer. controuer. inter dom. & agn. item adde quod not. Lancel. in rep. l. filium quæ habentem. C. famil. cercif. vbi tenet ex quo quarta quæ debetur arrogatis ex constitutione diu. pij est subrogata in locum quartæ, quæ debetur iure naturæ. si detur casus, in quo alias de per se vtraque posset habere locum, tamē nūquam concurrunt, quia subrogatum nunquam concurrat cum eo in cuius locum subrogatur. & ita intelligit text. in l. Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inoff. testa. Item adde quod not. Bart. in l. liberorum ff. de verb. sign. vbi in statutis appellatione filiorum veniunt nepotes, quia sunt subrogati filiis, quod est notabile. Item adde, quod not. Bald. in c. translato. de constit. vbi dicit, quod translato assumit naturam eius in quod transfertur. C. de imp. lucrat. descri. l. j. tit. x. & facit text. in d. c. translato. vbi etiam dicit Bald. quod receptum iudicatur secundum naturam rei recipietis, & infert ad quæstionem vt ibi per eum.

S V M M A E.

- 3 Gallorum Regis lau.
- 4 Appellat à Gallorum rege non subditus.
- 7 Papa ex causa supplicandus.
- 8 Papa Gallorum Regis iudex.
- 9 Iudices inuent se mutuo.
- 10 Evangelica denuntiationis forma & requisita.
- 16 Formam ex causis. præsumis. 18.
- 17 Doctoris creandi modus.

- 20 Feudorum mores ius commune.
- 24 Genus variè censeri.
- 25 Papa ex causis punit non subditos.
- 27 Concordare ex causis cogendi litigatores.
- 28 Pacem offendentis pena.
- 30 Nobilitatis commoda.
- 31 Evangelica denuntiatione non tolli iudicatum aut vsucapionem.



**N**OVI T. Not. j. in tex. ibi, illustris. Regis Francorum. hinc esset text. pro eo quod dicit Bald. in c. cum accessissent. §. de constit. vbi tenet, quod Reges dignitate sunt illustres. & propterea, quamuis alibi Bald. in c. intellecto. §. de iure iur. & Bald. in rubr. quæ sint rega. in vsib. feud. & Rim. in l. imperiū (vbi multa cumulat) ff. de iur. om. iud. & Mod. in rubr. §. de constit. in j. lectura teneant, quod hodie Imperator & Rex æquiparantur, & valet argumentū de vno ad aliū, tamen intellige, vt istud non procedat ratio in dignitatis: nam imperator super illustres, & etiã maior, quia est fons, & origo omnium dignitatum, vt patet ne auth. vt ab illust. & qui super eos. in toto tit. & c. cuncta per mundū ix. q. iij. & c. pposuit de cõces. præb. & tamen

& tamen Rex est solùm illustris, vt hoc text. & in c. nouit. iuncta supraſcriptione. §. de offi. leg. & hoc tenent omnes in l. j. vbi Iaf. ff. de off. eius cui. & hoc procedit in Rege Francorum, qui est nobilior aliis Regibus, & est super alios, vt dicit Bald. in c. j. §. fin. de prohib. feud. alien. & Mod. hinc. Item super regē Francorum nemo præſumat honorem. ita dicit Bald. in consil. cccxcvij. Inc. ego puto. lib. j. vbi notabiliter tenet, quòd non subditus eius possit ab iniusta sententia Regis Francorum appellare ad papam, seu melius supplicare, & allegat hunc text. & propterea dicit, quòd si sibi sunt vires, potest resistere de facto, vt not. in l. nullus. C. de iud. & hoc præfertim, si peccet contra naturalem errorem: quia talis habet auxiliantem Deum, qui exaudit preces iustorum, cum iniustus Rex sederit, vt est tex. in epistola, inter claras & fortius dicit Bald. in fine d. consil. quòd dicitur Rex Francorum quia est francus à iure Romano vt ibi per eum. Not. ij. quòd papa se non intromittit de iurisdictione aliorum, nisi in casu peccati. Quod not. tab. ita procedit, quando iudex iudicaret eum qui sibi esset subditus sicut eum qui non esset. nam Rex Angliæ non est subditus Regi Francorum, nisi fortasse respectu feudi. f. comitatus Picquaiensis, arg. c. cæterum. §. eo. atqui Mod. in c. causam quæ. el. ij. qui fil. sint leg. per illum text. tenent quòd talis Rex Angliæ non sit etiam subditus Imperatori. de qua opin. ponit quædam Iaf. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Et istud no. generaliter intellige, vt quotiescunque Rex iudicet contra ius naturale possit supplicari ad papam. vnde si auferat tibi actionem fundatam in iure naturali, poteris implorare officium superioris, vt manu regia tibi faciat iustitiam. ita tenet Innoc. in c. quæ in ecclesiarum. §. de constitut. prout eum referunt Mod. Inst. de act. in prin. licet non reperiam. si tamen peccaret Rex, clarum est, quòd possit papa procedere contra eum, vt hoc text. & firmat clarius Innoc. hinc. Aduerte etiam quia Bald. in dicto consil. cccxcvij. non solùm videtur velle, quòd Rex Francorum indirectè possit compelli ad standum iudicio papæ, sed etiam directè dum concludit quòd ab iniusta sententia Regis possit eius subditus supplicare ad papam. ego in hoc dubito, & veritas videtur in contrarium per hunc text. & ea, quæ not. Abb. hic in iij. not. præfertim quia iste text. non procedit nisi quando princeps peccaret quòd non procedit in infcio Abb. in c. j. §. de off. ordin. & in casu Bald. non est præsumendum, quòd peccauerit. l. meritò. ff. pro soc. sed potius credendum est, quòd non fuerit nec in culpa, nec in dolo: quia pro eo præsumitur, vt not. per Moder. in l. accusationis. C. de his que mer. causa. & xv. q. vj. vbi Arch. in c. sacerdotum. & vij. q. j. c. præsentium. Facit l. si filiusfam. ff. de iudiciis. nam iste text. loquitur, quando probatur peccatum & dictum Bald. potest intelligi in simili casu, aliàs non esset verum in se. Not. iij. quòd iurisdictione ecclesiastica, & secularis debent se inuicem adiuuare. circa quòd adde ad not. hinc per Moder. ea quæ habentur per Bart. in l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iudi. Bar. Bald. Paul. de Castr. in l. episcopale. per illum text. C. de episc. audi. vbi tenent, quòd quando sententia est lata à iudice ecclesiastico qui caret familia, tenetur iudex secularis imperare suæ familiæ, vt exequatur sententiam ecclesiastici. Secundo adde, quòd not. Bal. vbi Abb. & alij §. de off. ordin. in rubrica quòd sicut excommunicatum ab episcopo non tenetur iudex secularis forbannire, ita nec bannitum à iudice tenetur episcopus excommunicare. Et propterea ad istud not. infer primam declarationem vt procedat tantum, quando non potest quis aliter puniri, & iam omnia remedia consumpta sunt, vt est text. vbi scrib. in c. cum non ab homine. §. eo. & tangit Dec. hinc. & facit supra dicta decisio. Secundo declara, vt ecclesiasticus possit cogere laicum, vt se adiuet, puta si excommunicet potestatem nisi exequatur. seculari autem non tenetur ecclesiasticus inuitus ferre adiumentum. ita tenet Innoc. Bald. & Abb. in c. j. §. de off. ordin. Tertio intellige istud vt etiam quilibet episcopus possit imperare Regi Francorum, vt præstet opem iurisdictioni ecclesiasticæ, ita tenet Bald. post Innoc. in d. c. j. & est casus hinc. Quarto adde, quòd not. Bald. in l. ij. C. de his, qui latr. vbi tenet, quòd si laicus imploratus ab ecclesiastico non præstet illi opem, quòd ipse tenetur per illum text. quòd dictum est not. & aduerte, quia si sit aliquod delictum factum ab laico in ecclesia, licet iurisdictione puniendi spectet ad ecclesiasticum ratione loci, tamen potest laicus præuenire, & eum punire, vt est tex. in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cler. vbi Bald. & Pau. de Cast. facit quòd not. Io. Bap. de Sancto Seuerino in repet. l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fid. car. quæ videntur esse contra ea quæ dixi in prima declaratione. Sed dic, quòd laicus procedit ex seipso non tanquam adiutor. Not. quartò ibi, si peccauerit & c. formam euangelicæ denuntiationis. Et pro clariori intelligentia circa hanc denuntiationem vide Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, per denuntiationem. & dicit Bart. quòd quinque requiruntur ad hoc, vt habeat locum ista denuntiatio, vt etiam tenet d. Abb. hinc. Primum est quòd infidelis denuntians non possit: adde quòd nec infans Bal. in l. quæritur. in iij. lectura. ff. de stat. hom. quòd limitat Abb. nisi peccaret contra legem naturæ. sed in hoc in contrarium videtur verior opin. quam tenet And. Sic. Phil. Dec. & secuti sunt mod. per hunc text. pro qua vltra eos facit, quia ista denuntiatio fuit introducta contra regulas communes, vt dicit Bar. in d. verbo, per denuntiationem: & propterea est restringenda, argum. l. præcipimus. C. de appell. Item quia est introducta ex verbis Christi & ex euangelio, quòd non comprehendit ethnicos, qui sunt omnino extra protectionem ecclesiæ. de pœnit. dist. j. c. nemo. Secundo requisitum est, quòd denuntietur primò peccanti, vt vterque sit solus: quæ qualitas seu quòd requisitum debet probari per denuntiantem solo iuramento vt tenet hinc Abb. ex quo aliter probari non potest. Vnde videmus, quòd etiam statur solo iuramento in casibus qui dependent ex solo animo iurantem secundum gl. in §. alia. vbi Iaf. multa cumulat in st. de actio. & not. d. Abb. in c. ij. §. de constitutionibus. vbi allegat multa iura, sed aduerte quia imò videtur, quòd debeat probari etiam aliis modis saltem præsumptiuè.

ptiuè. nam probatio per solum iuramentum non habet locum, quando præsumptio est contra iurante, vt tenet Bart. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. & Iaf. in §. sed ista. insti. de action. modò iste denuntians habeat præsumptionem contra se, quia præsumitur quòd ille, qui denuntiat, sit bonus. l. meritò. ff. pro socio. & hoc capite ergo, & c. Potes primò respondere quòd ideo hic admittitur hæc probatio: quia agitur de modico præiudicio vt innuit hinc d. Abb. in iij. requisito. & hæc est quædam sublimitatio ad prædictam gloss. in d. §. alia. Vel & secundò dic, quòd dictum Bart. sic generaliter intellectum non est verum: nam eo positò nunquam admitteretur probatio per solum iuramentum ex quo aut lex præsumit pro actore, & non est opus vt iuret ex quo habet præsumptionem iuris, quæ facit, vt alius probet. l. verius. ff. de probat. aut lex præsumit pro reo, & tunc nec actor posset iurare per dictum Bartoli. & si nil constat, lex semper præsumit pro reo. l. qui accusare. C. de eden. l. Arrianus. ff. de obligatio. & act. Secundo contra dictum Bar. videtur casus in c. fin. §. de his, qui matr. accu. poss. vbi quando fit publicè denuntiatio, præsumitur quòd quilibet sciat, & tamen admittitur contra hanc præsumptionem probatio per solum iuramentum, vt est ibi tex. singularis. Et propterea putò, quòd decisio Bal. in l. ij. §. pen. in fin. ff. si quis cautio. optimè possit sustineri, licet Iaf. eam reprobat in d. §. sed ista. nam vult Bald. quòd si quis citatus sit absens, quòd stetur eius iuramento, an citatio peruenit ad eius notitiam. istud dictum probatur in d. c. fin. Bene fateor si esset validissima præsumptio contra iurantem tunc fortasse non staretur eius dicto, quia vna præsumptio aliam tollit. l. diuus. ff. de in integrum restit. & ita procedant allegata in contrarium. Sed circa istud secundum requisitum videndum est, vtrum satis sit quòd denuntians monuerit eum per epistolam? videtur, quòd non: quia tex. dicit, inter te, & ipsum solum, quæ dictiones videtur quòd excludant omnem actum, qui potest fieri per alium. Bar. in l. iubemus. C. de erog. mil. ann. lib. xij. sed epistola fertur per alium. In contrarium facit, quia quamuis lex dicat proprio iuramento, tamen potest expediri per nuntium, vt est tex. iuncta gloss. in verb. proprio. in c. ij. de iur. iur. lib. vj. Item facit tex. in l. diuus. ff. ad l. Corn. de fals. vbi punitur si scripserit propriis manibus: punitur etiam si scribat per alium. est verum, quòd ad hunc text. potes respondere, vt patet ex not. per Moderniores in repet. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Breuiter ista vltima pars est verior, & eam tenet Bar. in d. extrauag. ad reprimendum in verbo denuntiationem. in fin. vbi inducit istum text. non enim verisimile est, quòd Rex Angliæ solus locutus sit cum Rege Franciæ, sed potius per epistolam. Facit ad supra dictum tex. in l. qui autem. in fin. cum l. seq. ff. de constit. pec. Et hæc notanda sunt ad rescriptum papæ, vbi si papa dicit, Facias tu ipse, & c. satis est, si fiat per nuntium mediante epistola. de quo vide not. in c. fin. de offic. de legat. Tertio requiritur secundum Abb. quòd fiat secunda monitio, quæ probatur per denuntiantem & alium testem, de quo Abb. in c. in omni. §. de testibus. & Abb. præsupponit, quòd sufficiant duæ monitiones, & clarius. §. vbi dicit communem esse quæ satis probatur in hoc text. facit text. in c. quemadmodum in fin. de iureiurando. Alibi videtur tenere Abb. quòd requirantur tres in c. qualiter, & quando. el. ij. in gloss. magna. de accus. & videtur pro hoc esse text. in c. ij. de purg. canon. Sed tene communem, quia text. in d. c. ij. procedit quando Iudex vult procedere ad corrigendum absque alia denuntiatione quia hoc est regulare ad ferendam sententiam. l. peremptoriū. ff. de iudi. vt hic per Mod. Pap. Quarto dic ecclesiæ. de crimine occulto, de peccato veniali ecclesia excommunicabit priuans beneficiis, non de præcepto. Quinto requiritur, vt probet se seruasse ordinem traditum ab ecclesia, quòd probatur ex illis verbis, cum Rex sit paratus ostendere, & c. ex quo nota, quòd non sufficit probare actum nisi probetur factus cum forma debita, quòd facit ad ea, quæ ponit Inn. in c. innotuit. §. de eo qui furt. ordines, & in c. innotuit. §. de elect. Mod. in l. sciendum. de verb. oblig. & hoc tenent Abb. & Aretin. Anro. de Bur. Andr. Sic. Dec. hic. Pro hoc facit, quia vbiunque ad validitatem alicuius actus requiritur aliquod factum, illud non præsumitur. l. si forte. ff. de castr. pec. l. si donatione. C. de collat. vbi gloss. not. In contrarium tamen facit quia ad hoc, vt quis agat pro alio, requiratur quòd sit procurator, & sic requiritur ista qualitas, quæ tamen præsumitur l. ij. C. de neg. gest. l. exigendi. C. de proc. sed quòd non præsumatur, firmat Bald. in c. alia. de procurat. & propterea non obstat. d. l. ij. quia loquitur in defensore quæ defensio permittitur vnicuique. Adde etiam quòd not. Bal. in c. cum contingat. in fin. §. de offic. de leg. nam ad hoc, vt sententia excommunicationis valeat, necesse est quòd sit lata ante appellationem legitimam. Sed nunquid istud præsumatur? Bal. ibi tenet quod sic, quia in dubio res præsumitur legitime facta. l. cum pater. §. ergo filia. ff. de leg. iij. Item facit, quia ordinarius non potest delegare causas meri imperij nisi ex causa an ista causa præsumetur, ita quòd stet eius dicto, dic, quòd sic. gloss. est in c. pastoralis. de offic. deleg. & refert cum concor. Alex. in l. j. ff. de offic. eius cui. Istæ decisiones multum faciunt contra communem, quare tu distingue, aut loquimur, quando requiritur forma, aut quado requiritur factum. 15 Circa primum dic, quòd non præsumitur l. sciendū. ff. de verb. oblig. & c. significauerunt. vbi Abb. in 15 vij. not. de testib. l. prætor ait. §. docere. ff. vi bon. rap. Felin. in c. ij. de resc. Fallit ista conclusio, nisi alia præsumptio faciat præsumi formam. tex. in c. in præsentia. de probat. vbi ad hoc, vt quis ingrediatur monasterium, requiritur quòd sit legitime ætatis, quòd præsumitur. vnde Imo. & Felin. dicunt quòd quis potest se fundare in testamento pupilli. & aduersario incumbet onus probandi, quia identitas præsumitur. c. fin. de præsum. Bald. in l. cum te minorem. circa med. C. de probat. in contrarium facit quòd not. Bal. in l. si quis non dicat rapere. C. de episc. & cler. vbi allegat Io. Andr. & vide Iaf. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. Secundo fallit, vbi ageretur de modico præiudicio per tex. in c. veniens. el. ij. §. de testib. Tertio fallit,



vbi forma esset leuis, quia ex quo omiffa non vitiat, nō est vis quōd præsūmatur. l. j. §. fin. ff. de ven. insp. & hoc tenent Mod. hīc. Adde q̄ forma leuis dicitur, quæ cōuenit pluribus. forma verō substantialis est illa, quæ conuenit specialiter actui, qui fit. Et propterea ad hoc, quōd aliquis sit doctor, r̄ requirūtur tria 17 substantialia, scilicet cathedra, quæ est inuestitura possessiua: liber, qui significat virtutem & scientiā: & birretū in capite, quod significat splendore: quia omnis perfectio debet esse in capite. Anulus verō, & osculum, & benedictio est quædam forma leuis: quia multi portant anulum & osculantur, & benedicuntur. ita dicit notabiliter Bal. & non reperies alibi, in procemio decret. vbi dat vnam singularem limitationem ad nostram regulam. nam dicit quōd si quis probat se cathedratum fuisse, quod præsūmitur doctor, quia cathedratio est principalis. & satis est probare actum non per singula, sed per potiora, vt ibi per eum. Ex quo not. quōd hęc regula. Quartō fallit, quādo principalis solēnitas est probata. nā aliæ præsūmuntur. Quintō fallit hęc regula in magistratibus habentibus dignitatem, quia pro eis pre 18 sumitur: & ita intelligenda est gl. in d. c. pastoralis. de offic. deleg. & quod not. Bald. in c. cum contingat. eo. tit. facit quod not. Iaf. in d. l. si donatione. C. de coll. Sed aduerte quia in contrarium est tex. hīc, vbi non præsūmitur pro Rege Angliæ, imō debet probare seruata solēnitate. quare dic, quōd gl. in d. c. pastoralis. cum similibus loquuntur non quando requiritur forma, sed quando requiritur factum, & sic in secundo membro huius diuisionis vel dic, quod istud fallit isto casu. vbi iudicatur secundum euange lium, quia apud Deum non est acceptio personarum, &c. vt j. dicitur: vel quod priuilegiatus non vitur priuilegio cōtra priuilegiatū. l. amiciff. ff. de exc. tur. l. j. C. de priuileg. fisci. Circa secundū quando requiritur factum seu aliqua qualitas vide latē Iaf. in d. l. si donatione. vbi facit regulam cum quatuor fallētiis dic vt ibi per eum quia non est nostra materia. Not. quintō quōd excommunicatus \* habetur sicut in- 19 fidelis, vt hīc per Mod. aduerte tamen quia possumus cum infidelis loqui, & etiam stare ad mensam, & tamen cum Iudæo vel excommunicato non possumus stare ad mensam. ita est tex. in c. ad mensam. xj. q. iij. referūt hīc Mod. Sed quæ est ratio? gl. in d. c. ad mensam. dicit quod istud est, quia propter diuersitatē ciborum, quæ ratio est ineptissima: quia ego nescio cur infidelis nō comedat nostros cibos facit Iudæus præter quosdam paucos. quod enim si illi non apponerentur? & certē esset leuis ratio, quæ mouisset legiflatorem. Sed dic, quod istud iam est quia Iudæi sunt peiores gentilibus, & propterea lex facilius per mittit cum gentilibus conuersari. ita est tex. not. j. q. j. nonne Sodomitæ. in excommunicato verō est alia ratio, de qua gl. d. c. ad mensam. Not. vj. singulariter, r̄ quōd consuetudines feudorum sunt ius com- 20 mune, & sic sunt approbata à iure. ita est tex. hīc in verbo iuri cōmuni, quem ad hoc hīc not. Aret. in cō trarium tenent omnes, Bar. Bal. Alex. Aret. Iaf. in l. j. ff. de vulg. & pup. quorum opinio videtur contra hunc tex. & est multa vtilitas per ea quæ ponit Iaf. in dicto loco. Tamē sustinendo cōmunem potest dici, quōd dum tex. dicit iuri communi, voluit intelligere ius consuetudinarium, quia est commune, eo quod omnes communiter vtūtur, & sic habes ex hoc tex. quōd ius cōsuetudinarium potest dici ius cō mune. & hoc facit ad illam quæstionem an consuetudines feudorum nos ligent. de quo per Bal. & Iaf. in procem. feud. facit è conuerso quia appellatione consuetudinis \* venit ius commune. & propterea si 21 quis in supplicatione vel libello faciat mentionem de consuetudine, intelligitur etiam de iure communi Bal. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. publ. vbi etiam vide Paul. de Cast. & vide Iaf. in Rep. l. de quibus. ff. de legib. Not. viij. quōd descendens \* per lineam fœmininam dicitur de genere descē- 22 disse: declarādo, quōd iste tex. descēderit de filia Caroli Magni, vt hīc per Mod. pro quo adducit Paul. de Cast. text. l. j. C. de cond. infer. tex. euangelij liber generationis Iesu. qui tamē descendit per fœminā. Tertio facit tex. in c. j. vers. contra natos. de schismat. lib. vj. quem tex. ad hoc allegauit Corn. in consil. ccxxij. in hac cōsultatione. lib. iij. Quartō ego allego tibi tex. expressum in auth. quib. med. natur. eff. sui. §. ergo. vbi gl. & Bart. expressē notant. & hęc opin. tenēt hīc omnes. Sed ego allego tibi Bal. quem ibi sequitur Corn. tenentem contrarium in l. cum acutissimi. circa med. C. de fidei ius. vbi dicit, quod tantū est dicere relinquo generationi sicut consanguineis, vt est gl. in auth. de incest. nupt. in prin. ergo tale le garum nō pertinebit nisi ad agnatos, & non extēdetur, nisi ad decimū gradum. Adde tu, quōd pro Bal. etiam facit gl. not. in authen. de mand. princip. in §. oportet. el. ij. quæ per verbum generi, intelligit agna- 23 tos: per verbum legi, intelligit cognatos. Item pro Bal. ego adduco gl. not. quam ibi sequitur Bart. in l. j. ff. de probat. quæ vult, quōd appellatione generis non veniat cognatio, sed agnatio tantū. Itē pro hac opin. adduco, quia generalior est appellatio descendentiū, quā generationis, vt tenet Bart. in auth. de rest. fideicom. in fin. sed appellatio descendentiū non comprēndit descendentes ex fœminis, ca- sus est in l. immunitates. iuncta l. j. ff. de iur. immu. ergo, &c. Itē pro hac parte facit, quia si quis capit emphyteusim pro se & filiis suis descendentiū masculis, non succedet masculus descendens ex fœmina. ita tenet Bal. Paul. de Cast. Alex. & Iaf. & est communis conclusio in l. Gallus. §. nunc. de lege. ff. de lib. & posth. ergo idem in verb. generatione. Item facit quia quamuis appellatione generis generaliter & lar- gissimē sumpti veniant etiā descendentes ex fœminis, tamen in voluntate testatoris est secus: quia ver- ba debent capi per prius, & non per posterius. l. qui liberis. §. hęc verba. ff. de vulg. & pup. not. doct. præ- 24 ferim Mod. in l. j. C. de succ. edicto. Item facit quia familia est nomen magis generale, quā generatio. casus est in auth. de rest. fideicom. vers. nos igitur. vbi familia comprēndit quatuor generationes. Sed descendentes \* ex fœminis nō dicuntur de familia, vt per Bar. in l. quoties. C. de priuileg. scho. lib. xij. not. 25 Mod. in l. cum quædam. ff. de iur. om. iud. ergo idem de genere. Facit ad supradicta quod not. Iaf. in l. j. C. de iur.

de iur. emphyt. Vnde puto, quōd si existerent agnati, illi excluderent descēdentes ex fœminis, arg. not. in l. Gallus. §. quidam rectē. de liber. & posth. non existentibus verō, dubito per prædicta. In quintum Mod. hīc inferunt duo: primū, an nobilitas inducatur ex persona matris, tene, quōd potest induci, vt est casus in l. j. in fin. ff. ad munic. l. neq; Dorotheū. C. de Decu. lib. x. sed regulariter non inducit. l. j. vbi Bal. ff. de senat. & vide Cottā. in memorab. in verbo episcopalis dignitas. Circa secundū dic, vt dixi in d. l. cū 24 quædā. ff. de iur. om. iud. nō infisto, quia non est nostra materia. Aduerte etiam, r̄ quod not. And. de Iser. in c. j. de suc. feu. quōd appel. generis regulatur secundū subiectā materiā. c. j. §. hęc autē. de his qui feud. dare poss. Item vsum loquendi. gl. in l. librorū. ff. de leg. iij. c. ex literis. de spons. Et circa illā quæstionem 25 vide Barb. in d. l. cum acutissimi ingenij. Not. octauo ex tex. ibi, criminali r̄ quōd papa vbi agitur de peccato mortali, potest punire etiam aliter sibi non subditos. & videtur iste tex. probare, q̄ non possit hoc pro veniali. pro quo videtur tex. in c. fin. de præscrip. pro quo facit quōd not. Arch. & Bal. in c. fin. §. de pact. vbi dicunt, quōd non valet pactū quod nutriat peccatum veniale, quando veniale efficeretur mortale per contemptū, verbi gratia pactum de non alēdo parentes: vel de non cundo ad aliam eccle- siam, putā fratrum minorū, quā parochialem. Secundō adduco, q̄ not. Alex. in l. alia. §. elegāter. ff. sol. mar. vbi tenet, quōd pactū inductus peccatum veniale confirmatur iuramēto per tex. in c. quamuis. de pact. lib. vj. vbi non valet, quando est mortis æternæ inductiuum: istud, non est sic: ergo, &c. & propte- rea reprobat Archidiac. qui in d. c. quāuis. tenuit contrariū. In cōtrarium facit quod not. d. Ant. & Imo. in c. fin. de præscrip. vbi dicunt, quōd regula, quæ vult, q̄ vbi agitur de peccato, etiam in foro civili ser- uamus \* ius canonicum, de qua in l. priuilegia. C. de sac. eccles. procedit etiam vbi ageretur de peccato veniali. Facit quod not. Abb. ibi, qui vult, q̄ lex fouens peccatum veniale est ipso iure nulla, quia est ini- qua, & æquitas est de substantia legis. c. erit lex. iij. dist. Sed istas duas decisiones puto falsas per supradic- 26 ta: & quod imō, vbi agitur tantum de peccato veniali, seruetur ius ciuile, videtur in nuere Io. Andr. in regula possessor. de reg. iur. lib. vj. in glo. vbi vult, quōd papa non habet ius in legē ciuilem, nisi vbi verti- tur periculum animæ. Idem videtur velle Bal. in d. c. fin. de præscrip. vbi concludit, q̄ quis possit impu- nē interfici, quia homicidium est peccatum mortale, &c. Idem etiam tenet Paul. Cast. in l. priuilegia. C. de sac. eccle. dum allegat Io. Andr. in d. reg. possessor. nec decisio d. Abb. in d. c. fin. est vera, quia imō lex fouens peccatū veniale valet, nec per hoc dicitur iniqua ea iniquitate vt mereatur rumpi, sed bene est rigida, quæ tamē valet l. prospexit. ff. qui & à quib. nec est verū, q̄ æquitas sit de substantia legis, vt com- muniter cōcludunt doct. in c. cum oēs. §. de cōstit. vbi firmant, q̄ etiā lex iniqua valet, pro quo soleo alle- gare tex. in l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod inter est. circa med. & idem tenent scrib. in l. j. ff. de iur. om. iud. Not. nonō ex tex. ibi, talem in pontificali, quōd suffraganei debent eligere archiepiscopum. Sed Inn. & Hosti. dicunt, quod istud nō est de iure, vt not. in c. ij. de postu. prælat. sed cōsuetudine. & hoc tenent Aret. & Mod. Aduerte. quōd dicere, quōd istud sit de cōsuetudine, est maxima violatio, præfer- tim quia hoc relatū fuit ab Imperatore & Pontifice, qui si fuisset consuetudo, hanc potestatem vertē- di eam in legem, vt not. Bal. in prohæm. feud. Item intelligere, sede pōtificali, id est archiepiscopali, nō est bene dictū. quare ego puto, quōd loquitur de electione pontificis Romani. nā (vt dicunt Blondus & Sabellicus, & alij historici) tempore Alexādri i i i i. Pontif. Romani Archiepiscopus Mediolanēsis cum suis episcopis elegerunt quendam Papam Cadolum, vnde suscitatum fuit schisma: & dicebāt dicti archiepiscopus, & episcopi, quōd ipsi habebant ex priuilegio vetustissimo Imperatorū, quōd electio pon- tificis spectaret ad eos: Et fortasse fundabāt se super hoc capitulo. Sed vt cunq; sit, derogatum est hodie illi priuilegio per ea quæ notantur per Bart. in l. fin. ff. de nundinis. Bene verū est, quōd archiepiscopus Mediolanensis habet multa priuilegia, veluti quōd in conciliis habeat satis prerogatiuam, & præferatur omnibus aliis episcopis, etiam Rauennati, vt est tex. in c. concilia. in fin. xvj. dist. & gl. in c. bene qui- dem. in verbo Mediolanēsis. xvj. dist. Aliud priuilegium refert Bal. in c. j. de cler. qui inuestit. facit. in vñ<sup>9</sup> feud. & alibi papa approbat sententiā archiepiscopi Mediolanēsis in c. in his. j. de verb. sig. alibi reprobat c. j. j. vt eccles. beneficia siue dim. confer. sed alibi dānat clericos Mediolanēses. c. si quis sacer- 27 dotum. c. eos. xcj. dist. & cū Mediolanum habeat archiepiscopū, inferitur, q̄ sit metropolis & regia ciui- tas, vt dicit Bal. in consil. xxvj. incip. factum sic se habet. lib. j. Vbi consuluit, quōd impetrans rescriptum à papa, & faciens mētionem, quōd studet in iure ciuili, si studet Mediolani, rescriptū non est subreptitiū quia ibi est studium generale, & eius iuris periti possunt doctorari, &c. Not. decimō quōd partes regu- lariter non debeat compelli ad concordiam à Iudice. l. j. §. & post operis. ff. de op. no. nunt. & gloss. in l. 28 furti. §. qui iussu. ff. de his qui no. inf. vbi Bar. infert ad quæstionē. Fallit j. quādo r̄ aliqui diu litigassent in c. placuit. xc. dist. Fallit ij. in his quæ spectant ad plenā potestatem principis, c. cum inter R. de elect. vbi d. Abb. Tertio quando ex discordia duorum magnatum turbaretur omnis resp. Felin. in rubr. §. de treug. & pace. Et nunquid iudex peccet in componendo, vide Abb. in c. si. de transac. & adde, q̄ notabi- liter tenet Bal. in c. j. de treug. & pace. vbi tenet, q̄ si statutū cogat aliquos ad pacem, intelligitur dūmo- 29 do r̄ eam offendens humiliter petat flexis genibus, & det fidei iussores de vltierius non offendendo. pri- mū dictum tenet Bar. in l. furti. §. pactus. ff. de his qui not. inf. secundum probatur in c. ex parte in Chri- sto. j. de verb. sig. Not. vñdecimō quōd non est fienda acceptio personarum in iudiciis, quod intellige 30 in \* iudicando, secūs in puniendo, quia minor pœna infligi poterit nobiliori, vt patet ex c. qui contra. xxiiij. q. j. & hoc tenent Dec. & Abb. hic & cæteri. Facit, q̄ r̄ videmus, q̄ nobiliores nō possunt de iure

torqueri, nec fustigari, & tamē priuati sic. l. capitaliū. §. non omnes. ff. de pœnis. Itē facit, quia plebeius portans insignia Imperatoris sine licētia, punitur capite, nobilis verò exulat tantū, vt est tex. vbi Aret. in l. fi. C. vt nemo priua. vela regia. Facit q̄ nor. in l. decuriones. per illū tex. C. in quib. causis infra. irrog. Itē facit q̄ si nobilis accusaret ignobilē, nec probaret, nō deberet puniri ea pœna, qua puniret ignobilis. de quo per Felin. in c. ij. §. de calum. & vide not. tex. in l. Pedius. ff. de incen. rui. naufrag. Adde etiam vnū not. verbū Bal. in l. pen. per illum tex. C. de quæst. vbi non solum nobiles non possunt torqueri, sed nec qui fuerunt nobiles, in memoriā pristinæ nobilitatis. Et circa supradicta vide not. doct. Bar. in l. quædam delicta. in prin. ff. de pœnis. Aduerte etiā quia non solum nobilior debet puniri leuius, sed etiā potest illi in totū pœna abrogari. ita videtur tex. in c. nisi. de auct. & vsu pall. iuncto c. nisi. de offi. legati. per quos tex. ita tenuere Mod. Pap. hīc. Sed ad illos tex. potest responderi, quod procedunt de gratia nō de iure. Adde etiam illud quod not. Bal. in c. quod translatione in iure. §. de offic. leg. vbi stante statuto, si quis non soluerit condēnationem pecuniariā, puniatur capite: si quis nō soluerit, etiā propter paupertatem tenebitur statuto: quia qui non habet in aere, luat in corpore. Vide etiā quod not. in c. cū quidā. vbi Abb. §. de iur. iur. Bal. Bar. Iaf. in l. pperandū. §. sin autē vtraq. C. de iudi. & quādo nobilitas habeatur in consideratione, vide per Felin. in c. cū ad eō. de refer. & Catell. in memorab. in verbo, nobilitas. cetera circa hoc notabile vide hīc p Dec. & vide tex. in l. fi. C. de cau. frum. vrb. Rom. li. xj. & l. j. C. vt nemo ad suū patrociniū. lib. xj. In gl. iurisdictionē. tractatur hīc magna quæstio, an imperiū sit à papa. quā quæstionem vide hīc per Mod. nostrū non est ponere os in cœlū: quia si teneas partē papæ iudicis in extrauag. Ludouici relatam per Alb. de Rosa. in l. bene à Zenone. C. de quadr. præscrip. Si teneas partē Imperatoris incidis in extrauagatē Bonifacij, vnam sanctā. quare istud est lupum auribus tenere, vt est pro uerbio. In gl. iudicare. quærun hīc Abb. & alij, † an si aliquis iniustē habuerit sententiā, quæ transit in rem iudicatam pro se, an possit per eum qui succubuit, denunciari per euangelicā denuntiationem. Bar. in extrauag. ad reprimendū. in verb. per denuntiationē. tenuit quod non, quādo de huiusmodi sententia non cōstat notoriē q̄ sit iniqua, & opin. Bar. est cōmunis, & videtur verior: quia nos videmus etiā quod si quis præscribat, & deinde superueniat mala fides, tamē potest tenere rem cum bona cōscientia nec potest illi auferri per denuntiationē euangelicā, vt not. Inno. in c. cura. de iure patron. cum simili bus. ergo idem in aquisito per sententiā. nec respōsio Decij hīc valet, dum dicit quod præscriptio \* est iustus modus acquirendi dominiū, secūs est in re iudicata, quæ non est ordinata ad acquisitionē domini, vt not. in l. Pōponius. §. si iussu. ff. de acq. poss. in l. ex hoc iure. vbi Bar. ff. de iust. & iur. gl. in rubr. ff. de re iud. tum etiā, quia solutio Decij non concluderet, quādo iste qui habuit sententiā pro se fuisset in bo. fi. Sed post sententiā superuenisset postea mala, & quis sit effectus huius denūtiationis. Vide Ferrat. Caut. xix.

DE CAUSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS, RVBRICA.

S V M M A E.

1 Proprietatem variè accipi.  
3 Connexa principalis iure censeri.

6 Princeps non citatum iudicat.  
7 Præcepti iustificatiui vis.



**S**USCEPTIS. Not. post Abb. quod † proprietate capitur pro dominio. Istud r an sit verū, vide Iaf. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. dixi in l. j. §. j. ff. de off. eius cui. & ex hoc not. infer d. Abb. ad statutū, vt hīc per eum. Aduerte, quia si in statuto scripta sit ratio, vel possit assignari nisi vna, tunc videtur etiam quod statutum loquēs de proprietate \* comprehendat possessionem. 2 Probo quia in tali statuto licet argumētari ab identitate rationis. l. quamuis. vbi Mod. Peruf. C. de fideicommiss. Alex. in l. constante. ff. solut. matr. & licitum est argumentum de stricta significatione vocabuli ad latam. gloss. in verbo eligatur. in clem. j. de elect. quæ gloss. loquitur, quando est expressa ratio in l. licet. Iaf. vbi que eam alleget aliter. nam aliās puto quod non procederet, per gloss. in clem. dispendiosam. in verb. decimis. de iudi. ad idem text. iuncta gloss. in authen. hi qui oblig. in princ. Sed illa gloss. loquitur in exorbitantibus, appellatione autem proprietatis largo modo venit possessio. l. iubemus. §. fin. C. de sac. fan. eccles. ergo, &c. licet ista opin. sit satis tolerabilis, tamen puto cōtrarium esse verius: quia cōtraria loquuntur in legibus in quibus verba plerunq; accipiuntur improprie, vt per Bal. in c. vnico. §. & quia vidimus. qui feu. dare poss. faciunt, quæ notat Corf. in rep. c. generali. de sup. negl. præla. lib. vj. secus in statutis, vt per Mod. in l. morē. ff. de feriis. Not. secundò quod † causæ habētes aliquā connexitatem, debent coram eodē tractari. Quid autem dicatur cōnexum, & alia facientia ad hoc not. vide per Mod. in c. quantò. supra de iudic. & in c. translato. de constir. & istud mihi videtur facere pro illa opin. quod mandata cognitione causæ, venit etiam executio. nam maior connexitas est in cognitione, & executione, \* & definitione quàm sit in petitorio, & possessorio. facit l. j. C. si contra ius vel vitlira. & tractatur per Bar. in l. à diuo Pio. in prin. vbi d. Pet. de Bes. tenet hanc opin. & d. Iaf. ff. de re iud. Nec obstat si diceres nō esse bonū argumentum ex quo iurisdictione delegata est odiosa. gl. in c. j. de refc. lib. vj. quod non

nō est in petitorio, & possessorio. nā respondeo primo, quod istud nō procederet in delegato principis. 5 nam delegatio \* est odiosa, quia derogat ordinariæ. Sed in tali delegatione nō derogatur illi ex quo res amplius non spectat ad ordinarium cū reuocata sit ad curam principis, vt not. in c. vt nostrum. de appell. nam tunc delegatio est fauorabilis, vt concludunt Mod. in c. prudentiam. §. j. in princ. supra de offic. deleg. Item & generalius quamuis delegati iurisdictione sit odiosa & stricta, non tamen excluduntur cōnexa, sicut in ea veniunt etiam ea, quæ faciunt rem commodius fieri, vt not. Mod. in c. præterea. in ij. not. de offic. delegat. & in l. ij. ff. de iur. om. iud. & probatur in c. de prudentia. de donat. inter vir. & vxorem. & vide text. in c. j. de sequestr. Not. quod papa, vel princeps non potest parte non citata causam definire. Istud probatur ex verbo, nō potest, quod abnegat omnimodo potētiam, vt not. in c. j. lib. vj. de reg. iur. latē Aret. & Iaf. in l. Gallus. in princ. ff. de lib. & posthum. Istud intelligit Ioan. Andr. de potestate ordinaria, secūs de absoluta, vt hīc per Abb. Aduerte, quia illa gloss. in c. j. de regul. iur. lib. vj. non videtur vera. per cap. quanto. vbi Abb. §. de præsumpt. quem text. ibi ponderat Abb. ad idem adduco text. in l. iij. iuncta gloss. C. de dolo malo. & cap. non potest. ij. quæst. vij. & cap. non potest. xxij. quæst. iij. & est text. & gloss. in cap. literas. in gloss. in verbo, non potest. infra de restit. spoli. Et per hęc iura ego 6 teneo, quod illa gloss. & opin. Abb. hīc non sit vera. † & propterea concludo, quod imò poterit princeps condemnare aliquem parte non citata. non obstat text. cum gloss. in l. fin. C. de legi. quia loquitur de ea sententia, quæ transit in vim legis, in qua requiritur maior solennitas. non obstat text. in clem. pastoralis. in versiculo nunc prædicta suppletio. quia loquitur de ordinaria potestate, nos de absoluta, vel etiam de ordinaria. dic. quod quando princeps aliquem condemnat hoc modo, præsumitur in eo casu, & sic quod ipse sciebat condemnatum deligere, & sic illi erat notorium. facit text. in cap. cum olim. de re iud. & Abb. hīc. Sed in dicta clem. pastoralis non potuit esse notorium: ergo, &c. Vel dic. quod princeps potest condemnare, sed papa poterit retractare illam sententiam, argumento cap. nouit. de iudi. & eorum quæ not. Inno. in cap. quæ in ecclesiarum. de constir. vbi vult, quod si princeps ibi abstulerit actionem fundatam in iure naturali, poterit implorare officium superioris, vt manu regia tibi faciat iustitiam. l. ij. in princ. ff. de orig. iur. & ita limitatur gloss. in l. quoties. C. de prec. Imp. offer. & ex hoc habes aliam declarationem ad text. in verbo, non possumus. intellige irreuocabiliter, quia poterit successor reuocare, argumento eorum, quæ ponit Bald. in cap. j. in fin. in versiculo extra not. qui feud. dare poss. & ad supradictam, an valeat sententia sine citatione facta per principem, vide Iaf. vbi aliquando dixi in l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de liberis & posthum. Iaf. in l. fin. C. vnde leg. qui videt ut tenere opin. Abb. hīc. Posset hīc quæri, an intrusus debeat citari, de quo Ludouic. Roman. & Card. con- 7 suluerunt contraria, vbi hīc per Mod. In quantum Abb. hīc concludit, quod præceptum † iustificatum, si senseris te gratum, &c. si pars compareat, operatur vim simplicis citationis, aliās contra. hæc est communis opin. vt latē per Alexand. & Iaf. in d. lege de pupillo. §. meminisse. ff. de oper. no. nun. Sed aduerte: quia ille text. probat contrarium, vbi quamuis compareat, tamen non potest persequi ædificationem. ergo non est simplex citatio. Sed ad hoc responderi ibi d. Iaf. post Raph. quod illud ibi est, quia præceptum nuntiationis siue iustum siue iniustum, tenet. l. prima. ff. de oper. no. nunt. Sed aduerte, quia ista solutio non est bona. nam bene verum est, quod nuntiatio sit, siue quis iustē ædificet, siue non. ita loquitur dicta l. prima. sed quod præceptum iniustum teneat, lex non dicit, & esset ini- 8 quum: quare potest contra Abb. & communem concludi, quod tale præceptum \* operatur plus quàm citatio, quando illud plus non esset magni præiudicij. facit, quia ratio doctorum cur nuntiatio debet fieri siue iustē siue iniustē, non militat in casu nostro scilicet in præcepto, quando quis comparet. nam ratio est in odium contumacis, vt veniat parere iudici prout dicit Ludouicus Romanus in l. j. §. j. & Iaf. in prin. dicta l. ff. de op. no. nunt. ista cessat in nostro casu: cetera circa hoc præceptum vide per Lud. & Mod. in dicto §. meminisse. & in §. curare. inst. de act. vbi Ang. & Iaf. In gloss. prima. cur causa pos- 9 sessionis \* dicatur momentanea, ratio assignata hīc per gloss. & Abb. non videtur bona per fundamenta Bald. hīc qui dicit, dici momentaneam non propter potentiam, sed respectu proprietatis, vt hīc per eum. Nota tamen ex hac gloss. & gloss. in l. momentaneæ. C. qui legit. person. stan. & l. vnica. C. si de moment. poss. fuer. ap. quod res denominatur ab habitu, non ab actu. Idem colligitur ex doct. Abb. hīc. 10 In contrarium facit: quia imò consideratur actus † non habitus secundum Bald. Paul. Castr. Alexand. Aretin. Iaf. in l. Gallus. §. videndum. ff. de liberis & posthu. vbi dicunt, quod quando essentialiter aliquid non pendet, licet potentialiter sic, dicitur non pendere. Sed in hoc contrarium tenet ibi Bartol. est longa quæstio, ibi dixi latē in ij. not. & facit quæ ponit Iaf. in l. j. C. de inoff. test. in prin. & facit etiam in contrarium quod not. Socin. in l. Stichum, qui meus. ff. de leg. j.


DE IURE IURANDO, RVBRICA.

S V M M A E.

1 Probationis modi.  
2 Iurisiurandi titulus explanatus.  
4 Iurisiurandi explicita definitio. 17  
6 Iuramentum variè præstari. 9. 10. 11.  
7 Fidem variè accipi.

14 Iuramentum inextendibile.  
15 Iuramenti & sacramenti discrimen.  
16 Sacramenti forma, & acceptiones.  
18 Iurandum corporaliter ex causis.  
20 Iuratum corporaliter in casibus præsumi.





**C**ONTINVATVR Rubrica secundum omnes hîc: quia suprâ tractatur de modo probandi, qui est varius, & quando que fit per testes, quandoque per instrumenta, aliquando etiam ex præsumptione legis: sequitur vt de eo videamus, qui fit per iuramenti delationem. infrâ eod. c. fin. & merito subiicitur hæc Rubrica. Sed aduerte: quia iste titulus principaliter tractat de iuramento, quod interuenit in contractibus, nõ autem de eo, quod succedit loco probationis, vt dicunt Paul. de Cast. & Iason in rubr. ff. eodem. vnde continuatio nõ est bona, quia debet referri ad naturam tituli principaliter, non ad incidẽtia. arg. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. & quod habetur in c. quamuis. in gl. de pactis. in sexto. & in simili hoc tenet Abbas in continuatione rubricæ, infrâ tit. j. Potes aliter continuare: quia s. visum est de præsumptionibus, quæ releuant ab onere probandi. l. si tutor petitus. vbi gl. C. de peric. tutorum. & iuramentum \* etiam releuat ab onere probandi. l. eum, qui. ff. eod. Qui enim probat aliquem per iuramentum affirmasse, non compellitur veritatem facti aliàs probare, quia pro iuramento præsumitur. l. non erit. §. dato. & ibi omnes notant. ff. eodem. gloss. in c. ex rescripto. infrâ eo. merito ergo fuit subiecta hæc rubrica. Quærit Abbas, quomodo definitur iuramentum? & refert varias definitiones, de quibus per eum, & sunt sustentabiles, & in effectu hoc cõcludunt, quod iuramentum est dictum Deo auctore, vel per religionis attestacionem affirmatum. & ita etiam sentit Bald. in l. ij. ff. eo. quem referunt hîc moder. Sed contra hanc definitionẽ oriuntur plures difficultates. Prima est, in qua vidi pluries in practica dubitari: nam qui promittit in fide sua, minùs affirmat, quàm per religionem vel Deum, & tamen talis dicitur iurasse, quia protestatio \* fidei, est species iuramenti, prout declarat Abbas in c. ad aures. per illum text. suprâ quod met. caus. & probatur in c. peruenit. ij. §. eod. infrâ de fidei iuss. Idẽ tenet Archidiaconus. xxij. quæst. in summa. gl. in c. querelam. ne prælat. vic. in c. ij. de sponsal. in c. ex literis. de constit. in gl. j. & alibi sæpe. Et idem videntur tenuisse Ioan. And. & Ant. de Butr. in c. ex tempore. de arbit. Alexand. & Ias. in l. si quis maior. C. de transact. Ang. Alexan. & Ias. in l. iij. §. iurari. ff. eod. Sed in contrarium videtur esse gl. in c. penult. in gloss. fin. infrâ eod. quæ licet velit, quod quoad Deum non sit differentia inter promissionem iuratum, & eam quæ fit per præstationem fidei, & eodem modo promissor sit adstrictus, per text. in c. iuramenti. xxij. quæst. v. subdit tamen, quod grauiùs puniatur, qui iurauit. Et sic manifestè vult, quod qui fidẽ simpliciter præstitit, non dicatur iurasse. & idem etiã sentit gloss. in c. constitutus. de transact. & istud etiam voluit Imola in d. c. ex tempore. & Butr. in d. c. ad aures. qui post antiquos dicit, quod præstatio fidei sit iuramentum, & quod æquiparantur, & possunt intelligi secundum gl. in d. c. penult. Et probatur hæc opinio etiam in c. communi. infrâ de sponsalib. & tenuerunt Cynus & Bald. in l. nec non. §. item si quis. ff. ex quibus caus. maior. vbi inferunt ad quæstionem de milite, qui promiserat sub fide certam pecuniam. Idem tenet Io. Fab. in §. item si quis postulante. Inst. de actionib. & moder. repet. in d. l. si quis maior. in x. notab. Quid tenendum? Dic quod verbum fidei est ambiguum, quia Fides proprie est dictorum conuentorumque constantia & veritas, dicta à fiendo, quod fiat quod promissum, vt declarat Cicero lib. de offic. & ita accipitur hæc dictio apud Iureconsultos, vt in l. j. ff. si cert. pet. in l. j. ff. de constit. Ias. in l. iij. in prin. de testam. in l. græc. de fidei iuss. §. fin. Inst. de fidei iuss. §. vendita. de rerum diuis. cum simil. Secundò modo accipitur apud ecclesiasticos pro sacramento fidei, & credulitate quam habemus in Deum. de consecrat. distinctione iij. c. nihil. & in rubric. suprâ de fide cathol. & ita accipitur vbique in epist. Paul. Igitur si quis promiserit per fidem Christi, non est dubium, quin istud sit iuramentum, quia competit bene promissioni definitio: est enim firmata promissio per religionem. & ita procedit textus in dist. c. ij. de fidei iussoribus vbi habetur pro constanti, religionem fidei violatam. Idem si promitteret per fidem, quam ipse habet in Deum: nam & hæc promissio est quædam species iuramenti, secundum Abb. in d. c. ad aures. vel secundum alios æquiparatur iuramento, non autem est iuramentum. Et potest esse ratio, quia ipsum credere hominis versus Deum, non est quid sacrum, licet fides in se sit res sacra. Et ita possunt intelligi & saluari contrariæ decisiones: & de tali loquitur Specul. in titul. de arb. §. fin. quem allegant & sequuntur in d. l. si quis maior.

Si verò simpliciter quis dat fidem, vel promittat sub fide sua, ista promissio est ambigua: quia si intelligeretur proprie secundum primum modum, non est iuramentum: si secundo modo, esset iuramentum. Sed in dubio debet fieri interpretatio pro promittente. l. quicquid. ff. de verb. obligat. Et verba debent intelligi secundum declarationem eius qui protulit. l. si quis intentione. ff. de iudi. & ideo tali casu putarem non esse iuramentum, & procederent aliæ auctoritates. Et ex hoc infero ad decis. Baldi, C. res inter alios acta. in rubr. vbi notabiliter vult, quod si quis confiteatur, addito quod ita est in veritate, talis confessio censetur iurata, ergo operabitur etiam in vtilitatem absentium, iuxta gloss. in c. quoties cordis. j. quæst. iij. sequitur & commendat Hieron. Cre. in litem in duobus. ff. de pact. Nam non puto istam decisionem ita simpliciter esse veram, nisi ex conceptione verborum appareret non esse simpliciter intellectum de veritate negocij, sed de Deo, qui est veritas. gl. in auth. de instru. caut. in verbo, nutatio. in prin. & quod not. xxiiij. q. iij. c. cum aliquis. vel de veritate conscientie, secundum gloss. in c. etsi Christus. per illum text. §. eod. Et ita intelligendum est quod not. Bald. in c. literas. §. tit. j. & referunt moder. in d. §. iurari. vbi dicit speciem esse iuramenti, si quis dicat, assero per fidem meam, & in verbo veritatis: & de triplici veritate ponit gl. in c. qui scandalizauerit. §. de reg. iur. Secunda difficultas est, quia

10 quia qui affirmat sub periculo animæ suæ, dicitur iurare, vt probatur in c. fraternitatis. §. de frigi. & malef. Innoc. Hostien. & Bald. in c. etsi Christus. §. eod. Archid. Io. And. Gemin. in c. j. de sepul. in vj. Archid. xxij. q. v. c. iuramenti. Ias. in d. §. iurari. & tamen hîc non affirmatur aliquid per Deum, vel religionem. Potes dicere, quod saltè implicite iuratur per Deum: quia idẽ est dicere, promitto sub periculo animæ, ac si dicatur, ita Deus perdat, vel seruet animã meam. Vnde dicunt Innoc. & Bal. quod ista forma iuramenti non sufficeret in teste: & ratio est, quia testis debet expresse iurare, vt magis absterreatur à falso, & magis consideratè deponat. Nec est satis, si iuramentum tacitè induceretur, ex quo multi idiotæ credentes se non iurasse, facilius mētirentur. Et idem est vbi iuramentũ requiretur de solennitate actus, 11 secundum Bal. in d. c. etsi Christus. & modern. in d. §. iurari. Et ex hoc etiã inferitur, quod qui per salutẽ propriam, vel filiorũ, vel principis affirmat, dicitur iurare. l. iij. ff. eo. de quo Iuena. Nondũ iurare parati, Per caput alterius. Et ratio est, quia resoluitur tale iuramentũ in hunc sensum, Ita Deus saluum me faciat, vel filios meos. arg. c. quanto. in fin. §. eo. Et sic tollitur hæc secunda difficultas. Bene fateor, q. si ex aliqua regula aliquorum monachorum constitutũ sit, quod non iurent, nisi dicendo, Crede mihi: quod talia verba propter regulam inter ipsos monachos haberet vim iuramenti, vt dicit gl. in d. l. iij. §. & si quis. ff. eod. Sed non puto quod proprie faciant iuramentum, ex quo suprã dicta definitio non conuenit.

Tertia difficultas est, quia assertio iurata potest dirigi etiam aduersus partẽ, & tamen iuramentum semper dirigitur versus Deum, secundũ Doct. in c. debitores. per illum text. infrâ eodem. Butr. in c. cum contingat. vers. tertius casus. infrâ, eo. refert Alex. cons. lix. viso instrumẽto. in j. vol. vbi dicit, quod simplex loquela, & iuramentum non sunt paria: quia iuramentũ \* dirigitur principaliter in Deum, & ideo lex, maximè ciuilibis, non potest disponere super eo: sed simplex loquela dirigitur versus partem, vnde quoad eius cõmodum, lex potest obligationẽ impedire. Sed responde, quod licet verba iuramenti dirigantur versus partem, tamen intentio & effectus sunt versus Deum. arg. gl. in c. quoties cordis. j. quæst. viij. & declarat Abbas in c. ij. infrâ, de sponsal. Et ex ista oppositione inferitur ad id quod notat Abbas hîc, dum concludit, quod verba nõ sunt de necessitate iuramenti. Mouetur, quia hoc non reperitur iure expressum, præterquam in stipulatione, prout etiam tenuerunt Perrus, Iacob. & Cyn. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Nam pro hac opinione facit prædicta ratio: cum enim iuramentum dirigitur principaliter versus Deum, sequitur quod non sint necessaria verba, imò qualiscunq; consensus sufficit. arg. c. si quid inuenisti. xxiiij. quæst. v. & c. erubescant. xxij. distin. c. Confirmatur, quia mutus 13 potest \* præstare testimonium, vt est gl. iij. quæst. ix. c. testes. & est cõmunis conclusio secundum Ant. & Præposit. in c. cum apud. infrâ, de sponsal. ergo etiam potest iurare, quia iuramentũ in teste etiam est necessarium. c. tuis. §. de testib. l. iurifurandi. C. de testib. Et ista opinio mihi placet, & est approbata in practica. Secunda fuit opinio Guidonis & Bar. in l. qui iurasse. ff. de iureiurand. vbi affirmant totum contrarium, quod imò in iuramento indistinctè sint necessaria verba: quam ibi sequuntur Bal. Alber. Salic. Fulg. & Rom. in l. j. de verb. oblig. Bar. in l. & per iusiurandum. ff. de acceptil. pro qua opinione fac. gloss. xxij. quæst. j. in summa. dum definit quid sit iurare. Item facit tex. in §. sed neq. in auth. de mand. princip. dum exponit, verbũ, id est, iusiurandum, & text. in c. etsi Christus. §. eod. dum dicit iuramentum esse sermone qui proficiscitur à malo pœnæ. Sed fortius videtur stringere text. in c. pen. §. eo. vbi quando semel iuratum est, non est in facultate iurantis extẽdere primũ iuramentum ad aliqd aliud, quod prius non cõprænderetur: & sic ex simplici consensu iuramentũ non extenditur, vt dicit ibi Abbas: ergo multò minus potest induci. arg. l. patre. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Tertia est opinio distinguentiũ, vt in eo qui potest loqui, sint necessaria verba: si verò non possit loqui, secus: sicut in simili dicimus de matrimonio. d. c. cum apud. Et istam distinctionem approbant Paul. Aretin. & Alex. in l. j. ff. de verb. oblig. & in l. qui iurasse. vbi Ias. Idem sequitur Paul. & Roma. in l. non erit. §. si neque. eod. tit. Ista opinio est valde consona, nisi quod consuetudo approbat primã, vnde ea defendenda est. l. meminisse. ff. de legib. Non obstat d. §. si neque. quia vt apparet ex nouella, eod. tit. ibi accipitur verbum pro fide publica, seu securitate quam dabant præfides, fortè cum iuramento. Sed per hoc non sequitur, quin iuramentum possit præstari etiam sine verbis. Et eodem modo respondetur ad d. c. etsi Christus. licet enim iuramentum non præstetur, tamen non sequitur quinetiam aliter, puta per scripturam vel nutum, præstari possit. Non obstat quod dicitur de matrimonio, quia in eo constat expresse, quod lex requirit verba. c. tua. §. de sponsal. Et lex dispensatiuè concedit muto ius ducendi vxorem, vt est magis communis opinio: sed in iuramento nusquam constat requiri verba. Item inter hos casus est manifesta differentia ratio, cum iuramentum spectet principaliter ad Deum. d. c. debitores. vnde non requiruntur verba: quod secus est in matrimonio, quod ad partes pertinet. Non obstat d. c. penult. quia ibi clericus qui primò iurauerat, non agebat rursus iurare, vnde non operatur iuramentum, sed simpliciter volebat extendere: quæ extensio non est in simplici eius facultate, quia promissio est facta Deo, vnde alterari non potest, vt declarat ibi Abb. Et sic resideo cum prima opinione: licet secunda, si intelligatur in casu distinctionis, sit magis communis. Quærit secundo Abbas, quænam sit differentia inter iuramentum 15 & sacramentum, & c. & concludit esse synonyma, & cum eo transeunt ceteri. Adde quod proprie loquendo est aliqua differentia inter hæc vocabula: & sacramentum, est dictio generalis, & videtur posse verificari de qualibet re sacra. Et dicit Marcus Varro, quod olim litigantes, quilibet certam summam deponebant in loco sacro, quam qui vicisset, lucrabatur, dicebaturque ea summa sacramentum. vnde apud M. Ciceronem, sacramento vincere. Accipitur etiam alio significatu, suprã de sacramen.

non iteran. Itē quod sanctus Paulus in epistolis grecē dixit misterium, Latinus interpres transtu lit sacramentum. Sed in quantum ista vox capitur pro iuramento, habet in se aliquam differentiam: quia sacramentum videtur esse quod supra sacrum fiat, puta altare, reliquias, vel libros Euangeliorum. l. prima. & authen. sacramenta. C. si aduersus venditio. Inde sacramentum militare dicitur. l. milites agrum. §. ignominiosa. ff. de re milit. Gloss. in l. penult. ff. ex quibus caus. maior. Iusiurandum t̄ verò 17 propriè dicitur, quod in iudicio defertur. Cùm enim iudex omnino illud sequi teneatur, meritò dicitur iuramentū, siue iusiurandum: id enim quod iurabitur, iudex pro iure habebit, & executioni mandabit. l. non erit. §. dato. ff. eodem titul. Et ideo cùm de tali iuramento in Digestis tractetur, ibi propriè inscripta fuit rubrica de iureiurando. Et ita intelligendo, tollitur argumentum Hostien. in summa huius titul. §. j. dicendo, quod debuisset potius dici ius iuratum, quàm iurandum. Sed ipse fallitur, quia fit relatio ad genus, videlicet ad id quod de futuro iurabitur, non ad certam speciem iuratam. Iuramentum verò est dictio magis generalis, sed in specie videtur accipi pro eo, quod nudis verbis præstatur extraiudicialiter, absque rei sacræ tactura. Confunduntur tamen ista à scriptoribus. Quærit successiue Abb. an in iuramento necessaria sit tactura scripturarum: & concludit regulariter quod non, quod probatur ex definitione iuramenti, in qua non fit mentio de tangendis scripturis: & etiam est text. in c. et si Christus. infra eodem. vbi simplicia verba, puta, in veritate, & similia, inducunt iuramentum. & cum hac opin. transeunt Doct. hîc. Sed tu aduerte, quia in contrarium videtur vrgere text. in cap. si quis presbyter. ij. quæst. iij. vbi quando per rem sacram, veluti per consecrationem, affirmatur, quia non tanguntur scripturæ, non dicitur esse iuramentum, licet talis promissio sit vice iuramenti. vnde apparet, quod licet aliàs verba inferant iuramentum, requiri tamen quod scripturæ tangantur. In contrarium facit quod notat Alexand. in d. l. si quis maior. in fin. C. de transact. vbi dicit, quod quando tanguntur scripturæ, tunc est iuramentum: licet talis promissio, si non tangantur scripturæ, solum dicatur præstatio fidei, arg. l. penult. in fin. C. de reb. cred. & ita dicit tenere omnes. Quæ declaratio Alexand. non est vera, & est contra Doct. hîc. Ad text. in d. c. si quis presbyter. infra respondebitur. Stat ergo firma communis conclusio, quod in iuramento de necessitate non requiratur tactus scripturarum. Fallit primò, t̄ vbi lex requirit corporale iuramentum, quia tunc debent tangi scripturæ, aliàs non esset factisfactum dispositioni legis, secundum Abbatem hîc, per gloss. in Clement. j. in verb. tacta. de hæret. & in c. vt circa. de elect. in vj. Et in hoc sunt seruanda verba legis, vt si requirit quod iuret super reliquiis sanctorum, vel super euangelis, ea forma seruetur, xxij. q. j. habemus. iij. q. ix. hortamur. j. q. vij. quoties. cum similib. Sed in contrarium facit, quia istud videtur esse quid leue, & solennitas leuis ommissa actum non vitiat. l. j. §. si. ff. de vent. in spi. not. in l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. per Bal. §. in proem. & quod in simili not. Bart. in repet. l. si quis ex argentariis. §. si vitium. ff. de edend. vbi etiam stante consuetudine, vult quod appositio diuini nominis in instrumentis, sit de leui solennitate, & ommissa non vitiet. Sed tamen non est recedendum à communi, quam etiam tenet Abb. in cap. fraternitatis. in fin. §. de testi. & quæ firmatur per regulam vulgaram, quod vbi lex requirit actum qualificatum, non est ei satisfactum nisi ea qualitas interueniat. cap. j. de regul. l. Fulcinius. §. j. ff. ex quibus caus. in possess. earum. cum similib.

Non obstat arg. quia negatur quod iste tactus sit leuis solennitas, imò est magni effectus: quia contraveniens videtur magis offendere, siue contemnere: & tantò grauius est periurium, quantò illud per quod iuratur est magis sanctum. c. mouet. xxij. q. j. & per Abb. hîc. Fallit secundò in iuramento delato à parte parti: quia si pars requirat iurari tactis scripturis, ea forma seruanda est, secundum Ioan. And. in dicto cap. c. et si Christus. & gloss. in d. Clement. Et quia iurandum est secundum formam delationis l. iij. in fin. ff. de iureiurand. Aliàs in dubio si requiritur iurari, satis est si iuret simpliciter, per Deum, vel sancta eius Euangelia, vt per Abb. in dicto cap. et si Christus. & per Bart. in l. qui per salutem. ff. eod. & ita intelligit Abb. hîc, & eum sequitur Ant. Corsetus. Hostien. verò tenuit, quod si partes formam nõ distinguant, iuramentum debeat proferri tactis scripturis, & ita dicit in dicto cap. et si Christus, & idem not. Bald. in l. penult. §. fin. C. de reb. cred. per illum text. qui potius dicit contrarium, dum vult delato iuramento posse aliter iurari, quàm tactis scripturis: vnde prima opin. magis mihi placet. Nunquid autem si pars requirat iurari, addita aliqua execratione, vel aliquo nõ solito, debeat ea forma seruari? Putarem quod non, arg. l. iij. & seq. ff. eo. & quia talis forma non est solita, & multi adhærent illo modo præstare etiam iuramenta vera: satis\* est formam consuetam attendi, vt per Bal. in c. j. §. item sacramen 19 ta. de pace iur. fir. Fallit tertio in iuramento quod à iure præcipitur, vt est iuramentum calumniæ, vel testis. c. fi. §. de iur. cal. xj. q. j. testimonium. & gl. in d. Cle. j. Cin. tamen in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. videtur istud intelligere, quando lex esset odiosa & iniqua, prout est illa authentica. Potes in hoc distinguere: aut enim lex exprimit quod corporaliter iuret, & istud non habet dubium: aut nihil dicit, & si est odiosa, requiritur tactus scripturæ, non aliàs. Et satis dicitur exprimere, si dicatur quod debet solenniter iurare, vt est de mente Bal. in c. j. §. si à domino. quid sit inuest. in v. si. feu. & facit l. si alterius. C. si minor se maio. dixer. Fallit, quartò, vbi consuetudo esset, vt tactis scripturis iuraretur: quia minimè muranda sunt, & c. l. minimè. ff. de legi. & firmant mod. hîc, & quod in simili dicit glo. in d. Cle. j. in verb. tacta. in vlt. parte. Sublimitantur tamen præcedentes fallentiæ, vt non procedant in clericis, quia illi nunquam tenentur iurare tactis scripturis. d. c. fi. §. de iuramento calum. auth. si iudex. C. de episc. & cle. & text. in d. c. si quis presbyter. ad idem text. in c. testimonium. xj. q. j. Sed contra hoc obstat text. in c. quoties cordis. j. q. vij. vers. vnde iuratus dico. Et ratio est propter opinionem vulgi, qui pu-  
tat conta

tat contaminari manus, si etiã iurando aliquid tangat, vt dicunt doc. in d. c. si quis intelligentes illū tex. procedere propter opinionē vulgarium: & ideo dum præsupponit, non dici iuramentum nisi scripturæ tactus interueniat, non loquitur secundū veritatem, sed secundū vulgū, vt ibi per Gemi. post alios. Sed consequēter quæro: Pone, in casibus, quibus necessariò debet tangi scripturæ, reperitur à notario simpliciter scriptū, quod talis iurauit, an præsumetur tactis scripturis: Et Imo. consil. lvi. in causa. dicit quod sic: quia istud potest importare vis istius verbi, iurauit: ergo solēnit as ista tanquã intrinseca debet præsumi. l. sciendū. ff. de ver. obl. Quod argumentū debet procedere, si pars fuisset præsens, contra quã testis producitur: alioquin cùm verbū, iurauit, possit intelligi de simplici iuramento, de eo intelligitur, & fiet interpretatio cōtra eū, qui se fundat. c. in præsentia. §. de prob. l. veteribus. ff. de pac. & istud videtur verius. 20 Possunt tamen excipi tres casus. Primus est t̄ quando in actis apparet scriptū, quod præsentem iudicem, vel partibus, testis iurauit: nã tunc propter præsentiam iudicis, & taciturnitatē partis, omnia præsumuntur solenniter acta, secundū Io. And. in addi. Spec. tit. de testib. §. sequitur. super ver. & no. Ant. But. Abb. & alij in c. fraternitatis. in fi. §. de testib. Alex. in l. nam postea. §. j. ff. eod. cum concord. Secundus casus est, quando notarius scripsit, Titius iuratus & c. Nam ista dictio, & cætera, includit ea quæ sunt de natura & substantia actus, vt habetur per Bart. in l. Gallus. §. idem credendū. ff. de lib. & posth. & in isto casu saluatur decisio Imo. Tertius casus est, stante cōsuetudine, quod notarij ita scribant: nã tunc per locū à cōsuetudine generali præsumuntur seruata seruanda, secundū Bal. in l. fi. in fi. C. si ex fals. instr. Et istud mihi placet, & seruatur in practica: & ita potest intelligi quod notat idem Bald. in c. ij. quid sit inuest.

S V M M A E.

- |    |   |  |
|----|---|--|
| 1  | Timore contractum non, nisi ex causis, rescindi. 5.   | contra. 60. 61. 62. 63. 65. 66.                              |
| 7  | Metu iurata non tolli: quandoque contra.  | 69 Iuramentorum genera.                                      |
| 8  | Auth. sacramenta pub. sensus. 59.   | 72 Iuramento ex causis contraveniri. 87.                     |
| 10 | Præiudicari variè siliis in fundi dot. alienatione.   | 73 Simulata iurata ex causis tenere.                         |
| 11 | Cap. cum contingat. de iureiur. explicari. 15.  | 76 Iusiurandum absolutione, aut iure ipso tolli pro re.      |
| 12 | Iuramentum in casibus non tenere.   | 88 Simpliciter pro persona præsumi.                          |
| 14 | Dotalis fundi alienatio etiam iurata ex causis non tenet.   | 89 Renuntians, nisi ex causis contravenit.                   |
| 16 | Canones in foro civili in casibus seruandi.   | 92 Iusiurandi comites.                                       |
| 17 | Cap. cum contingat. contraria variè dilui. 19. 20. 21. 22. 24.  | 94 Iuramento testamentum non solenne validari ex causis.     |
| 25 | Iuramento actū in casibus nõ firmari. 27. 29. 31. 32. 37. 46. 47. 49. 51. 74. 75. 91. 93. 98. 102. 106. effectus huius. 39. 41. 43. 45. | 103 Contractus vetitos ex causis iuramento firmari.          |
| 30 | Fauorem publicum variè spectari.  | 107 Transactio iurata ex causis non valet.                   |
| 33 | Legi contravenientem ex causis peccare. 36. 90.   | 108 Donatio coniugum iuramento, nisi in casibus, firmabilis. |
| 38 | Cap. quamuis. de pact. in vj. sensus.   | 109 Iuramento inuadida validari.                             |
| 55 | Statuto per multa non tolli.  | 110 Confessionis vis.  |
| 56 | Iuramentum quandoque statuto tolli & restringi: quandoque   | 111 Absenti queri.   |
|    |   | 112 Iuramento pactum nudum non firmari.                      |
|    |   | 114 Contractus anonymi iurati actionem parium.               |

**V M CONTINGAT.** Summa vt per Abb. Noto primò post Abb. quod t̄ timor reuerentialis vxoris erga maritum, non est potens ad faciendum rescindi cōtractum, nisi aliter probetur de metu. facit tex. in c. quamuis. de pact. in vj. in l. si patre. ff. de ritu nupt. & est communis conclusio, vt per moder. in c. causam matrimonij. §. de offic. deleg. & in c. veniens. j. de sponsal. & ita intelligitur text. in l. j. §. quæ onerandæ. vbi Bar. ff. qua. rer. actio. Quod amplia, etiam si vxor clam esset protelata de isto metu: nam per hoc non rescindetur cōtractus, præsertim in præiudiciū eius, in quem fit alienatio, vt per Bal. in l. clari. C. de fideicommiss. Alex. consil. xvj. in iij. Abb. & moder. in d. c. causam. Secundò amplia, vt procedat etiam si probaretur quod maritus esset minatus: quia si qualitas mariti esset talis, quod non esset solitus adimplere minas, adhuc cōtractus non rescinderetur, secundum Abb. & moder. in c. j. de offic. deleg. Sed ista distinctio mihi non placet, quia bene habet locum in extraneis. c. ad audientiam. §. de his quæ mer. cau. l. nec timorem. ff. eod. tit. Sed vbi adest metus reuerentialis, videtur sufficere ad eum colorandum quale scunq; minæ: & istud est de mente Bart. in d. §. quæ onerandæ. & scribentiū, in l. si cūm dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. mar. qui simpliciter requirunt præcessisse minas, nec distinguūt an eas sit solitus exequi. Et istud maximè debet habere locum in muliere, quia in tali sexu facilius præsumitur timor. gl. in c. cūm locū. j. de sponsal. Fallit ista cōclusio, vbi lex præiudicaret ex tacito cōsensu præsumptio: nã iste timor\* reuerentialis solus sufficit, vt præsumatur cōsensus. l. pe. ff. de fur. Bar. in l. quæ dotis. ff. sol. ma. Alex. in d. §. eo aut tempore. & Dec. in d. c. causam. vbi respōdet quibusdā rationibus in contrariū adductis. Fallit secundò, quādo ex tali cōsensu oriretur enormis læsio ipsi vxori, secundū Paul. de Cast. consil. clxxxvij. cōtra superiūs. & habetur in d. c. causam. & videbimus j. post Abb. Nor. secundò post Abb. ex alienatione\* fundi dotalis simpliciter facta, nulla oritur obligatio: & est ratio, quia lex resistit tali cōtractui, vnde nõ oritur neq; civilis neq; naturalis obligatio. l. cū lex. ff. de fideiul. l. si non fortē. in prin. ff. de cōd. inde. Et ratio cur lex resistat, est, ne fragilitas sexus muliebris cōuertatur in carū detrimentū, & demū mulieres indotate remaneāt, vt est tex. Inst. quib. alie. licet vel nõ. in prin. Amplia etiã istud procedere in donatione propter nuptias. auth. siue à me. C. ad Velleia. Itē etiã solut. mar. secundū l. etiã. ff. de fun. dot. Itē in spōsa nomine fundi promissi. l. lex Velleia. in fi. ff. e. ti. licet mulier nõ possit alienare fundum\* dotalem, potest tamē renūtiare hypothecæ, quã habet in bonis mariti. l. iubemus. C. ad Velleia. Et hoc est verum, dum tamen maritus habeat vnde alibi mulier sit tuta, vt habetur per Bartol. in d. l. iubemus. & in l. Meuia. §. fundus. ff. solut. matrim. Sed si non esset aliunde tuta, talis renuntiatio per viam  
Ggg v indirectam



indirectam importaret donationem, quæ est prohibita inter virum & uxorem, vt habetur in d. s. fundus.

Et ideo inferunt hîc Ioan. de Imol. & modern. quod si vxor renuntiaret & iuraret, quamuis maritus esset solucendo, talis renuntiatio præiudicaret, ex quo donatio inter virum & uxorem confirmatur iuramento, vt j. videbimus. Quæ decisio licet ex prædicta ratione sit vera, tamen ex alio capite videtur ralem renuntiationem posse infirmari: quia si mulier indotata remaneret, appareret de enormi læsione, & videretur propter metum reuerentialem eam renuntiationem esse rescindendam, vt supra diximus: quod perpetuo nota, pro sustentatione gloss. in auth. si qua mulier. C. ad Velle. Et cum lex alienationi fundi dotalis resistat, indeque nõ oriatur obligatio, sequitur quod si mulier alienet, fideiussor non tenebitur, ex quo nec principalis tenetur. Secus si ipse maritus, quia obligatur actione personali, sicut quilibet vendens rem alienam, vnde fideiussor illi actioni accedet. l. sed & si is. C. de præd. minor. secundum Abb. hîc, & est communis opin. in d. l. cum lex. de quo dic vt ibi. Noto tertio, quod iuramentum dolo, \* vel metu præstitum, non est obligatorium. In quo dubio primò videndum est quid, quando dolus interuenit? Secundò, quid quando metus? Et in prima difficultate videtur iuramentum ipso iure non esse nullum, sed potius debere distingui, an accesserit cõtractui bonæ fidei, vel stricti iuris. Et si cõtractus sit stricti iuris, tunc opus est actione rescissoria, & consequenter absolutione. l. dolo. C. de inutil. stip. Nec est verum fundamentum Abb. dum dicit, quod dolus facit deficere consensum: imò adest consensus, licet per dolum: vt declarat Bart. in l. & eleganter. in prin. ff. de dolo. Baldus in c. vnico. §. item sacramenta. de pace tenen. in vsib. feud. Sed tamen communis opin. est verior: quia licet ad cognoscendum, an cõtractus cui dolus dedit causam, sit ipso iure nullus, attēdamus an sit stricti iuris vel non, secundum communem opin. tamen quoad iuramentum videtur quod illud sit semper bonæ fidei, quæ in eo debet exuberare, cum principaliter fiat Deo. c. debitores. §. eod. & hoc suadet reuerentia iuramenti, vt in simili dicit Bald. in d. s. item sacramenta. Communis est t̄ conclusio, quod metus ipso iure non annullat iuramentum: vnde non tolleretur, nisi petita absolutione. c. j. & c. verum. §. eod. Nec obstat quod iste tex. æquiparet dolum, & metum, sicut textus in c. quamuis. de pact. in vj. quia satis est, si æquiparatio procedat quoad quid, & respectu effectus: vnde verbum, non obseruari, positum in textu nostro, respectu doli intelligitur ipso iure, respectu metus intelligitur petita absolutione. arg. gl. in l. ij. ff. de offic. proconsul. & hoc secundum opinionem antiquorum. Nec etiam obstat text. in auth. t̄ sacramenta puerum. C. si aduers. vend. dum dicit esse nullius momenti: quæ verba videntur importare, ipso iure: quia omiſsa respõsione Io. Imol. hîc, constituētis differentiam inter ius civile & canonicum, prout etiã fecit Paul. Cast. & aliqui moder. in d. auth. respõdet Abb. post Vincen. per illum tex. limitari hanc conclusionem, vt non procedat quando lex expresse resistit cõtractui, prout in casu istius text. & d. c. quamuis.

Sed aduerte, quia non est verum, quod in casu d. auth. sacramenta. lex resistat cõtractui, quia loquitur etiam in metu adhibito maiori iuranti, vt ibi patet: vnde melius est dicere quod illa verba, nullius momenti, quoad maiorem intelligantur secundum dispositionē legis, & sic in effectu, prout fit in l. qui in carcerem. ff. quod met. caus. Aliqui tamen moder. tenent contra prædictam rationem Abbatis, etiam quoad text. nostrum: quia qualitas quæ non consideratur à iure, non immutat naturam dispositionis. l. j. C. de legit. hæred. Bal. in c. j. de gradi. success. in feud. quæ ratio est leuissima, quia imò ius canonicum etiam considerat hanc qualitatē: quia etiam talis videtur fundus dotalis, vnde non potest alienari: & licet alienetur cum iuramento, si tamen iuramentū metu interueniat, illa resistantia quam lex faciebat cõiuncta metui, annullat ipso iure iuramentū. & istud est quod voluit Abb. Nota quartò t̄, iuramentum in præiudiciū tertij non confirmat alienationē fundi dotalis. Sed dubiū est de quo tertio verisimiliter textus intelligat. Et gl. primò intelligit de præiudicio creditorū ipsius mulieris. & si intelligamus respectu hypothecæ, casus non habet difficultatem: quia res transit cum honore & onere suo. c. ex literis. infra, de pigno. Si verò intelligamus, quod mulier cum iuramento, antè quàm fundus esset dotalis, prius promississet alteri vendere, adhuc ista alienatio non confirmaretur: quia prior creditor posset compellere mulierem ad vtendum, quæ propter iuramentum præcisè tenetur, secundum Abbat. Imol. & Doct. in c. veniens. §. eo. sequuntur Burr. & Imol. hîc. Secundò gl. intelligit de præiudicio filiorum: quod præiudiciū est considerabile quibusdam casibus. Primus est, t̄ quando maritus vergit ad inopiam, ita quod periculū est, ne filij ali non possint. Nam cum aliunde nõ habeant, debēt ali de re dotali. l. alimenta. C. de neg. gest. & habetur in l. Nefennius. ff. eod. Nec obstat, quod propter ista alimenta non habeant filij hypothecam, vt habetur in l. si cum dotem. §. si autē in nouissimo. ff. solu. mat. Ro. consil. eccclxiiij. in re præsent. & ideo nõ videtur, cū possint agere cum tertio qui emit: quia cum lex isto casu non confirmet cõtractum, remanet quoad eos nullus, vnde ratione sui interesse dicunt de nullitate. & intelligitur quod notat Ioan. Fab. Instit. quibus alienare licet vel non. in princ. & latius hîc per Imol.

Secundus casus, quando mulier nõ haberet vnde aliter legitimā filiis relinqueret: nam cum eis legitima in bonis maternis deberetur, si alienetur, fit eis præiudiciū. & hoc sentit Butr. hîc. In quo tamē Imol. dicit esse distinguendum, an alienatio facta sit titulo lucratiuo, & procedat dicta conclusio, tanquam donatio sit inofficiosa. l. j. C. de inoffic. dona. & isto casu donatio erit nulla ipso iure: quia cum propter præiudiciū filiorum tollatur effectus iuramenti, remanemus in terminis legis Iulix, quæ ipso iure annullat alienationem fundi dotalis. Aut alienatio fit ex causa onerosa, & tunc videretur secus, vt habetur in l. j. C. si quid in fraudem patro. & j. de testa. c. Raynutius. per Bar. in l. hæreditarium. ff. de bon. aut. iud. possid. Sed aduerte, quia Ioann. Andr. & Ioann. Cald. satis admittunt, quod in casibus in quibus filij

filij habent spem probabilem, per talē alienationem nõ fiat eis præiudiciū: sed filij in hæreditate matris videntur habere spem probabilem. l. scripto. ff. vnde lib. l. fin. C. de iu. codi. l. nec ei. §. præterea. ff. de adopt. l. ij. §. sed vtrum. ff. de iniur. & est verior opinio, vt per Riminal. in l. si. C. de pac. & hoc saltem respectu legitimæ, in qua habentur pro creditoribus, vt per modern. in l. filiusfamil. §. diui. ff. de legat. j. vnde videretur satis agi indistinctè de præiudicio suo, ne minuatur legitima. d. §. præterea. Nec obstat, si diceretur, quod est eis consultum in pretio, vt in eo possint habere legitimam: quia respondeo, quod nisi constaret de vera numeratione, sola confessio matris non præiudicaret, vt latè per Ias. in l. si arrogator. ff. de adopt. & in l. j. ff. de eo per quem fa. crit. Præterea si accidat, quod mulier dissiperet pretium, apparet manifestum præiudiciū filiorum, qui cum prius securi essent in fundo dotali, & sic in re quæ sui natura non poterat alienari, amplius securi non sunt. Facit etiam in argum. l. qui tutor. C. de administr. tuto. & l. prædia. C. de præd. minor. Vnde puto generaliter quoad filios, ex tali alienatione non fieri præiudiciū filiis: quod est de mente text. qui generaliter loquitur, & glossa. Tertius casus est, quando filij haberent ius in tali fundo principaliter: puta, quia substituti essent ab auo per fideicommissum, vel alio modo. Casus non habet difficultatem. Subdit tamen Imol. quod hoc non procederet quoad legitimam debitam ipsi matri, in qua substitutio ab auo facta non extenditur. l. si. §. filia. vbi Bar. ff. de legat. ij. Sed quid, si mater, vt prodesset filiis suis aduersus emptorem, renuntiaret legitimæ? licet enim ipso iure de legitima onus deducatur, tamen procedit ita demum, si filius velit. l. scimus. vbi Bart. l. omni modo. C. de inoff. testamen. Sed puto quod vendendo videatur agnoscere legitimam, nec possit amplius nocere emptori, qui aliter deciperetur, per textum in l. si quis domum. §. penul. ff. loca. Bart. in l. gerit. vers. si verò non poterat facere, vt dominus. ff. de acquir. hæred. Alex. cons. xciiij. in ij. & quod not. Decius consil. lxxxj. in primo dubio. Tertio t̄ principaliter potest intelligi iste text. de præiudicio mariti: & quando fundus est ipsi traditus, non est dubium quod est dominus, & cõpetet sibi rei vendicatio aduersus emptorem. Sed pone uxorem promississe, quod daret talem fundum marito suo in dotem, deinde non dedit, sed vendidit cum iuramento & c. Puto quod maritus ratione sui interesse poterit dicere de nullitate. Nam prohibitio alienationis fundi dotalis non fit simpliciter propter uxorem, sed etiam propter fauorem mariti, vt dicit Bart. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. sequitur Alexan. consil. lxxxviiij. in ij. volu. Et videtur, quod hoc casu succurratur marito contra emptorem, per actionem in factum subsidiariam, ex quo contra eum aliud effectuale remedium non competit. l. sancimus. C. de sacrosanct. eccles. per glo. in §. fin. instit. de interdict. Bart. in l. j. ff. de condict. ex lege. Ias. in §. actionum. Instit. de act. Quo verò ad filios, Imol. dubitat hîc, & dicit videri quod mater ipsa possit conueniri, ex quo propter præiudiciū filiorum nihil operatur iuramentum. vnde cum actus sit nullus, potest quis contrauenire contra pactum proprium. c. cum laici. j. de iure patro. Bart. in l. post mortem. ff. de adopt. Abbas in c. nosti. §. de elect. Felin. in c. ij. de exceptio. Alex. consil. cxxij. discussis. in primo. Sed tamen non videtur hoc de mente textus, qui vult, quod cum possit mulier, debet iuramentum seruare: vnde verius est ipsam non esse admittendam, sed filios, quibus sicut in aliis alienationibus competeret querela, per quam cõtractus redimeretur. l. j. C. de inoffic. donatio. ita in ista alienatione petent declarari nullam, sicut §. vidimus, & est de mente Butrig. hîc in fin. Et idem dicendum est in creditoribus, siue agant hypothecaria, siue reuocatoria, tanquam si fundum mulier alienauerit in fraudem creditorum, alienasse videatur. §. item si quis in fraudem. Instit. de action. quæ reuocatoria faciet declarari actum ipso iure nullum, vt hîc per Imol. Non obstat ratio, quod quis possit venire contra actum suum, quando est nullus: quia istud procederet, si nullitas esset introducta fauore ipsius, vel publico. Sed in casu nostro iuramentum non annullatur fauore mulieris, sed tertij, vnde soli illi admittendi sunt. l. creditoribus. C. de ser. pignor. da. Et sic considerabimus, cuius fauore iuramentum non operetur, non autem simplicem cõtractum. quare videtur quod etiam possit intelligi quando statutum esset, quod mulieres etiam cum iuramento non alienarent fundum dotalem. Nam vt intelligamus statutum in casu licito, videtur facienda interpretatio, quod sicut alienatio erat prohibita solum in consequentiam fauore publico, statutum fauorem suum principaliter considerauerit, & annullat cõtractum tanquam in præiudiciū sui gestum. l. j. ff. soluto matrim. Est verum, quod mens scribentium est in contrarium, vt infra videbimus. Noto t̄ quintò aliquot casus, in quibus iuramentum non operatur effectum. Primus est, in præiudiciū tertij, concordat text. in c. quamuis. de pactis. in vj. & facit c. veniens. §. eod. Adde, quod licet iuramentum debeat seruari in forma specifica. c. ad nostram. j. §. eod. si tamen non agatur de præiudicio alicuius, potest adimpleri etiam fictè. vt est casus, quem ibi notat Abbas & declarat, in c. ex parte. ij. j. de cleric. non resid. Item Adde quod notat Bald. in c. veniens. §. eod. vbi si quis generaliter nemine acceptante nec in manu alicuius iuret aliquid, contrauenire poterit, quia non tendit in præiudiciū cuiusquam, ex quo per tale iuramentum nullum ius quæsitum est, quod est notatu dignum, & infra attingemus. Et facit, quia quælibet dispositio intelligitur sine præiudicio tertij. c. veniens. supra de transaction. & quod notat Baldus in l. si constante. ff. soluto matrimo. & Felin. in c. sicut. de senten. excommu. vbi neque Cardinali creditur in alicuius præiudiciū. Et intellige de præiudicio tertij principaliter, non autem secundariò, vt dicit gl. in d. c. quamuis. vnde cum hæc alienatio prohibeatur secundariò fauore reip. l. j. ff. solut. matrimo. eius tamen præiudiciū non considerabitur, aliàs iste textus nunquã procederet, & posuisset fallentiam, quæ euacuet totam regulam. Et adde

Et adde textum in l. iij. §. sed verū. vers. nec eo mouemur. ff. de minor. Et facit quod notat Gemin. in d. c. quamuis. vbi infert ad statutum quo cauetur, vt illi in quorum \* præiudicium actus vergit, citentur, vt 13 non debeant citari quorum secundo interest. de quo per Alex. in l. de vnoquoq. ff. de re iudi. & consil. clvj. incip. stantibus. in secundo. Secundus casus est, quando iuramentū non posset adimpleri sine dispendio salutis æternæ, vt hîc, & in d. c. quamuis. nam tunc non esset seruandum. Et iste casus comprehendit iuramentum contra bonos mores naturales, & etiam alioqui est valde generalis, de quo videbimus in discursu materiæ. Et procedit, etiam si de veniali peccato tantum ageretur, quia satis est quod vergat in peiorem exitum, vt est tex. xxij. q. iij. c. si aliquid. & videbimus in vlti. notab. Tertius casus est, quando aliqua causa noua superueniret: nam tunc licitum est cōtrauenire iuramento. c. cum inter. supra de renunt. c. ad nostram. §. eod. l. si. vbi moderni. ff. qui satisd. cogan. Quartus casus est in actu voluntario, in quo prætor non habet reddere ius: nam in tali casu licebit contrauenire, & actus tenebit, licet incurrat periurium. c. sicut. infra de spōsalib. c. mulieri. infra eod. Ioan. Andr. in regula, quod semel. de reg. iur. in vj. vbi tenet, quod quamuis aliquis iurauerit non reuocare testamentum, nihilominus poterit reuocare. Sequuntur Doct. in l. si quis. in prin. testam. ff. de leg. iij. Quintus casus est, quando aliquid immoderate præcipitur. c. quinquauallis. §. eod. Sextus casus est, quando ei qui iurauit, non seruatur fides, vt in c. seq. in fi. & in c. iij. supra eod. de quo per Ioan. Andr. & Imol. hîc in glo. Nota sextò, quod alienatio fundi dotalis propter iuramentum sustinetur, quæ aliàs iure communi esset nulla. c. licet mulieres. eod. tit. lib. vj. Limite t̄ hanc conclusionem, quando mulier prius iurasset non aliena- 14 re: nam secundum iuramentum deinde non tenebit, sed seruabitur primum, vt dicit glo. in d. c. licet mulieres. & videtur probari in c. intellecto. §. eod. Et facit ratio istius textus. nam aliàs mulier peccaret, vel veniret contra primum iuramentum: vnde actus inducens peccatum non debet habere tale priuilegium, vt contractum à lege prohibitum confirmet. & illam glo. sequuntur ibi Doct. & latè attingit Imol. hîc in nono membro principali, cum concord. in l. duobus. §. fin. ff. eod. & moder. in l. pacta nouissima. C. de pactis. Aduertendum tamen est, quia text. in d. c. intellecto. non probat hanc conclusionem, ex quo loquitur, quando primum iuramentum respiciebat publicam vtilitatem principaliter, videlicet ne fierent alienationes in præiudicium rei. Sed casus noster est, quando iuramentum principaliter respicit priuatam vtilitatem: & ideo facilius deberet tolli. Sed quia ratio videtur in vtroque casu militare, non est recedendum à communi opinione. Habet tamen hæc conclusio tres notabiles restrictio- nes. Prima est, vt habeat locum in terminis nostris, videlicet quando in iuramento adest consensus dispositio iuris communis: aliàs si prius iuramentum sit contra ius commune, valebit actus factus contra eum. c. dilecto. de præb. c. sicut. §. de spons. gl. in c. fi. in verb. reuocamus. de procur. in vj. Io. Andr. in d. regula, quod semel. Bart. in l. omnes populi. in iij. q. princip. ff. de iust. & iur. vers. circa tertium. & ita declarat Io. de Imol. hîc, & in l. cum vir. ff. de vsuca. & Alex. consil. lx. ponderatis. in iij. Quam restrictionem sic declara, quando mulier alienat fundum cum iuramento, clarum est, quod alienatio de se non teneret, propter prohibitionem legis: sed quia accessit iuramentum, iste tex. eam cōfirmat: tenet ergo contractus ille, propter vim iuramenti: sed si prius contrariū iuratum fuerit, istud secundum iuramentū of- fuscatur & eliditur à primo: vnde remanemus in terminis iuris, & sic vt contractus sequens non teneat, ex quo consequens est, quod si aliquis iurat non contrahere contractū à lege permissum, deinde cōtra- hat, contractus resoluitur ad terminos iuris, & sic tenet, licet ille incidat in periurium. & ita procedunt notata in d. c. dilecto. & c. sicut. cum simil. Secunda restrictio est, & ponitur per Bal. in l. duobus. §. fin. ff. eod. & in c. veniens. in fin. §. eod. vt non procedat quando primum iuramentum non fuit præstitum alteri, sed sibi ipsi: nam tunc seruabitur secundum, ex quo per primum nemini fuit quæsitum ius. argu. l. si repetendi. C. de condic. ob cau. & l. filiusfamil. §. diui. ff. de legat. j. sequitur Alex. in d. consil. xvj. Sed idem Alex. in d. l. duobus. §. si. dubitat de hoc dicto: quia gl. in d. c. licet mulieres. fundat se illa ratione: quia primum iuramentū est licitum, sequens illicitum, ergo primū debet attendi. facit c. tua nos. §. eod. Confirmo hanc opinionem: nam iuramentū etiam sibi ipsi factū principaliter, videtur directū Deo. c. debi- tores. §. eod. & per Bart. in l. si quis pro eo. per illū text. ff. de fideiuss. vnde debet posse acceptari quan- docunque à quolibet absente cuius inter sit. glo. in c. quoties. j. q. vij. per Felin. in c. si cautio. de fide instr. vnde posset fortè procedere opinio Bald. quando nemo esset cuius interesset, præter ipsam mulierem. Tertia restrictio est valde notabilis: quando ille in quē facta est alienatio, ignorabat de priore iura- mento contrario: nam nō videtur illud primum mulierem obligasse in præiudiciū tertij probabiliter ignorantis. arg. istius tex. & c. veniens. de transact. & l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. Et ita tenet Ioan. de Imol. in l. cum vir. ff. de vsucap. Io. Fab. in §. j. quibus alie. non licet. Alex. in d. consil. Sed aduerte, quia contraria opinio videtur verior: nam si consideremus rationē istius text. alienatio t̄ cum iuramento te- 15 net, non fauore ipsius in quem alienatur, sed quia iuramentum sine peccato seruari potest: vnde si non posset, cessat ratio istius text. Hæc ignorantia contra hentis consideratur in hoc cōtractu, cuius naturæ lex resistit. l. quemadmodū. C. de agric. & cens. lib. xj. vnde sibi imputet emptor, quod diligenter nō per- quisuerit, an secundū iuramentū esset tale, quod sine peccato seruari posset, an verò aliud præcessisset. & istud mihi videtur verius, & sentit Imol. hîc. Bene fateor, q̄ si mulier illud primū iuramentū præstitisset animo circumueniēdi emptorē, tunc esset secūs: quia tali casu diceretur peccasse in primo iuramen- to, quod dolose fecit, vt aliū deciperet. Et in isto casu procedit prædicta restrictio: in dubio autem dolus non præ-

non præsumitur, sed ex coniecturis prudens iudex eum deprehendet. l. dolum. C. de dolo. Nota vl- timò differentiam inter ius canonicum & ciuile. Nam de iure ciuili alienatio fundi dotalis, quamuis iu- ramento vallata, non valet: quia iuramentum contra legem eo iure est inefficax. l. non dubium. C. de legi. quod §. declarabitur. & hoc tenet glo. in authent. si qua mulier. C. ad Velleia. Sed in foro ciuili ho- die seruabitur ius canonicum. dicto c. licet mulieres. eod. tit. in vj. Et ratio est, quia in materia iuramen- ti, semper ius canonicum attendimus. Et hinc infert Io. de Imol. hîc, vbi inter se iura discrepant, quid obseruandum sit. In quo articulo regula est, quod in suo foro quodlibet seruatur, vt est gl. in c. ij. de arbi. 16 in vj. Fallit t̄ primò in terris subditis temporaliter Romano pontifici, quia in illis seruatur semper ius canonicum. c. si duobus. §. si. §. de appel. vbi omnes notant. & ideo in eis appellabitur ab interlocuto- ria. c. super eo. de appel. l. ij. ff. de appel. recipien. Non habebit locū instantia principalis, de qua in l. pro- perandum. C. de iudi. & habetur in c. pen. §. de iudi. nec poterūt subditi condere statuta aduersus ciuita- tem, secundum opinionē Abb. de qua in d. c. si duobus. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ. §. de constit. Sed aduerte, quia istud procederet, nisi esset aliter expressum fœderibus, quæ ciuitas cū pontifice haberet. l. non dubito. ff. de capti. & postli. reuer. l. j. ff. de pact. Item, nisi ciuitas esset à pōtifice acquisita: nam tunc transit cum legibus quibus prius regebatur, vt per Bar. in l. si cōuenit. §. nuda. ff. de pigno. actio. Alex. consil. clj. in ij. vol. Andr. Sicul. consil. iij. in j. volum. Felin. in c. translato. de constit. Fallit secundo in materia spiritali, quia tunc in foro ciuili etiam ius canonicum attendimus, vt in d. c. licet. & habetur in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccle. Et ideo vbi agitur de peccato, semper illud ius attendimus, vt est re- gula, possessor. de reg. iur. in vj. quia intelligitur, etiam si de peccato veniali tantum agatur secundum Imol. in c. si. post. Butr. §. de præscrip. vbi adducit simile de iuramento, quod non solum ligat quando nu- trit peccatum mortale, sed etiam quando veniale: quia satis est quod in deteriorem exitum animæ con- uerti possit. xxij. quæst. iij. c. si aliquid. glo. & Doct. in d. c. quamuis. de pact. in vj. Butr. & Imol. in c. si ve- rō. supra eod. & supra tetigimus. Sed quicquid sit de hoc dubio simili, prædicta conclusio est dubia, vt per Alexandr. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. matrim. de quo dixi in Paradoxis lib. v. cap. iij. Hæc inferebat Iacob. Butrig. in quadam disputatione, quam ponit Ioan. Andr. in addit. Specul. tit. de success. ab testa. §. j. versic. & quia de gradibus. quod statutum imponens pœnam contra hentibus nuptias in quarto gra- du, intelligitur de gradu secundum ius canonicum, non autem secundum ius ciuile: quia tale statu- tum cū sequitur de causa spiritali, id est, matrimonij, deberet declarari secundum Canones, non autem secundum ius ciuile. sequitur Alexander in l. si auia. in fin. C. de success. edict. per quam decisio- nem consuluit Decius consilio clvij. quod authent. incestas. C. de incest. nuptia. habebit locum quoad pœnas in ea positas, etiam in eo qui contrahit incestas nuptias, secundum ius canonicum, licet secun- dum ius ciuile non sint incestæ, vt etiam tenuerunt Cardinal. Abbas & Præposit. in cap. & si necesse. circa finem. infra de donation. inter virum & vxor. Signor. de Homod. consil. xxx. incip. factum. Sed tamen contrarium mihi videtur verius, & per hoc tenuit Anchara. consil. cccxcij. in primo. Cald. con- vlt. de confang. & affin. Gemin. consil. lxxj. incip. Titius. Nec obstat prædicta decisio: quia statutum loquens de matrimonio, bene potuit habere respectum ad ius canonicum, quod vigeat ante statu- tum: sed dicta authentic. incestas. non, quia tempore illius authen. non erat adhuc conditum ius cano- nicum, vnde Imperator non potuit habere respectum ad canones: imò tunc vendicabat sibi iurisdic- tionem, etiam super spiritalibus, vt patet in tit. de sacrosanct. eccle. & tit. de episcopis, & de hæret. cum similibus. Expeditis notabilibus, antè, quàm deueniamus ad gloss. Abbas format oppositum 17 contra literam. Nam t̄ respectu donationis propter nuptias, videtur quod frustra quaratur de va- liditate iuramenti, quoad mulierem, cū soluto matrimonio, ipsa agere non possit: imò dominium rerum donatarum reuertitur ad virum. c. final. infra de donat. inter vir. & vxor. Soluit Abbas duo- bus modis. Primò, quia possumus intelligere textum, quando illa donatio perpetuò pertineret ad vxor- em, puta vigore pacti vel consuetudinis. quæ solutio in se est vera, sed diuinare videtur, & extrinse- cus præsupponit ista quæ sunt facti, nec præsumuntur. l. in bello. §. facta. ff. de captiuis. Secundò sol- uit, quod agebat hypothecaria, tanquam illæ res donatæ essent hypothecatæ pro dote. Et quia excipie- batur quod vendiderat, replicabat venditionem non valere. Ex qua solutione infertur, quod mulier consentiens marito alienanti rem donatam propter nuptias, non solum præiudicat sibi quoad domi- nium, quod quidem constante matrimonio ipsa habet, authen. donationem. C. de iure dot. sed etiam quoad hypothecam, quæ extincto dominio in ea re sibi orta fuisset, iuxta auth. siue à me. C. ad Velleia. & declarat Bal. in auth. præmissa. in secunda solutione. C. de donat. ante nup. Quod quidem dictum est valde notabile, & prima fronte videbatur oppositum, tum quia satis erat si iuramentum præiudicasset sibi quoad dominium quod ipsa in eis bonis donatis habebat. argum. l. mater. C. de rei ven. tum etiam quia iuramentum non debet trahi ad ius superueniens, sicut est hypotheca, quæ post solum matrimo- nium incipit oriri, vt videatur verior. facit c. ad nostram. j. §. eod. c. cum inter. §. de renunt. & videmus in simili: quia si filia renuntiat hæreditati paternæ cum iuramento, tale iuramentum non per hoc facit quod censeatur renuntiatum legitimæ. l. si quando. §. & generaliter. C. de inofficio. testamen. Arctinus in l. j. §. si quis ita. ff. de verbor. obligation. & ibi plura similia adduxi, per quæ probaui satis esse si iura- 18 mentum \* aliquid operetur, absque eo quod ampliet contractum. c. penult. §. eod. Paul. Castrenf. con- sil. cccxlij. in vltimis verbis. Confirmatur, quia si mulier iurauit non contrauenire contractui agen- do hypoth-



do hypothecaria, non viderur contrauenire: quia cōtractus tenet, licet possessor pignus liberare teneatur. l. fin. C. de iur. pignor. Sed tamen decisio Abbatis est verior, quia mulier consentiendo alienationi extinguit etiam ius suum, vt habetur in l. si fundum per fideicommissum. ff. de legat. j. Et licet hypotheca dominij superuenerit, tamen qui erat in spe certa tempore contractus, videtur de ea quoque actum, vt habetur in l. j. per Bartol. C. de pactis. Quod fortius procedit, si teneamus opinionem quorundam, qui dixerunt hypothecam durare etiam constante matrimonio, & concurrere cum dominio, de quo per Baldum in d. authent. præmissa. & in dicta auth. siue à me. per modern. in l. neque pignus. ff. de regu. iuris. & facit à supradicta l. vendicantem. ff. de euct. In gloss. magna formantur t̄ multa contraria, 19 in quibus apparet iuramentum non firmare contractus, quibus lex resistit, vt in l. si quis inquilinos. in fin. ff. de leg. j. in l. adigere. de iure patron. in l. non dubium. C. de legib. & soluit glo. tripliciter. Primò, quòd t̄ aliud est de iure ciuili, aliud de iure canonico: quòd canonicum est seruandum propter pericu- 20 lum animæ. Quæ solutio secundum Abbatem est in se vera, sed non omnino euacuat contrarium. Sed aduerte: quia, si lex ciuili reprobat iuramentum ex rationabili causa, videtur quòd non obseruando illud non peccet, ex quo lex quo ad remissionem iuramenti, habet vim apostolici, vt dicit gloss. in d. l. adigere. cum concord. per modern. in l. fina. ff. qui satisda. cog. Sed de hoc infra dicitur. Secunda solutio t̄ glo. est quòd iste tex. debeat intelligi, quando mulier non potest aliunde sibi cōsulare: nam tunc iuramentum non teneret. Quæ solutio secundum Doct. diuinat ad istum tex. & cōfunditur per d. c. licet mulieres. & d. c. quamuis. vbi dicitur, quòd omnino iuramentum debeat obseruari. Sustinendo hanc solutionem, posset dici quòd imò non diuinat, ex quo tex. excipit casum, quando alteri oriretur præiudicium. Sed quando mulier aliunde non habet dotem, oritur præiudicium iuri publico. l. j. ff. solu. matr. Et licet istud sit in consequentiam, tamen vbiunque fauor publicus veniens in consequentiam nō potest separari à priuato, iudicamus de eo tanquam principaliter de publico. l. pen. C. de pact. vbi Bart. ita declarat per l. de die. & l. Attilianus. de pactis dotalib. Et facit, quia lex Iul. est fundata super præsumptione quam habet in fragilitate muliebri: vnde licet textus conscientiæ nō curet præsumptionem legum, vt dicit Ioann. Andr. in c. qui fidem. de sponsal. & dixi in c. nouit. s. de iudi. tamen debet curare veritatem quando apparet, vt quia constat mulierem alibi non habere vnde nubat. Nec obstat c. licet. quia remittit se ad istum textum, & lex quæ procedit relatiuè ad aliam, recipit omnes modificationes, quas alia habet, vt per Bartolum in l. nihil. ff. de coniung. cum emancip. libe. in l. prætor. s. erit. ff. vi bon. rapr. Et quamuis in c. quamuis. sit dictio præcisa, tamen refertur ad terminos iuris. l. penult. vbi modern. C. de pact. Aret. in c. qualiter. ij. j. de accus. Et sic ista solutio teneri potest, quæ est valde rationabilis, licet communiter Doct. hinc eam non teneant. Tertia solutio est, t̄ quòd lex ciuili in casibus cōtrariis est 22 prohibitiua ex causa perpetua, sed in casu nostri text. non: quia donatio propter nuptias, consentiente muliere, iterum post biennium potest simpliciter alienari. d. authent. siue à me. Ideo non est irrationabile, quòd iuramentum operetur effectum secundi consensus & moræ tēporis. Sed ista solutio ab omnibus reprobat, quia non potest procedere quo ad exemplum de dote: in ea enim est perpetua causa prohibitionis, vt not. in d. authent. siue à me. & probatur in l. etiam. ff. de fund. dot. Item confutatur per tex. in d. c. significante. de pign. vbi quamuis sit perpetua causa prohibitionis, iuramentum tamen seruandū est. Et ista tamen solutione infertur, quòd iuramentum \* operatur vim geminati cōsensus: vnde sicut iura- 23 mentum geminarū parit actionem. l. j. s. debitum. ff. de consti. pec. ita pactum iuratum, vt dicit Mathef. not. suo xxxvj. de quo meminit Ro. in l. j. in prin. ff. de verb. obl. & Bart. in l. si quis pro eo. in vj. casu. ff. de fideiuss. & videbimus positum j. Quarta t̄ solutio ponitur hinc per Abb. considerantē quatuor casus 24 principales, & imitantem doctrinā Barr. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. qui posuit istos quatuor casus, deinde sex alios, quos etiam Abb. infra profequitur, licet cōfuse; & eosdem casus sequuntur Io. de Lign. Anto. de But. & Imol. hinc: & ideo nos etiam eum sequemur ampliando dicta Abb. per ordinē, & in locis suis. Primus t̄ casus est, quando prohibet aliquid propter bonos mores conseruandos, & tunc iura- 25 mentum in contrariū non cōfirmat actum, imò etiam iuramentū corrui, & est ipso iure nullū. c. non est obligatoriu. de reg. iur. in vj. Et ideo iuramentū tollens liberā voluntatē testandi, non valet. l. stipu. hoc modo. de verb. obl. Item pactū de hæreditate viuētis propter votum captandæ mortis. l. fi. C. de pact. Item pactū per quod libertas matrimonij tolleretur. l. Titia. ff. de verb. obl. in prin. c. gemma. de sponsal. Item pactū de re turpi, vel inhonesta. l. generaliter. & l. si plagij. in Pand. Flor. incipit si flagitij. ff. de verb. oblig. Addit gl. & Bar. in addit. in l. alia. s. eleganter. ff. sol. matr. quo maritus renuntiaret beneficio legis, vt possit in solidum ab vxore conueniri: est enim contra bonos mores, vt dicitur in illo text. Cuius argumento infertur, idem esse in pacto quo debitor se obligat ad carceres, & renuntiat cefsioni bonorum, vt tenet ibi Bartolus, & videtur magis communis opinio, tanquam istud sit contra naturalem libertatem hominū, ex quo obligare se ad carceres, est quædam species seruitutis. l. j. & ij. ff. de hom. lib. exhib. l. Titio centum. ff. de cond. & demon. Sed hoc vltimum exemplū ego non puto verū, nec text. in d. s. eleganter. probat hoc: quia loquitur inter illas personas, quæ iure naturali debent sibi mutuū amorem & reuerentiā: & in hoc etiā contrarium tenet hic Imo. & Alex. in d. s. eleganter. Sed dubiū est, quomodo intelligamus pactū esse cōtra bonos mores? Et Abb. hinc dicit intelligi de bonis moribus naturalibus, qui sunt immutabiles. Potes exemplificare secundum Baldum in l. pactum. quæstione xvij. C. de collat. quando quis pacifceretur non alere parentes, vel liberos, vt in c. cum quidam. s. eod. in fin. Idem in pacto

in pacto inducente delictum, vel per quod aliquis inuitaretur ad delinquendū. l. conuenire. ff. de pactis dotalib. Et ex hoc cōsequens est quòd si iuramentū sit cōtra bonos mores iuris artificio, quod tunc erit seruandum per iura canonica. ita procedit c. quamuis. de pactis. in vj. & melius text. in c. significante. de testib. & tradit Alex. consil. clvij. incip. viso instrumeto. in ij. nisi aliter per canones sit reprobatur, vt per Io. And. Hostien. & Imol. in c. quemadmodum. in glo. in verbo, vel oculos. s. e. Ioan. tamen de Imol. hinc videtur velle, quòd quando lex dicit aliquid etiam contra bonos mores, tamen nisi reperiatur idem esse dispositum iure canonico, quòd iuramentum contractum confirmat: & præcise infert ad l. stipulatio hoc modo. Sed mihi videtur satis quòd lex canonica approbet ciuilem, quādo eam non reprobatur, iuxta notata in c. j. de noui ope. nun. Non est ergo distinguendum inter legem ciuilem, & canonicam, sed an boni mores sint fundati super æquitate naturali, per viam causæ proximæ & immediatæ: quia secus esset si per causam remotam, vt apparet ex dicto c. significante. & tradit Abbas consil. xcvi. quædam. in ij. volu. & in hoc primo casu concludunt Doctores, quòd iuramentum est ipso iure nullum, ita quòd non est opus absolutione. d. c. non est obligatorium. & ita tradunt hinc omnes. Sed aduerte, quia in contrarium vrget tex. in d. c. cum quidam. in fi. s. eod. vbi qui iurauit non colloqui cum patre, nec illi subsidium ferre, debet petere absolutionem. Et intelligere ad cautelam, vel de absolutione facti, prout faciunt ibi Doct. non videtur realis intellectus, prout in simili dicit Abb. in c. ij. vers. xiiij. vers. item aduerte. s. de ordin. cognit. Secundò in contrarium facit, quia quando quis iurat nō reuocare iuramentum, tale iuramentum est contra bonos mores, secundum quos ambulatoria est hominis voluntas vsque ad mortem. d. l. stipulatio hoc modo. & tamen contraueniens dicitur periurus, & debet petere absolutionem: licet actus contrarius teneat, secundum Io. And. in reg. iur. quod semel. de reg. iur. in vj. & hæc opinio est verior, & communior, vt per Imol. hinc, & per Alexand. in d. l. stipulatio. qui quid dixerit Bar. in l. si quis in principio testamenti. s. de leg. ij. Tertiò facit, quia est contra bonos mores quòd matrimonia non sint libera. d. l. Titia. & tamen iuramentum de cōtrahendo matrimonio cum aliqua, nisi feruetur, reddit contrauenientem periurum, & opus est absolutoria. dicto c. sicut. & c. ex literis Syluani. j. de sponsal. Vnde ego putarem distinguendum: quia aut illi boni mores, contra quos interponitur iuramentum, sunt fundati ea ratione naturali, quòd aliter agens est in manifesto peccato, vt si quis iuraret hominem occidere vel aliter delinquere, & procedat communis conclusio, & iuramentum sit ipso iure nullum. dicto c. nō est. & xxij. quæstione iij. c. inter cetera. & c. si aliquid. j. in fi. Aut & secundò sunt fundati ea ratione, non quòd tunc contrafaciens peccet, sed quia dubitatur de futuro peccato, & tunc videtur quòd iuramentum teneat, licet absolutio præstanda sit. Cùm enim prohibitio sit propter præsumptum peccatum, quod de facili posset euenire, ista præsumptio in foro animæ quam seruamus in iuramento, non est attendenda: quia in foro conscientiæ non curamus \* præsumptiones, secundum 26 Ioan. Andr. in c. is qui fidem. de sponsalib. & ponunt modern. in c. nouit. s. de iudic. & ideo iuramentum ipso iure tenet. Sed quia etiam lex canonica approbat eas prohibitiones, per quas peccata quæ fieri possent, euitentur, concedenda est absolutio. & ita intelligo exemplum dictæ l. fina. C. de pact. & l. conuenire. ff. de pact. dot. Aut & tertiò, iuramentum non inducit peccatum manifestum, sed peccatum aliquo casu excusabile, & tunc absolutio petenda est. dict. c. cum quidam. in fi. Ille enim qui iurat non loqui cum patre, nec subsidium illi exhibere, non iurat rem omnino iure naturali enormem: quid enim si non indigeret? nec peccat mortaliter, ex quo potest esse aliquis casus seu causa, in qua ita iurans excusaretur, vt declarat Bal. post Archid. in c. fin. s. de pact. Nec obstat text. in c. inter cetera. quia ibi erant verba apertiora in malam partem. Aut, & quartò, boni mores non sunt fundati propter euitandum peccatum, sed propter aliam vtilitatem, & putarem requiri absolutionem, per nota. in l. stipulatio hoc modo. & ita intelligo etiam tex. in d. c. sicut. & in d. c. ex literis Syluani. Sed Imol. dicit hinc, quòd quāuis cōtra bonos mores sit, vt matrimonia nō sint libera: istud intelligitur respectu pœnæ additæ promissioni. d. l. Titia. & d. c. gēma. non autem simpliciter. Sed (quicquid dicat Imol.) opin. Bart. quæ sequitur Butr. hinc, est verior, per c. requisit. de sponsal. declarando vt ibi. Et ex s. dictis infertur, quod licet pactū Musicorum de eundo de nocte ad cantandum sub fenestra amasiarū, sit contra bonos mores, secundum moder. in l. pacta. s. meminisse. per illum tex. ff. de iureiur. tamen quia directè nō sonat in delictū, si iuramentum accesserit, debet peti absolutio: quod nota. In aliquib. tamē partibus ex cōsuetudine nō est contra 27 bonos mores. Secundus t̄ casus est, quādo lex prohibet aliquid propter fauorē publicum principaliter, & tūc actus nō firmatur iuramento. c. si diligēti. circa fi. s. de fo. cōp. l. ij. & l. quemadmodū. C. de agric. & censit. lib. xj. Et ratio est, quia ius canonicū remitti nō potest. l. ius publicū. ff. de pact. Et iuri quod pro se introductum est, quis renuntiare non potest. c. ad apostolicam. j. de regularib. secundum Abba. hinc & cum ista conclusione transeunt omnes in dicta l. si quis pro eo. & Io. de Ligna. Butr. & Abbas hinc. Cald. consilio ix. sub titu. de iureiur. & videtur indubitata conclusio. Solus Io. de Imol. hinc dicit, quòd cū in iuramento artēdatur ius canonicum, seu forum, licet lex ciuili prohibeat aliquid principaliter fauore publico, nō sequitur, quod lex canonica idē faciat. arg. notatorū per Ioan. And. & Host. in c. quemadmodū. in gl. s. eod. Vnde concludit, quòd imò iuramentū erit seruandū etiam hoc casu, dummodo non vergat 28 in dispendium salutis aternæ. Et hinc infert, quòd iuramentum \* per quod prorogatur instantia, valebit, licet fauore publico sit prohibitum. l. properandū. C. de iudi. Item iuramentū quod quis interponit in alienatione serui adscriptitij, licet talis cōtractus sit fauore publico prohibitus. l. ij. C. de agric. & cēsi. Item

Item in exemplo Barr. quando statutum fauore publico introduxit, quòd debēs frumentum liberetur, certam pecuniæ summam soluendo pro corbe. & sic de similibus. Sed ego non cenſeo recedendum à communi opin. quia ratio Doct. videtur concludens. Cùm t̄ enim aliquid ſit interdictum fauore publi- 29  
co, non eſt in poteſtate priuatorum illi derogare, etiam cum iuramento. nec lex canonica diſpoſitioni  
ciuili in hoc aduerſatur, imò conſentit, vt patet in hoc textu, dum negat iuramentum tenere in præiudicium tertij: vnde ſequitur vt non teneat in præiudicium iuris publici, quando illud eſt principaliter  
in conſideratione: & in tali caſu non requiri abſolutionem, firmat Abb. h̄c. Sed dubium eſt, quando di-  
catur lex principaliter prohibere in fauorem publicum. In quo dic, quòd quando agitur de commodi-  
tate pecuniaria, ſeu patrimoniali, in dubio videtur reſpicere fauorem priuatum, & in conſequentiam  
publicum. l. ij. in ſi. & ibi Bar. ff. ad municip. & idem ſentit Bar. in l. j. ff. ſol. ma. & facit l. iij. §. fi. de lib. leg.  
& ibi Bar. quam ad hoc ponderat Arer. conſ. ij. Fallit t̄ quando coniectura aliqua eſſet, quòd potiùs pu- 30  
blicam vtilitatem conſideraret, vt in ſtatutis concedentibus immunitatē forenſibus, qui venirent in ci-  
uitatem ad habitandum: non enim eſt veriſimile, voluiſſe ſtatuentes conſulere forenſibus, tanquam fo-  
renſibus & priuatis, ſed potiùs propter vtilitatem ciuitatis. & ita procedit quod nor. Alex. in l. j. ff. ſolur.  
matr. Fallit ſecundò, quando ſtatutum expreſſe diceret ſe facere propter vtilitatem publicam, vt in  
caſu ſtatuti cuius meminit Bart. in d. l. ſi quis pro eo. in quo erat præſatio, vt ciuitas abundaret ciuibus  
ſeu agricolis &c. Putarem tamen, quòd ſi iſte fauor publicus in veritate non ſubefſet, licet ſtatuentes  
ita dicerent, quòd eſſet ſeruandum iuramentum: aliàs eſſet aperta via ad reducendum iuramentum ad  
modicum effectum, quod an ſtatuentes facere poſſint, j. videbimus: & in iſto caſu procederet opin. Io.  
de Imol. Fallit tertio, quando lex quo ad vniuerſum principaliter reſpicit vtilitatem publicam, licet  
etiam particulariter poſſit, vt in caſu poſito per Bart. in l. ambitioſa. ff. de decret. ab ord. fa. veluti quan-  
do ſtatutum ſit ideò, vt rixæ, & iniuriæ ceſſent: nam licet inimicitia tendant principaliter ad damnum  
priuatorum, inſpecto ordine naturæ: inſpecto tamen iuris intellectu, videtur etiã principaliter pertine-  
re ad rem pub. Idem in quibusdam aliis exemplis ibi relatis: & in iſto caſu videtur etiam quòd iuramen-  
tum non confirmet: quia militat dicta ratio, ne præiudicetur iuri publico. Et ex hoc ſequitur, quòd in  
caſibus in quibus de vtilitate priuata principaliter tractatur, & in cōſequentiam de publica, poteſt lex  
interpretari ſuam vtilitatem principalem eſſe, & iuramentum in contrarium non teneret. Sed tamen  
in iſto caſu fortè eſt verior opinio Imolæ, quia in iuramento attendimus forum veritatis & cōſcientiæ,  
non autem interpretationem legis, vt per Io. Andr. in d. c. is qui fidem. Niſi dicas iuramentum tenere,  
ſed abſolutionem debere concedi, ex quo lex canonica non vult præiudicare tertio, vt ſuprà dixi, dum  
reſpondi ad l. penult. C. de pact. Tertius caſus t̄ eſt principalis, quando lex prohibet contractum fie- 31  
ri principaliter fauore priuato, licet in conſequentiam reſulter fauor publicus: & tunc iuramentum re-  
necbit, & firmabit contractū. & ita intelligitur hic text. & tex. in auth. ſacramēta pub. C. ſi aduerſ. v̄d. &  
c. quamuis. de pactis. in vj. & ita tenent communiter Doc. Ratio iſtius doctrinæ eſt ſecundum Abb. quia  
iuramentum quæritur principaliter Deo, & lex humana vel canonica non vult neque poteſt in fauo-  
rem priuatum impedire talem obligationem. c. debitores. §. eod. c. ad apoſtolicam. j. de regularib. c. qui  
poſt votum. eod. tit. lib. vj. Sed iſta ratio ita ſimpliciter intellecta non eſt vera: quia ea attendit, idem  
eſſet quando prohibitio fieret principaliter fauore publico: nam & tunc nō poteſt impediri obligatio  
quærenda Deo. Item non infert aliquid ad confirmationem cōtractus, vnde ſecundum hanc rationem  
ſatis eſſet ſeruare iuramentum, iuxta c. debitores. §. eod. licet contractus non conualidaretur, quod eſt  
contra communem opin. Vnde verior eſt ratio, quòd iuramentum confirmat contractum, dummodo  
non ſit in præiudicium tertij, vt in hoc text. vnde non cōfirmat quando eſt contra publicam vtilitatem  
principaliter, quia illi tanquam tertio præiudicaret. Sed quando eſt ſolùm fauor publicus in cōſequen-  
tiam, tunc lex canonica de eo non curat, cùm is cuius principaliter intereſt, renuntiauerit, & in conſe-  
quentiam non oriatur magnum præiudicium iuri publico. & ita eſt de mente glo. & Doc. in d. c. quāuis.  
& quod dixi ſuprà in v. nota. & quod tradit Abb. conſil. xcv. in ſecundo. Limitatur t̄ hæc conſuſio, 32  
vt procedat quando contractus eſt prohibitus, & lex verba prohibitionis concedit in rem: ſecùs ſi præ-  
ciſe reſiſtat perſonæ, ne contrahat: nam tunc ſi contraherent, peccarent, quia non obedirent legi: & om-  
nis anima quæ non paruerit principi ſuo, morte morietur. c. ij. §. de maior. & obed. Vnde iuramentum  
in actu inducente peccatum, non debet valere, prout in ſimili per gl. in dicto c. licet mulieres. de quo §.  
dixi in pen. notab. ita dicit eleganter Bart. in d. l. ſi quis pro eo. & in d. auth. ſacramēta. & auth. decerni-  
mus. C. de arbit. quem ſequitur Io. Cald. h̄c, & in conſil. ix. ſub hoc tit. & Anch. h̄c: & idem tenuit Butr.  
h̄c, licet mutauerit opin. ſecundum Imol. Idem tenuit Angel. in d. l. ſi quis pro eo. & in conſil. clx. incip.  
domina Catharina. & videtur ſequi Butr. in c. ij. de maior. & obed. & ibi Felin. in l. cùm aliqua declara-  
tio eſt. & idem etiam And. Sicul. conſil. xj. in j. vol. Decius in c. nam concupiſcentiam. de conſtit. & dicit  
Imol. h̄c, & Butri. & Alex. in d. auth. ſacramēta pub. quòd iſta opin. communiter approbatur per Le-  
giſtas, per prædictā opin. ſiue rationem. Contrarium diſputant latè Abb. & Ioan. de Imol. poſt anti-  
quos h̄c, & eſt cōmunis opin. concludens, ſecundū quam conſuluit diſſuſe Alex. vbi adducit x. funda-  
menta pro iſta parte in conſil. xxvij. in j. & in aliis locis relatis per Iaſ. in d. auth. ſacramēta. & ad ratio-  
nem Bart. reſpōdent Doct. variis modis. Primò reſpondet But. quòd quāuis verba ſint prohibitiua per-  
ſonæ, tamē ex quo principaliter actus tēdit in eius fauorē, lex videtur potiùs præcipere, cōſulendo ipſi:  
vnde

vnde contraueniens peccat. l. cùm pater. §. ij. ff. de leg. ij. cum ſimilib. Et hanc reſponſionem ſequuntur  
omnes h̄c, & Paul. de Caſtr. & moder. in d. auth. ſacramēta. & in d. l. ſi quis pro eo. & etiam Alex. in d.  
conſ. & eſt reſponſio canonizata à Doct. Sed mihi videtur valde abuſiua: quia ſi eſſet lex conſi-  
lij, etiam abſque iuramento poſſet illi renuntiare: vnde cùm videamus legem præciſe reſiſtere, ridicu-  
lum eſt dicere, quòd fecerit hoc conſulendo. & facit quod notat Bart. in l. legis metus. ff. de legib. Secun-  
dò reſpondet t̄ Abb. quòd non eſt verum quòd cōtraueniens tali caſu peccet: quia cùm lex illud intro-  
duxerit ad eius commodum, non videtur fuiſſe ſuæ intentionis eum illaqueare peccato. l. quod fauore.  
ff. de legib. Quæ ſolutio eadem ratione confunditur: quia non ſimpliciter lex hoc introduxit in com-  
modum iurantis, ſed etiam in commodum iuris publici, licet in conſequentiam: nec reliquit actum in  
arbitrio ipſius, quod ſatis oſtendit, ei præcipiendo. Nec ipſa lex prohibitiua eum illaqueat peccato, ſed  
lex diuina, quæ mandauit vnique ſubdito, vt pareret principi etiam ſeculari, vt dicunt Card. Butr.  
& cæteri in d. c. ij. Et ſic tolluntur multa verba, quæ h̄c effundit Ioan. de Imol. Tertio reſpondet Abb.  
quòd dato quòd contraueniens peccaret, non debet permitti vt contraueniat, quia iterū peccaret con-  
traueniendo ſacramento. c. etſi Chriſtus. §. eod. xxij. q. j. ca. monet. Quæ reſponſio confunditur per do-  
ct. in glo. in d. c. licet. allegatam, & per Bartol. Nec obſtat d. text. quia ibi iuramentum non contine-  
bat rem illicitam, licet facta eſſet modo illicito, videlicet per dæmones. Sed in caſu noſtro cōtinet rem  
illicitam, vnde non debet obſeruari, quia eius obſeruatio eſt prohibita à lege, & vltra prohibitionem  
legis adest peccatum, per quod effectus iuramenti offuſcatur, prout dixi §. in penul. notabi. Quarto re-  
ſpondet Ioan. de Imol. quòd contraueniens legi, ita demum peccat mortaliter, ſi ſit lex diuina vel pon-  
tificis, non autem ciuiliſ: quia illa non poteſt alligare animam alicuius. capi. decernimus. §. de iudicijs.  
& etiam requiritur quòd ſit tale præceptum, quod ſui natura obliget ad peccatum, vel quia quis in con-  
temptum non obediatur, vt idem tenet Imol. in d. ca. ij. vbi Felin. refert. Sed hæc reſponſio & ipſa non eſt  
bona, quia communis opinio eſt, quòd contraueniens prohibitioni legis etiam ciuiliſ, mortaliter pec-  
cat. d. cap. ij. & probatur in c. ſolita. eod. tit. & xj. q. iij. c. qui reſiſtit. & c. Iulianus. & ita dicunt Card. Abb.  
& cæteri in d. c. ij. & c. nam concupiſcentiam. de conſtit. & non poteſt negari, quin contraueniens dica-  
tur contemnere, quando lex præciſe eius perſonam prohibet. l. non dubium. C. de legib. l. quemadmo-  
dum. C. de agric. & cenſ. lib. xj. Quintò reſpondet Alex. in d. conſ. xxvij. quòd licet lex prohibeat perſo-  
nam, tamen talis prohibitio non trahitur ad caſum iuratum: quia non videtur de mente legis eſſe, vt  
comprehenderet talem caſum. argu. glo. in cap. cùm non deceat. in glo. fin. de elect. in vj. & quia lex ci-  
uiliſ non poteſt diſponere ſuper actu iurato, vt per Bart. in l. omnes populi. in iij. quæſt. princip. ff. de iu-  
ſtit. & iur. cum multis concordan. Sed etiam hoc non placet, quia ſtatutum generaliter prohibet perſo-  
nam ratione certi effectus, vnde videtur prohibita quælibet via, quia militat vt verba & ratio legis, iux-  
ta l. adigere. ff. de iure patron. & hoc eſt quod nor. Paul. de Leaz. & Domin. in d. c. cùm non deceat. vbi  
Papa reuocando ſtatuta, cenſetur etiam iurata reuocare, quia nō exigitur mentio modorum, per quos  
ſtatuta conualidentur: ſed ſatis eſt ex generalitate ſermonis ea quoque poſſe contineri: & ſatis fateor  
quòd ſtatuta non debent intelligi in caſu licito. arg. c. ad noſtram. ij. §. eodem. Sed in caſu noſtro non eſt  
ſtatutum quod annullat iuramentum, ſed lex canonica, imò potiùs diuina, quæ vult, quòd ſubditi obe-  
diant legi, aliàs peccent. d. c. ij. Et quòd \*iuramentum introducens peccatum non ſeruetur, eſt commu-  
nis opinio, ſecundum text. in c. intellectu. §. eod. & glo. in d. c. licet. & §. vidimus, quicquid tenuerit Abb.  
h̄c. Sextò reſpondet Corn. in repet. d. auth. ſacramēta. quòd quamuis lex prohibeat, & verbis vta-  
tur imperatiuis in perſonam, non tamen per hoc dicitur vim habere præcepti, ita quod contraueniens  
peccaret: niſi ſubiecta materia hoc ſuaderet. per text. in Clem. exiui de paradifo. ver. item quia præter.  
de verb. ſign. Sed reſponde quòd ſubiecta materia ſatis hoc importat, ex quo lex præciſe prohibet, non  
autem ſimpliciter conſulit: vnde contraueniens ſatis dicitur contemnere, vt §. oſtendi. Et ſic apparet,  
rationem Bar. veram eſſe, & eius fundamentum inconcuſſum. Non obſtant multa quæ in contrarium  
adducuntur, tanquam in effectum iſta videatur verbalis differentia: quia ſtatutum annullando vel pro-  
hibendo contractum, ſatis dicitur prohibere contrauentes. c. qui contra. de regu. iur. in vj. Nec videtur  
referre, an verba ad perſonam ſint directa, ſed ſatis eſt ad quem diſpoſitionis dirigatur effectus. l. cū pa-  
ter. §. donationis. ff. de leg. ij. facit l. j. C. de cupreſiſ. lib. xj. Nam ad hoc reſpondetur ex mente Butrig. &  
35 Imol. h̄c, quòd licet lex prohibens \* alienationem, videatur prohibere etiam perſonas cōtrahere quo  
ad finem nullitatis, ſecundum d. l. non dubium. non tamen intelligitur prohibere quoad finem, perſo-  
nam ipſam præciſe iuſſui alligando, vt contraueniens dicatur peccare, niſi verba ad eam expreſſe diri-  
gat. arg. notatorum in c. nam concupiſcentiam. de conſt. vbi an lex alliget peccato, conſideramus ver-  
ba, ſi dicatur præcipimus, vel ſancimus, & ſimilia. Sanè plus delinquit in ſpecie, qui perſonaliter prohi-  
bitus eſt. arg. auth. ſi quando. verſ. ſinautem dixerit. C. de conſti. pec. & l. j. ff. de lib. & poſth. & quia con-  
tumax aduerſus citationem generalem, non dicitur ita contemnere, ſicut qui ſpecialiter & in perſonā  
citatus eſt, vt per Inn. in c. humilis. de maio. & obe. Bal. in auth. ſi omnes. C. ſi vt ab hæred. in l. ſi in iij. q.  
C. de edic. diui Adr. tol. & quòd in ſimili dicitur in l. his verbis. §. j. ff. de hæred. in ſti. Sed tu hanc reſponſio-  
nem clariùs ex mente Bar. in l. cùm lex. ff. de fideiuſſ. declara: nam ibi apparet, quòd imo talis differen-  
tia non eſt verbalis: quia quando lex prohibet, dirigendo verba in perſonam, expreſſe eam alligat, vt  
faciat: ſed quando loquitur in rem, tunc reſiſtit tantummodo obligationi, vel actioni executionis con-  
tractus



tractus, non autem resistit personæ: unde merito in primo casu persona delinquit, non in secundo. Et licet in consequentiam videatur prohibita persona contrahere, tamen istud non arguit, quod lex ideo velit inobedienciæ crimine notare: quæ inobediencia personam respicit, non rem: & ideo argumenta Imol. & Doct. non stringunt contra Bar. dum adducunt, quod minor alienans facit contra præceptum legis. l. non solum. C. de prædi. minor. Item mulier fideiubens. l. j. ff. ad Velleian. Item maritus vendens rem dotalem. l. lex Julia. ff. de fund. dot. & tamen non dicitur quod tales contractus iuramento firmentur. Nam in istis casibus non resistit personæ, sed executioni contractus, sicut in Velleiano petitioni tantum, ut apparet ex verbis Senatusc. positus in l. ij. C. ad Velleia. & declarat Bar. in d. l. cum lex. cuius doctrina ibi est communiter approbata. Et licet aliquando legatur tales personas prohiberi à contractu prout in dictis iuribus, tamen intelligitur illa prohibitio respectu executionis, vel actionis: quia lex ideo deinde se declarat, non simpliciter seu principaliter respectu personæ. Et hoc modo tolluntur omnia, quæ possent adduci in contrarium, & apparet opinio Bar. defensata, quæ iudicio meo vera est. Non recedendo tamen à communibus, possunt considerari aliquot casus, in quibus saltem procederet etiam de mente Doct. Primus est, † quando lex dirigit verba in personas, & constat quod prohibitus in con- 36  
temptrum legis contraxit: nam tunc non potest negari quin peccet mortaliter, & ideo iuramentum non tenet. & est de mente Imol. hic. Sed ego teneo quod in dubio præsumatur contemnere: quia cum contrahat aduersus legem præcise contractui resistentem, dicitur in mala fide. l. quemadmodum. C. de agri. lib. xj. Quæ præsumptio etiam in materia iuramenti attenditur. xxij. q. iij. §. illicitum. Secundus casus est, quando lex ultra prohibitionem mandaret, quod contractus retractaretur: clarum enim est, quod tunc non retractando ex contumacia peccarent. & ita tenent Raph. Fulg. Pau. & Cor. in d. auth. sacramenta puberum. Ex quorum verbis satis apparet de mente Doct. esse, quod vbiunque peccatum induceretur, iuramentum non teneret: licet Abb. allegando c. et si Christus. hic velit contrarium: sed illi textui responde vt §. dixi. Tertius casus est, quando tale statutum esset confirmatum à Pontifice: nã tunc perinde est ac si summus Pontifex fecisset. l. j. §. omnia. C. de vet. iur. enucl. c. apostolicæ. in fi. de donat. per Alex. consil. lix. in j. & aliquid tangit Bald. hic. & ideo non est dubium, quod contraueniens dispositioni pontificali, peccat. & ita ex mente Imol. hic inferunt aliqui moder. Quartus casus est, quando statutum dirigit verba prohibentia ad contrahentem cum minore vel muliere: vt quia dicit, nullus audeat contrahere cum minore & c. nam cum tale præceptum non fiat fauore minoris vel mulieris, non potest dici quod censetur quoddam consilium: unde cessat ratio Butrij, & consequenter in tali casu procedet opinio Barto. & ita tenet Imol. hic. Contrarium tenet Pau. de Cast. in d. auth. sacramenta pub. per tex. in c. debitores. §. eo. & c. significante. de pig. & not. per eundem Bar. in d. l. si quis pro eo. in quarto membro principali, vbi quando contractus prohibetur in odium creditoris, iuramentum seruandum est. Sed responde, quod ille casus est valde differens à nostro. Nam hic prohibitio est mutua, licet verba dirigantur in personam creditoris: in illo solus creditor prohibetur, non debitor. Item in nostro casu prohibitio est in personam: quia lex resistit personæ, ne contrahat: non enim in illo casu verba prohibitionis erant, Mutuum date, nihil inde sperantes: in quo casu quis peccat non simpliciter, quia contraueniat legi: sed ex natura actus, quæ est, vt sit prohibitus ex parte mutuantis tantum. Quintus casus est, quando ultra prohibitionem statutum mouetur ex aliqua æquitate naturali, & rationabili causa: tunc enim sine dubio contraueniens peccaret: unde iuramentum non esset seruandum. ita dicit se saluare Bar. And. Sic. conf. xxj. in j. vol. quæ saluatio in effectu generaliter sustinet Barr. quia est causa valde rationabilis, quod mulieres & minores nõ illaqueentur iuramentis: & multi sunt damnati propter illam 37  
auth. sacramenta. vbi dicunt ibi Cin. & Bal. Succesiue † dubitat Abb. an in isto casu principali, iuramentum firmet contractum: & refert opinionem, & tandem concludit cum Bart. in d. l. si quis pro eo. quod sic. Primò per tex. in c. quamuis. de pac. in vj. vbi probatur quod pactum seruandum est: & sic non simpliciter de iuramento dicitur. Secundò per auth. sacramenta. in verbo, inuiolabiliter. & quia iuramentum extraiudiciale de iure ciuili non producit actionem. d. l. si quis pro eo. unde cum ibi oriatur actio, sequitur quod oriatur ex contractu: ergo contractus tenet. Tertio, quia iura dicunt iuramentum esse seruandum, vt in isto tex. sed nisi contractus teneret, posset solum repeti. c. debitores. §. e. & sic in effectu non seruaretur: alioqui vana esset dispositio istius tex. & videretur lex imposita verbis magis quam rebus, contra l. ij. C. com. dele. Et cum ista opi. transeunt Card. Abb. Imo. Anch. hic, & Fede. conf. cclxxij. & est cõmunis conclusio etiam apud Legistas, in d. auth. sacramenta pub. Contrariã opi. tenent Raph. Com. in d. l. si quis pro eo. Io. Fab. inst. quib. alie. non licet. in prin. Porcus in §. extranei. insti. de hæ. quæ ab intest. defe. Io. de Lig. & Bur. hic, Ias. in d. auth. sacramenta. Et pro eis videtur hoc fundamentum vr gere. Nam clarum est, quod si iuramentum non interueniat, contractus est ipso iure nullus: sed quando interuenit simpliciter, iura dicunt iuramentum esse seruandum: & sic solum disponunt de iuramento, non autem de contractu, vt apparet in isto tex. & in d. auth. sacramenta. Secundò, cum non reperiatur præcise confirmare contractus, debemus stare iuri antiquo: & hoc tenendo facile esset respondere con- 38  
trariis rationib. Non obft. d. c. quamuis. quia † dum dicitur esse seruandum, debemus facere relationem ad iuramentum, non autem ad pactum, vt relatio fiat ad proximiora, secundum no. in l. si idem. ff. de iurisdic. om. iud. In fine tamen, quia sequens ratio dicti tex. subdit, cum non vergat in dispendium salutis æternæ: hoc suadet argumentum c. & tex. subsequenti, quæ declarant præcedentia. l. si seruus plurium. de leg. j.

de leg. j. Nec obft. d. authen. sacramenta. in verbo, inuiolabiliter. quia solum loquitur de seruando iuramento. Et ratio Abb. non concludit, dum dicit iure ciuili non oriri actionem ex iuramento: quia istud non videtur procedere de iure ciuili nouissimè factò ab ipso Federico, de quo in d. authent. & Areti. in iij. notab. Item cum contractus licet nullus, inducat consensum. l. si. ff. de reb. eo. & iuramentum illi accedens inducat aliud consensum, non est inconueniens ex tali geminato consensu oriri actionem, prout §. diximus in glos. Et dum Doct. dicunt, ex iuramento extraiudicali non oriri actionem, loquuntur quando quis diceret, iuro me tibi daturum centum: vt per Bar. in d. l. si quis pro eo. Secus si quis promitteret, & promissioni adderet iuramentum. Non obft. quod hoc modo iuramentum non seruaretur, & lex imposita verbis esset: quia ista obiectio tollitur per text. in d. c. debitores. & d. c. significante. & satis est si iuramentum seruatur rationibus sic stantibus: secus si superueniat absolutio: non enim trahitur ad casum superuenientem. c. quemadmodum. §. eo. l. si. ff. qui satisfda. cog. Et sic disputando, hæc opinio posset optimè defendi. Et si dicas, quæ utilitas est istius quæstionis? Respondeo, quod ex hac resultant 39  
plures effectus. Primus est, † quia vbi mulier obseruauerit cõtractum, & sic adimpleuerit iuramentum, poterit repetere fundum ab emptore, apud quem fundus esset sine valida causa: quod facere nõ posset, si contractus firmaretur. Sed iste effectus, licet Doc. non aduertant, est impossibilis in terminis istorum iurium, in quibus quis iurat non contrauenire: quod quidem iuramentum cum respiciat futurum, nunquam habet implementum: unde si ageret, semper posset sibi opponi de periurio, quod non est in casu 40  
d. c. debitores. in quo \* iuramentum per solutionem statim adimpletur, vt declarat Barto. in d. l. si quis pro eo. Secundus † effectus est probabilior: nam si contractus non confirmetur, poterit hæres mulieris contrauenire, cum iuramentum sit personale. c. veritatis. §. eod. Et idem in cessionario qui fit ex causa onerosa. l. apud Celsum. §. si cum legitima. de doli met. exce. Sed Anto. & Abb. in vtroque tenent oppositum in hæredem: quia tenetur hæres ad exonerationem conscientie defuncti. c. si de sepult. c. in literis. de rapt. in cessionario: quia ex iuramento surgit obligatio, licet non respectu periurij, tamen respectu obseruantie, quæ debet tenere quencunque habentem causam ab ipso iurante. arg. l. quod ipfis. ff. de reg. iur. Sed tu aduerte, quia istæ rationes Ant. non videntur veræ: quia licet hæres teneatur releuare conscientiam defuncti, tamen istud non potest intelligi ratione iuramenti, quod est personale, sed solum tenebitur ad restitutionem pretij accepti ab emptore, iuxta tex. in l. si prædium. & quod ibi not. Bal. C. de præd. min. ne locupletetur cum aliena iactura, & sic releuabit animam defuncti: aliàs attenda ista ratione, semper iuramentum obligaret hæredem, quod est contra not. in d. ca. veritatis. Quo verò ad cessionarium, dictum Burr. etiam non videtur verum, & confunditur secundum Imol. per regulam 42  
d. l. j. §. si hæres. ad Trebel. obligationes \* enim personales non sequuntur successorem particularem. & probatur in d. l. apud Celsum. §. de auctoris. vbi exceptio cõpetens cõtra principalem, regulariter non competit contra cessionarium ex causa onerosa, nisi sit cohæres actioni. Sed ista, si ex iuramento ponamus non firmari contractum, cohæret personæ, ergo debet posse opponi. fa. l. emptorem. C. loca. Tertius effectus est, † quia poterit ipsamet mulier, quæ consensit, petere absolutionem à iuramento. arg. c. j. §. eod. & ita firmauerunt multi Doc. quos j. referam. Sed in hoc contrariũ tenent Ant. & Abb. quia tunc conceditur absolutio, quando in odium creditoris contractus non tenet, vt quia creditor peccauit paciscendo de recipiendis vsuris. Sed in casu nostro nõ videtur quod emptor peccauerit. Sed contra hoc obstat quod no. Bar. in d. l. si quis. & in d. l. Seius. vbi potest filius fa. qui mutuum accepit cum iuramento, absolutionem petere, & tamen creditor non dicitur peccare, ex quo in illo casu lex nõ resistit personæ, sed petitioni tantum. l. j. ff. ad Mace. per Bar. in l. cum lex. ff. de fideiuf. Aliquid forsan dicemus in sequenti membro. Sed dubium est: dato quod iuramentum in casu nostro firmaret contractum, an si mulier ex causa legitima impetraret absolutionem, contractus remaneat validus? Et Ang. in d. conf. clx. quem refert hic Abb. dicit quod sic. Pro quo facit ratio: quia cum cõtractus habuerit suam firmitatem, licet cesset ex postfacto eum confirmans, non tamen debet corruere, regula l. factum legitime. in vj. & quod no. Bar. in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. & per istam rationem idem etiam tenet Abb. in c. j. §. e. Contrarium tenet Cald. & Bur. in c. debitores. §. eo. & Paul. de Leaz. in quodam consilio allegato hic per Abb. vbi dicunt 44  
requiri \* citationem partis, quando petitur huiusmodi absolutio, ex quo per eam læditur pars, quia contractus remanet rescissus. Et idem etiã tenet Fel. in d. c. j. & in effectu videtur residere Abb. hic: quia inutilis esset huiusmodi absolutio, si contractus remaneret validus & irreuocabilis, quod est contra c. si verò. §. eo. Potes distinguere: aut enim loquimur de absolutione quæ inducit solum habilitatem agendi, & per eam contractus non rescinditur, & ideo pars non esset citanda, secundum Oldrad. consil. cxx. incip. ad duplicem. Anch. conf. xvij. in quæstione quæ vertitur. & est communis opin. in d. c. j. & ita intelligitur prima opinio. Aut loquimur de plenaria absolutione, & tunc procedit alia opinio, quæ videtur magis cõmunis. Non enim debet iudex hanc absolutionem concedere, nisi sibi constet contractum non esse seruandum: aliàs esset in potestate iudicis ecclesiastici, tollere obligationem temporalem semel alicui acquisitam, quod est inconueniens, vt etiam dicit Cor. in d. auth. sacramenta. in antepenul. char. Nec obft. quod not. Pau. consil. cclix. circa primum. in secundo volumi. vbi illa prior relaxatio iuramenti ad effectum & finem agendi, intelligitur etiam ad finem perficiendi. ita, quod vbi probatum erit non esse necessariam aliam absolutionem. arg. c. per tuas. j. de sen. ex com. & l. ij. §. si sub conditione. ff. de bo. pos. secun. tab. & sic in effectu habitatio operatur resolutionem contractus. Sed responde, quod illud

non est in vim absolutionis simpliciter, sed propter vim causæ rescindentis, quæ coram iudice probata fuerit: vbi enim contractus firmatur iuramento, non est opus absolutione, prout declarat Paulus in dicto loco: quamuis etiam dici possit, quod imò requiritur alia absolutio, vt voluit Bal. in l. hæc scriptura. ff. de cond. & demonitr. & alij relati per Fel. in d. c. debitores. Quartus & vltimus effectus refertur hic per Imo. nam si fundus dotalis peruenisset ad extraneum non habentem causam ab emptore, si contractus non esset iuramento firmatus, posset mulier ab eo vendicare: nec obstat sibi exceptio iuramenti, ex quo respectu tertij nihil iuravit, & ita tenuit Io. Fab. in l. quib. alie. licet vel non. in prin. argu. l. si quis emptionis. C. de præscr. xxx. an. & l. loci corpus. §. competit. ff. si ser. vendi. & quod habetur in l. ait prætor. §. si. cum l. seq. ff. eod. & per Bart. in l. ij. ff. de excep. rei iud. His sic declaratis, ne de istis effectibus frustra disputatum esse videatur, sciendum est, quod fortè, quicquid dixerit Abb. illa opinio quod contractus confirmetur, in practica ita de facili non obtineret: quia vltra autoritates supra relatas in contrarium, reperio quod idem tenet Vincen. antiquus Doe. cum quo videtur transire Io. And. hic, & per Ancha. in repet. c. canonum statuta. in xj. char. vbi firmat, quod imò à tali iuramento omnino erit concedenda plena absolutio. Quod non procederet, si iuramentum firmaret contractum. & istud est magis de mente Fed. de Senis in d. conf. cclxxij. & eandem sententiam firmavit Paul. de Leaz. in d. c. licet. eod. titu. in vj. quem referunt Archid. & Dom. qui licet ambiguè loquantur, videntur tamen in effectu sentiri pro hac parte. Nec autoritates Doct. in d. c. quamuis. obstant: quia ibi actus non erat prohibitus, neque in consequentiâ fauore publico, prout in casu nostro: quod enim mulier sit indotata, in consequentiam est damnum publicum. d. l. j. ff. solu. matri. Sed cum pro re modica renuntietur magnæ hæreditati, nihil interest reipublicæ, cum omnino illa hæreditas remaneat in subditis. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. hære. per quem tex. declaratur tex. in §. si. vbi gl. in verbo, vtatur. in l. de his qui sunt sui vel alie. iur. Sed dato quod dicta opinio esset communis, aduertendæ sunt aliquæ limitationes, in quibus clarum est in terminis nostris, quod iuramentum non firmat contractum. Primò non procedit, quando vltra probationem legis subesset etiam aliud impedimentum: vt quia mulier consentiens alienationi fundi dotalis, esset minor: nam tunc videtur quod contractus non teneret, propter concursum vtriusque impedimenti, per id quod voluit Bar. in d. auth. sacramenta. & in l. ij. C. de rescind. vend. & quod in simili notat Bald. in c. j. §. item sacramenta. vers. sed pone adultis. de pace iura. firm. & quædam supra tetigit: & in l. j. §. si quis ita. de verb. oblig. Et facit, quia vna dispositio, confirmando alteram, non debet intelligi quando interueniret duplex defectus, vt per Bal. in l. j. C. de furtis. vbi clausula, Non obstante, non iuuat quando obstant plures defectus. Item iste text. venit ad correctionem iuris communis, vnde consequenter debet intelligi in terminis, in quibus ius ciuile lequebatur, vt per Barto. in l. nihil. ff. de coniungen. cum emancip. liber. Ius autem ciuile prohibebat maiores, quia alia ratione minores erant prohibiti. l. j. ff. de rebus eorum. Possunt tamen verba iuramenti esse tam generalia, vt fortè aliud esset dicendum, per id quod not. Ioann. Andr. in d. c. quamuis. & Paul. de Cast. in repetitio. d. authent. sacramenta. Dicemus aliquid infra, post Abbatem. Secundò limitatur per Butri. hic, quando ex parte emptoris versaretur turpitudine, quia sciret vendentem verisimiliter dissipaturum pretium. arg. d. c. debitores. sequitur Imol. hic, & est etiam de mente Abb. hic, vers. nonus casus. Et ideo si quis emeret ab adolescente luxurioso vel prodigo, quamuis interueniret iuramentum, non tamen firmaretur contractus: quia lex odio prosequitur eos, qui à talibus emunt. l. si quis cum sciret. ff. pro emptore. l. si verò non remunerandi. §. adolescens. ff. manda. l. ij. ff. quarum rerum actio non da. & hoc etiam sequitur Corn. in d. authent. sacramenta. in xij. quæst. Et idem inferunt Doct. in eo, qui dat pecuniam præparato vel corrupto in ludo notoriè. Et licet Imol. hic pangat in contrarium, vt non procedant nisi in casibus in quibus contrahens cum similibus personis, ipso iure nulliter contrahat, de quibus in d. l. si quis cum. tamen Anton. & Abb. generaliter loquuntur, & vt puto, melius: quia satis est quod lex cõtrahentem odio prosequatur: & quæ singula \* non profunt, collecta iuuant. l. spadonem. §. qui iura. ff. de excus. tut. Tertiò limitatur, quando prius factus esset contractus, & deinde ex interuallo iuramentum interuenisset. Nam cum contractus sit ipso iure nullus, si deinde iuramentum interueniat, non cõfirmat: quia quod nullum est, confirmari non potest. l. quod innoxio. ff. de reg. iur. & in terminis tenuit Pau. de Cast. in d. auth. sacramenta. Contrarium voluit ibi Cor. in pe. char. & est de mente Abb. consil. lxxij. in j. Et mouetur Cor. quia illa auth. procedit etiam quando iuramentum interuenit ante vel post contractum, vt dicit ibi glo. & hoc in verbo, super. & tamen cõmunis conclusio est ibi, quod confirmetur contractus. Nec videtur isto modo distinguendum, ne idem verbum diuersimodè determinetur. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. Confirmit hanc opi. quia vbi causa confirmans superuenit, etiam actus qui aliàs erat nullus, confirmatur. l. qui fundum. ff. de ferui. rust. præd. & ibi Bar. Bald. & Ang. facit l. si rem alienam. §. si. ff. de pig. act. l. si. C. si maior fact. & quod not. Din. in regula, non firmatur. de regu. iur. in vj. Et facit, quia iuramentum videtur inducere nouum consensum: vnde debet esse efficacior ista geminatio, dato quod ex interuallo interueniat, vt in simili in l. ad peremptorium. ff. de iud. & quæ notant Arer. & Alex. in l. j. in prin. ff. de verbo. obl. Et ita resideo, licet opinio Pauli possit disputatiuè sustineri. Quartò limitatur, quando statueret statutum, quod annullaret contractum & iuramentum interpositum: nam licet dubium sit, an statuentes potuerint hoc facere, vt infra videbimus, tamen non est dubium, quin possint facere vt contractus non confirmetur, ex quo validitas contractus non est à iure diuino, sed gētium vel ciuili. l. iuris gentium

gentium. ff. de pact. super quo statuentes habent plenam potestatem. & ita intelligo quod not. Feder. de Senis d. consil. cclxxij. quem refert & sequitur Ancha. in repet. c. canonum. de constitu. Et licet opinionem eius antè variauerit, tandem approbat Imol. hic, vers. sed illud potissimè. & etiam illud videtur voluisse l. c. de Belui. in disputat. incipien. lege Perusina. allegata hic per omnes scribentes. Et si intelligatur hæc opinio in istis terminis, est verissima, per istud dictum fundamentum. Nec obstat quod Butri. & Abb. non approbant hic dictum Fede. quia loquuntur quoad hunc tex. & de auth. sacramenta. quæ nimis difficilè euacuarentur, si posset concedi absolutio, & consequenter non confirmaretur. Sed stante statuto annullante etiam iuramentum satis apparet de mente statuentis esse, vt cõtractus per illud non confirmetur: & statuentes potuerunt hoc facere, quicquid tenuerit Alex. consil. lxx. in j. vbi videtur consulere contra Fede. ex quo in casu suo recipiens iuramentum, nesciebat se recipere contra dispositionem statuti: vt quia contrahens nesciebat eum cum quo contrahebat esse minorem: nam etiam in isto casu non puto opin. Alex. esse veram: ergo sibi imputet, qui diligenter non perquisiuit de conditione eius, cum quo contrahebat. l. qui cum odio. ff. de reg. iur. Et dato, quod tempore contractus nesciret, tamen lex est semper certa, & ipsa est quæ annullat. l. cum quidam. §. ij. & §. si. ff. de acquir. hære. & habetur per Soci. & moder. in rub. ff. de reb. dub. Et istam limitationem approbat Paul. de Cast. in rep. d. authent. sacramenta. & dicit ibi Corn. vers. fallit tertio. quod secundum hanc declarationem possunt saluari opinionones tenentium, quod statutum habeat vim apostolici: & licet ipse arguat in contrariu, magis tamen inclinatur in hanc partem, quæ est securior pro iudice in syndicatu, prout ipse dicit. & satis hoc vult Io. de Imo. dum dicit in isto casu non esse aliquo modo prouisum in foro ciuili. Nec tex. in d. c. licet. aliquid obstat: quia in illo casu iuramentum firmabat contractum, vnde ratione contractus firmati poterat in foro ciuili agi: quod non est in casu nostro. & facit quod dicam in sequenti articulo. Cõsequenter ergo inferitur, quod statutum \* possit irritare iuramentum: verbi gratia, statutum requirit in aliquo contractu certam solennitatem, & sine ea vult quod actus sit nullus, etiam si iuratus esset. Et de iure ciuili casus non habet difficultatem, quia secundum illud ius lex habet vim apostolici, vt dicit gl. per illum tex. in l. adigere. in fi. ff. de iure patr. & habetur in l. si. ff. qui satisd. cog. & sequutus est Bald. in variis locis relatis per mod. in d. l. fin. Sed dubium est de iure canonico, quod ius in hac materia attenditur. Et difficultatem facit, quia de hoc iure potest pars remittere iuramentum. c. j. §. eod. ergo etiam statutum: quia quicquid \* potest fieri per pactum, potest etiam fieri per statutum. l. si. in fi. vbi Bal. C. de fideiussor. glo. in rubr. C. de decre. decurio. lib. x. Sed tamen in contrarium est communis opin. quia iuramentum redditur Deo. c. debitores. §. eo. & statutum non potest auferre obligationem Deo quæ sita. Item quia iuramentum est quid spirituale, vnde non spectat ad iurisdictionem laicorum aliquid de eo disponere, vt per Io. And. in c. tua nobis. j. de deci. & probatur in isto text. Non obstat prædicta ratio, quia in rebus spiritualibus non procedit gl. in d. rub. in iuramento enim attenditur veritas, non autem dispositio legis. Item quoties aliquid introducit fauore alicuius, plus potest eius \* remissio, quàm statutum. Istud probatur quatuor similibus. Primò, statutum non potest generaliter prohibere appellationem, & si prohibeat, est inualidum. c. venientes. §. eo. & tamen pars potest renuntiare appellationi per pactum, & generaliter quo ad se tenet. l. j. §. j. ff. à quib. appel. non licet. l. si. §. fi. C. de temp. appell. Secundò, lex non potest statuere vt credatur dicto vnus in præiudicium alterius. c. indicas. iij. q. ix. per Abb. & mod. in c. nuper. §. de testi. & tamen valet pactum quod credatur dicto vnus in præiudicium alterius. l. Theopompus. §. de dot. præleg. & latè per mod. in l. j. §. fin. vbi dixi. ff. de verb. obl. Tertiò non potest remitti per statutum iuramentum in teste, quia est de iure diuino, vt habetur Genes. cap. xxxv. iuncto c. sunt quidam. xxv. q. j. & tamen per partem potest. c. tuis. §. de testib. vt hic firmat Feli. & habetur in tract. de potest. eccles. q. lv. circa fi. & ad hoc faciunt quæ dixi in l. iij. §. Cato. in iij. q. Bar. ff. de ver. oblig. vbi probaui quod per pactum quo quis renuntiat omnibus exceptionibus, censetur etiam renuntiare exceptioni inhabilitatis personæ: & tamen statutum generale tollens omnes exceptiones, de ista non intelligitur in proposito: ergo apparet, quod si pars verè iuramentum non remittit, conueniens efficitur periurus, licet statutum remittat: vnde tanquam inducens peccatum, non debet valere. & istam partem tenet Ant. Abb. & Imol. hic, Pau. de Cast. Corn. & alij in d. auth. sacramenta pub. cum concord. per Ias. d. l. si. ff. qui satisd. cog. Alex. consil. lxx. in j. Recipit ista conclusio aliquam declarationem, de qua per Bart. in l. omnes populi. in ij. quæst. iij. q. principa. ff. de iustit. & iur. vt non procedat quando statutum indirectè de iuramento disponderet, vt quia non interueniente certa solennitate præsumeret dolum, vel metum, vel simulationem: potest enim lex ciuilis hoc facere. arg. l. si. §. de non nume. pec. & cum Bar. transcunt communiter Doct. in d. l. omnes populi. & idem tenet Flor. Butrig. Abb. & Imol. hic, & Paul. de Cast. in d. l. fina. & ibi Ias. allegat aliquos concord. facit quod notat Paul. de Cast. consil. lxx. notandum est. in ij. vol. vbi dicit, quod valet statutum disponens ne instrumento \* continenti iuramentum detur aliqua fides, nisi certa solennitas interuenierit: non enim disponitur super iuramento, sed super instrumento contractus, licet in consequentiam effectus iuramenti extinguatur, ex quo iuramento non probatur, quod est notabile. Intelligitur tamen ista declaratio, quando præsumptio ista esset fundata in aliqua verisimili causa, vt quia communiter minores in eo loco decipiuntur, & statutum per præsumptionem, quæ oritur à communiter accidentibus, ita induxit, secundum Abb. & Bur. hic: alioquin per indirectu statutum daret occasionem periuriis. Sed ista dicta habent aliquas difficultates. Prima est, aut requirimus, quod



præsumptio fraudis vel metus sit talis, quæ à iure approbata sit, vt est ea quæ prouenit à communiter  
accidentibus, & isto casu statutum nihil operaretur, quia etiam sine eo staretur tali præsumptioni. glo.  
l. neque natales. C. de probat. aut requirimus de alia præsumptione quæ non transferat onus probandi  
ex sui natura, sed sit leuior, sed tamen verisimilis, & tunc statutum multum operaretur. & ita videtur in-  
telligendus Bar. quod etiam apparet ex exemplo relato per Paul. de Castr. in d. auth. sacramenta. dum  
posuit exemplum in statuto dicente, quod vbi de facili posset haberi curator, si non esset adhibitus, quod  
contrahens cum minore præsumatur dolo eum induxisse: ista enim præsumptio doli circumscripto sta-  
tuto de iure communi non esset sufficiens. Puto itaque sufficere quancunque coniecturam habentem  
aliquem colorem, ad hoc vt statutum procedat. Secunda est, nunquid si statutum specialiter & præcisè  
non dicat quod præsumatur fraus, sed tantummodò generaliter annullat iuramentum, valeat, dato  
quod ratio statuti alia non sit quàm præsumptio fraudis. Et communis conclusio est, quod idem opera-  
tur ratio non expressa in statuto, quæ tamen sola potest assignari, ac si expressa esset, secundum glo. in  
l. quanuis. vbi Doct. C. de fideicom. & ideo videretur quod statuta annullantia contractus iuratos cum  
minorib. & similib. initos, debeant valere, tanquam habeant istam tacitam rationem, quod præsumat  
per fraudem celebratos. Et facit simile quod adducit hinc Abb. de contrahente cum eo cui bonis per iu-  
dicem fuit interdictum: quamuis enim iuramentum accedat, non tenet contractus, vt est communis  
opin. in l. is cui bonis. ff. de verb. obl. Et ratio est, quia iudex interdicens administrationem bonorum  
prodigo, videtur ex iusta causa præsumere fraudem cum eo contrahentium, vt hinc per Abb. cuius ver-  
ba non sunt restringenda, quando iudex præcisè in interdicto fecisset mentionem huius præsumptio-  
nis, seu assignasset similem rationem. & sic posset saluari opinio Bal. Sal. Raph. in d. auth. sacramenta.  
quam etiam sequitur Flor. hic, & Ancha. in repet. d. c. canonum. & in aliis locis, quos referunt hinc Doc.  
& etiam mod. in d. l. fin. Sed tamen ista saluatio non est de mente communi scribentium: vnde dic, quod  
quando statuta de directo tollunt iuramentum, nihil præsumendum est pro statutentibus, ex quo ver-  
ba de directo ostendunt quod voluerunt constituere super eo, in quo non habent facultatem. Sed quan-  
do per indirectum loquuntur, inducendo præsumptionem fraudis, vel metus, si coniectura sit verisimi-  
lis, pro statuentibus. præsumendum est, & statutum tenebit. Et per hoc tollitur argumentum quorundam  
tenentium contra Bar. quia si statuentes directe non possunt de iuramento disponere, \* neque per indi-  
rectum deberent posse. c. quanto. de priuil. Nam respondeo, quod cum præsumptio sit, quod statuentes  
fuerint viri probi, & honesti, præsumitur eos in casu licito constituisse, dato, quod directe non potuis-  
sent. c. nisi essent. vbi Abb. not. j. de præb. Et ideo infero ad statutum disponens auth. sacramenta pube-  
rum. C. si aduer. vendi. non vendicare sibi locum quod minus si minor sit læsus, restituatur in integrum,  
quod istud statutum de iure valeat, cum de directo non tollat iuramentum. Sed limitate, vt videlicet non  
habeat locum quantum sit respectu restitutionis in integrum: & est fundatum verisimili ratione, quia  
non est credendum quod iste pubes contrahens cogitauerit, quod beneficium restitutionis sibi compe-  
teret, non debet ergo intelligi illi beneficio renūtiatum. l. si. in prin. ad municip. & sic per tale statutum  
videtur approbata opinio Dyni in quodam consi. quam etiam sequitur Anto. de Burr. cum multis aliis  
concord. quos referunt moder. in d. auth. sacramenta. Et licet contra Dyn. videatur magis communis  
opinio, tamen stante tali statuto indubitanter esset seruanda. Tertia difficultas est, quia Anto. & Abb.  
hic volunt quod ad hoc vt statutum præsumens dolum in iuramento valeat, necessaria sit aliqua proba-  
bilis coniectura, vt quia in eo loco solerent minores communiter decipi: an ei, qui dicit iuramentum nul-  
lum, incumbet onus probandi istam consuetudinem, quod minores deciperentur? Et videtur quod sic,  
quia fundamentum intentionis istius est statutum, quod non tenet nisi illa qualitas sit vera: ergo fundan-  
ti se ex statuto, incumbet onus probandi, vt habetur in c. j. de homic. in vj. per Mathes. in singu. xix. Fel.  
in c. j. de re iudi. & istud in terminis tenet Abb. cons. lxxj. in j. vbi cum disponere circa iuramentum non  
sit in mera facultate statuentium, non creditur verbis eorum enūtiatiuis, sed debet probari extrinsecus  
causa statuti. Sed mihi videtur durum, quod cuilibet iuuanti se ex hoc statuto, incumbat onus proban-  
di: vnde potius putarem contrarium, ex quo etiam lex canonica debet præsumere pro statuentibus. arg.  
d. c. nisi essent. vbi casus est contra Abb. si bene consideretur: vnde eius dictum potest procedere in casu  
suo, in quo statuentes dixerunt, quod in tali contractu fingatur dolum: cum enim fictio sit in his que sunt  
contra veritatem, ex eo verbo apparuit, quod voluerunt disponere in casu illicito, vnde tunc pro eis non  
est præsumendum. Quarta difficultas est, dato quod statutum præsumat fraudem ex legitima causa, &  
consequenter annullat iuramentum, quid si constet in eo contractu nullam fraudem interuenisse? Et  
Abb. dicit, quod si constet per confessionem partis legitime factam non esse fraudem, quæ tunc iuramen-  
tum seruabitur: quamuis enim statutum præsumat fraudem, & sit talis præsumptio iuris & de iure, tamen  
admittit probationem in contrarium, per confessionem, vt per Inno. in c. pleriq. j. de immu. eccl. Idem  
posset dici quando notorie constaret de nulla fraude, vt habetur in simili per Inn. & Abb. in c. fraterni-  
tatis. de frigi. & malef. Sed dubium consistit, an idem sit quando aliter possit probari non subesse frau-  
dem. Et Abb. sentit, quæ tunc in foro contentioso, & sic ciuili, esset seruandum statutum, & attenderetur  
talis præsumptio. Credo tamen, quæ possit consuli ei qui recepit iuramentum, per viam denuntiationis eu-  
angelicæ, si posset probare nullam fraudem interuenisse, & iurantem habere ex hoc conscientiam læsam,  
secundum no. per Barto. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, ad denuntiationem. & dixi post alios  
in c. no

in c. nouit. s. de iud. Quinta difficultas est, quid, si statutum nihil dicat de iuramento, sed simpliciter di-  
cat, quæ contractus factus sine tali solennitate, præsumatur per dolum factus, & sit nullus: an si iuramen-  
tum accedat, contractus valebit? Et aliqui moderni hinc tenent, quod valebit: quia quamuis contractus  
per dolum factus non confirmetur iuramento, vt in hoc tex. tamen istud debet intelligi in dolo vero: non  
autem in dolo præsumpto, prout in terminis istius quæstionis: quia in materia iuramenti tanquam spi-  
rituali non attendimus istas præsumptiones legum vel statutorum, secundum Io. And. in c. is qui fidem. de  
spons. Sed si ista ratio esset vera, confunderetur tota hæc prima declaratio posita per Bart. in d. l. omnes  
populi. quæ est communiter approbata. Vnde respõde, quæ imò in foro tam canonico, quàm ciuili debet  
attendi ista præsumptio legis, quædo est verisimilis, vt s. declarauimus: quia præsumptio legis habetur  
pro veritate. l. si. ff. de prob. Est bene verum quæ per denuntiationem euangelicam posset succurri huic qui  
recepit iuramentum, & deberet recipiens probare quod non subesset fraus, aliàs non obtineret, ex quo  
reus qui sequitur præsumptionem legis, non videtur habere conscientiam læsam, nisi aliter probetur  
per supradicta, & dixi in c. nouit. s. de iud. & ita declaratur quod no. Io. And. in d. c. is qui fidem. Sed for-  
tius, quod imò contractus valeat, facit, quia cum statutum non loquatur de iuramento, non videtur quæ de-  
59 beat intelligi in tali casu. arg. gl. d. auth. sacramenta pub. vbi dispositio legis generaliter prohibens mi-  
nores sine certa solennitate alienare, de qua in l. j. ff. de reb. eo. non habet locum in alienatione iurata.  
Et ideo dicit hinc Io. de Imo. quod si statutum generaliter aliquid prohibeat, non trahetur ad casum iu-  
ratum, quia statutum generale debet declarari secundum ius commune. l. si serui. C. de nox. & idem te-  
net Alex. in variis consiliis, & maximè in cons. cxxv. in j. vbi adducit rationem: quia cum de iure com-  
muni fortior sit actus iuratus, quàm non iuratus, vt probatur in hoc tex. & in l. cum patrè. s. filius matrè.  
ff. de leg. ij. lex simpliciter prohibens actum, non debet intelligi de iurato. adducit etiam gl. in c. cum non de-  
ceat. de elec. in vj. quæ probatur per text. in c. constitutus. de rescr. & idem etiam tenet cons. xxxvij. in  
ij. Sed tamen aduertendum est ad hoc fundamentum, quod non est verum, neque communiter approba-  
tum in terminis nostris. Nam in primis Iac. de Belui. in d. q. & Io. And. in d. add. ad Spec. tit. de sen. s. vt au-  
tem. non considerant quæ statutum præcisè fecerit mentionem de iuramento, sed loquuntur in casu quo  
statutum generaliter prohibebat. Idem etiam voluit Bal. hic, vbi ponit exemplum, quædo statutum di-  
ceret, ne fragilitate naturæ mulieres decipiantur, mandamus, ne contractus earum valeant sine confi-  
lio propinquorum: quamuis enim iuramentum intercedat, non valebit: quod intellige, quando statutum  
vltà procedit præsumendo fraudem, aliter dictum Bal. non procederet per text. in d. auth. sacramenta.  
vbi pubes contrahens sine curatore nihilominus obligatur: & tangit Fel. in c. ij. de maio. & obe. Sed ex  
hoc exemplo satis apparet, quod Bal. non considerauit quæ fieret expressa mentio iuramenti: quod appa-  
ret etiam ex quibusdam aliis exemplis ad hanc declarationem per eum relatis. Idem etiam tenet Abbi  
hic in sua doctri. post Bur. vbi distinguit non habito respectu an statutum prohibeat iuramentum, vt pa-  
tet in vers. primo casu. sed solum an sit iusta causa istius præsumptionis. Et idem est etiã de mente cæte-  
rorum scribentium hinc, maximè dum confutant opi. Bart. distinguentis an lex dirigat verba in perso-  
nam: cuius opi. stante hoc fundamento Alex. proculdubio esset falsa, & tamen Doc. non reprobât eam  
per id fundamentum, imò scribentium nemo illud facit præter Alex. Et ratio Imol. non facit in contra-  
rium: nam imò loquitur in casu quo statuentes non præsumunt dolum, sed generaliter disponunt, & dispo-  
sicio non teneret si intelligeretur de iuramento. Vt ergo statutum declaratur secundum ius comune, in-  
terpretabimur, quæ de actu iurato non intellexerit, arg. d. l. si serui. secus ergo tacite innuit esse, quædo de  
iure statutum posset etiam de casu iurato intelligi, prout est quando præsumit fraudem. Et ista procul-  
dubio fuit mens Imo. quæ colligitur ex eius arg. facto per d. auth. sacramenta. licet Alex. fideliter eum  
non retulerit in d. consi. Non obstat ratio Alex. dum dicit, quæ actus iuratus tanquam fortior in dubio non  
debet intelligi prohibitus: quia istud procederet quando ratio prohibitionis esset, quia actus esset debi-  
lis: nam tunc cessaret in actu potentiori, sicut est in iurato. Sed in casu nostro ratio statuti est præsum-  
pta fraus, quæ æqualiter habet locum siue actus sit iuratus, siue non. Nec obstat gl. in d. c. cum non deceat.  
quia responde vt s. dixi in alio art. Præterea quando ad stipulationem partis aliquid conceditur, tunc ve-  
rum est quæ non censetur derogari actui iurato. Ratio est, quia tacendo pars iuramentum, dicitur subrepsis-  
se, ex quo debet omnia exponere quæ difficiliorem concessionem faciant. c. cæterum. c. ad aures. de res-  
scri. Sed ista ratio cessat in casu nostro, in quo verba statuti sunt generalia: & ratio statuti etiam verifi-  
catur quamuis actus sit iuratus, & istud satis probatur ex no. per Lap. & Dom. in c. j. de fil. præsb. in vj. &  
in c. ei cui. de præb. eo. tit. Et ex his dictis ad prædictam principalem regulam inferitur secunda declara-  
tio, vt quamuis statuentes nihil dixerint de iuramento, si tamen statutum sit prohibitorium ratione bo-  
norum morum fundatorum super colorata & inuitabili ratione naturali, vel sit prohibitorium ratio-  
ne publicæ vtilitatis principaliter, quæ censentur etiam iuramentum annullasse, & valebit statutum:  
quia in hac parte videtur à lege canonica approbatum, iuxta d. c. non est obligatorium. & c. si diligen-  
ti. de fo. comp. quod intellige, quando illa publica vtilitas est probabilis & verisimilis, prout declarauit  
s. in ij. casu principali, dum feci mentionem de statutis, in quibus assignatur expressa ratio vtilitatis publi-  
cæ. Idem quando statutum resisteret personæ ne contraheret, quia iurando peccat, vt s. dixi post Bart.  
& fateri istud etiam Ant. quando peccat, & ad hoc cognoscendum remittit se ad no. in c. nam concupi-  
scentiã. s. de consti. & istud etiam tenet Fran. de Cur. cons. lxxvj. Tertia sit declaratio ad prædictam regulam  
Tomus 5. H h iij vt si

vt si statutū imponat pœnam recipienti iuramentum, talis pœna sit exigibilis: quia istud de directo nō infringit iuramentum, nec per hoc quis redditur periurus, sed potius facit quod quilibet abstineat a iuramento. & istud est conforme legi euangelicæ, quæ mādāt vt nemo iuret. c. et si Christus. s. eo. Nec obstat quod no. Io. And. in c. statutum. de hære. in vj. vbi dicit non valere statutū imponens pœnā contrahenti matrimoniu: quia de iure diuino est vt matrimonia sint libera. Sed lex diuina nō permittit libere iuramentū, imō abhorret, & mandat ne iuret. & ita tenet Imo. hīc, Cor. in d. auth. sacramēta. vers. quartō fallit. licet contrariū tenuerit Ant. de But. Sed prædicta opi. mihi magis placet, nisi quando statutū imponeret pœnam vtenti tali instrumento: nā, si quis eo vteretur propter contractum, incideret in pœnam, per s. dicta: sed si vteretur propter iuramentum, videretur q̄ non incideret, quia bene hoc infringeret iuramentū quod semel emanauit, & præstaret ansam deierandi: vnde tali casu secundū Imo. opi. d. auth. possēt procedere. Et ex hac distinctione infertur, q̄ non valet statutum annullans iuramentum, & imponens pœnā aduocato alleganti dictum statutū non valere, vel iudici secundum dictū statutum nō iudicanti, prout est in aliquib. locis: nam istud est dare causam periuriis. Secus si imponeret pœnam à principio ne iuramentū præstaretur: hīc enim nō subest tale periculū, vt dixi, & etiā aliquid tangam j. in vj. declaratione. Et pro prædicta opi. facit quod no. Raph. Ful. in d. auth. sacramenta. vbi cōcludit, q̄ si statutū diceret, nullus contrahat cum minore, etiā si iurauerit, & si quis contrafecerit, omne ius deuoluatur in fiscum, q̄ valet tale statutū, & pœna habebit locum: & puto quod dicat veritatem, ex quo statutū à principio prohibet ne iuret. Secus si postquā esset iuratum, induceret aliquid, per quod non obseruaretur. & hāc opi. etiam tenet Bal. hīc, per tex. in §. quia verō verisimile. in auth. de non alie. vbi etiā tenet statutū, quo imponitur certa gros. gabella, qua non soluta cōtractus sit nullus: nā per indirectum euacuabitur vis iuramenti. Quarta declaratio est, q̄ si statutum tollit vires obligationis quæ ex iuramento causatur, in partē valeat: quia ratio cur lex civilis nō possit disponere super iuramento, est, quia ex eo queritur obligatio principaliter Deo. c. debitores. s. e. secundū Host. c. quemadmodum. s. e. & per Ant. de But. Abb. & Imo. hīc. Sed dato, q̄ statutum non possit eā tollere, tamen debet posse auferre eam obligationem quæ in consequentiā queritur parti: & istud intelligit Ant. de But. procedere, quādo lex in personā prohibiti verba dirigit: nā tunc in dubio videtur voluisse auferre vires iuramenti, quate- 60 nus ipse versus partē obliget, & ideo non oritur obligatio secundaria querenda parti. & istud q̄ possit lex auferre vires iuramenti quoad partē, vltra Ant. & Abb. tenuit etiā Bened. Capra hīc, quem refert & sequitur Maria. Soc. conf. lxxvj. in j. lib. Et ex hoc sequitur hīc effectus, q̄ in foro civili iste qui recipit iuramentū, non habebit aliquā actionem, & excludetur, licet sibi possit cōsuli coram iudice ecclesiastico, ad cuius cognitionē pertinet executio promissionis factæ Deo, secundū Pau. Cast. in rep. d. auth. & ibi Cor. in vers. tertio fallit. & dicit Pau. q̄ si statutum simpliciter annullat contractū & iuramentum, censetur annullasse quoad dictā obligationem querendam parti. Et secundum hęc possunt etiā saluari opiniones tenentium, quod lex habeat vim apostolici, & faciunt quæ dixi in præcedenti quæst. princi. in vlt. limi. & Pau. intelligit generalius quam faciat Anto. de Butr. Contra hanc opin. tamen facit motiuum Abb. hīc, dum dixit quod iusiurandum est de foro ecclesiastico, vnde laici de eo non possunt cognoscere. c. tuam. de or. cog. c. si iudex laicus. j. de sent. excom. in vj. igitur nec statuere. l. nulli. C. de sent. Et ideo concludit, q̄ vbi de validitate iuramenti dubium est probabile, q̄ solus iudex ecclesiasticus debet cognoscere. In proposito ergo videtur, q̄ quoad validitatē obligationis secundariæ querendæ parti, statutum laicorum non sit attendendum. Sed ego puto quod imō etiam laici possint cognoscere, per tex. in d. c. licet. vbi Paul. Per. de Anch. & Dom. not. eo. tit. in vj. & habetur in c. si. de for. comp. eo. tit. Et hoc quantum sit respectu obligationis quæ queritur. Si verō dubitaremus an iuramentū esset licitū vel illicitum respectu Dei, vel quoad forum pœnitentiale, tunc fateor q̄ talis cognitio spectat solum ad ecclesiasticū, habetur etiam in c. cum sit generale. s. de fo. compe. Et ex hac declaratione infertur, q̄ valet statutū mandans recipiēti iuramentū à minore vel vidua, q̄ illud relaxaret parti, iuxta c. j. s. e. & valet impositio pœnæ si id non faceret, per s. dicta: nā tunc non contrahitur per hoc iuramento, vt dixit Fed. de Sen. d. conf. cclxxij. Nec obstat si diceretur, q̄ isto modo possent statuētes reducere effectus iuramenti ad nihilum: quia respondeo, q̄ dummodò non inducatur peccatū, non habet lex canonica de hoc se impedire: vnde facta relaxatione per iussum statuti, nō inducitur peccatū, & sic debet statutum valere. Et isto modo etiam possunt saluari cōtrariæ opiniones: & ex hoc etiam infertur, q̄ potest statutum tollere pœnas inductas propter periurium, in l. si quis maior. C. de transac. Et ideo supplicans Principi, & faciens mentionē de iuramento, nō incideret in pœnā illius legis, ex quo princeps potest eas pœnas remittere, & supplicās videtur voluisse cōtrauenire modo licito, secundū Car. conf. xxv. in causa & quæst. excellentis. & ibi per mod. repe. in vij. not. Bene fateor, q̄ per hoc non sequitur quin contrahens sit periurus, sed tamen nō incidet in illas pœnas: & istud seruat practica, in qua videmus quod ex æquitate senatus principum eas pœnas plerunq; remittūt. Quinta declaratio est, vt licet statuētes nō possint tollere iuramentū, possunt tñ aliquo modo limitare, puta differēdo executionē: differēs enim, 61 per hoc nō videtur trāsgredi. c. nō est. de voto. Dom. c. ij. de ren. Et ideo si aliquis promiserit tibi cētum, & iurauerit, pōt princeps, & cōsequēter etiā statuētes, concedere illi dilationē, & valet cōcessio dilationis, dato q̄ nō sit facta mentio aliqua iuramenti, ex quo p hoc non frangitur pmissio ipsa iurata. secus si tolleretur, arg. eorū quæ no. Imo. & Dom. in c. si. s. de conf. in vj. & ita in terminis tenet Fel. in c. cōstitutus. de

tus. de resc. Sed si promiserit dare intra certū diem, tunc nō valeret saluus cōductus principis, quia istud nō moderaretur iuramentū, sed induceret periurium. & ita saluatur quod dixit Alex. conf. ccv. visis his quæ narrantur. in fi. in ij. vol. & conf. xxxvij. in iij. Sed tamē ego in practica vidi q̄ Senatus cōcedit saluos conductus etiā respectu debitorū iuratorū: quæ concessio si expresse de iuramento dicat, tenet, (vt arbitror) ratione executionis, quia potest princeps suspēdere executionē ad tēpus, secundū l. vniuersa. l. quoties. C. de preci. impe. offe. & quod ibi habetur per mod. & per Guid. Papæ. q. cix. & q. ccccxx. & per Bal. nouel. in tract. dot. in xij. priuileg. viij. partis, in fi. & sic non poterit creditor hanc executionē habere, licet debitor sit periurus. Puto tamen, q̄ si episcopus videat subesse iustam causam dilationis, debeat etiam ipse absoluerē & imitari factū principis, ex quo non tollitur iuramentū, vt supra dixi, sed differatur. pro quo in simili facit quod no. Io. de Imo. & Domi. in d. c. quāuis. & Imo. ca. quæ in ecclesiarum. s. de const. Et sic tolluntur quædā caut. mod. Brix. caut. lv. Sexta declaratio est, vt possit statutū remittere iuramentū præstandū, licet non præstitum, per l. quæ sub conditione. s. si quis sub iurisiurandi. ff. de cōdit. instit. Et ratio est, quia ante, quā præstetur, nulla obligatio est adhuc quæ sita Deo, nec aliquod ius speciale in esse deductū, merito lex civilis potest in tali casu disponere. & facit quod no. Domi. de S. Gemini. in c. quāuis. in vers. sed queritur. de pact. in vj. vbi etiā Io. de Imo. & mod. Idem tenet Ias. in d. auth. sacramenta. quia facilius tolluntur concedenda quā concessa. l. patre. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iurs. Septima declaratio est, vt non procedat cōmunis conclusio quando statutū esset confirmatū à Romano Pontifice: tunc enim haberet vim apostolici, ex quo Rom. Pontifex tollit iuramentum. c. venerabilem. s. de elect. Contra hoc tamen facit ratio Abb. dum hīc dicit, q̄ non potest lex canonica in fauorē priuatū impedire obligationē querendam Deo, per c. ad apostolicā. de regular. & c. qui post votum. de regul. in vj. & melius in gl. in c. non est. j. de voto. Fel. c. j. de const. Nisi respondeas, q̄ non potest sine causa: secus si subsit iusta causa, veluti in casu istorū statutorum quæ consulerunt fragilitati iurantium. Et fortē ratio Abb. nō est vera, quia contra amplitudinē potestatis Petro & successoribus tradita per Christum. Non est igitur recedendū ab ista declaratione, quæ tamen intelligi debet quando Pontifex ex certa scientia tale statutū approbasset, secus si simpliciter, secundū Alex. cōf. lix. in j. de quo etiā per Card. conf. xliiij. in fi. & dicit Bal. hīc, q̄ non sufficeret approbatio, quæ fit inter cætera secundum aliquos. Moutetur Alex. per doctrinā Bar. in l. priuilegia. C. de sacrosan. ecc. vbi generalis confirmatio non trahitur ad priuilegia inualida. & quod no. Bal. in l. j. ff. de his qui sunt sui. in l. j. C. de metr. Bery. vbi generalis cōfirmatio priuilegiorū non trahitur ad iniusta & illicita. Sed est aduertendū: quia si Pontifex attestetur se vidisse dicta statuta, vel fecisse ea videri, tunc tanquam confirmatio sit facta cum causæ cognitione, censetur actus factus ex certa scientia, vt habetur in l. ex verbis. in fi. C. de dona. inter virum & vxor. per Bal. & mod. in l. legata generaliter. ff. de lega. j. Fel. in cap. nonnulli. vers. sic confirmatur. de rescriptis. Nec dicuntur ista statuta esse iniusta, imō habent magnam æquitatem, licet non teneant ex defectu potestatis, quia laici non possunt disponere de iuramento: & ideo cū habeant magnam æquitatem & nemini præiudicent, videtur quod debeat fieri fauorabilis interpretatio, per quam tribuitur facultas statuentibus, & contrahentes liberantur à pœna periurij: hoc enim est merum beneficium principis. l. si. ff. de mand. princ. Et sic non obstat, quod no. Spec. tit. de legato. §. nunc ostēdendum. vers. xvij. vbi cōfirmatio beneficij facta per eum ex plenitudine potestatis, non confirmat nullitatem surgentem ex inhabilitate personæ. sequitur Abb. c. j. de transac. & Aret. dicto cōf. viij. quia ibi verisimiliter Papa ignorauit illum defectū, quod non est in casu nostro, per supra dicta. Idem etiam possēt attrētari quādo simpliciter Papa ea statuta confirmasset: quia nō apponendo illas clausulas, sic & perinde & c. satis videtur ex certa scientia approbasse, prout no. Abb. antiq. Io. And. & Ant. in c. venerabili. de confir. vti. vel inut. & probatur in c. quia diuersitatem. in prin. de cōcess. præb. Et facit, quia nō videtur alia causa petita cōfirmatio, quam vt confirmaretur ea quæ sunt inualida ex defectu potestatis statuētium, cū respectu statutorum validorum non esset multum necessaria talis confirmatio: vnde ne videatur superflua, debet intelligi etiam de istis. Confirmatur, quia non est verisimile quod Papa confirmasset, nisi certam eorum notitiam habuisset, cū in iure consistant, & sibi fuerint exhibita: vnde eorum ignorantia non est probabilis. c. j. de const. in vj. aliās possēt argui imprudentiæ, qui id approbaret cuius notitiam nō haberet: quod non est verisimile. Si tamen ex verbis confirmationis appareret quod eorum notitiam certam non haberet, esset secus: vt si in confirmatione essent exceptuata ea quæ reperiretur cōtra libertatem ecclesiasticam: cū enim istud verbum, reperirentur, sonet in futurum, satis ostendit quod tempore confirmationis Pontifex ea non vidit. & ita saluari potest quod consuluit Aret. conf. viij. & Alex. conf. xxvij. in quarto. Octaua declaratio est, quia si statuētes tacitam conditionem in contractu inducant, iuramentum quod accedet illi contractui eandem conditionem habebit. l. si. C. de non numer. pecu. & facit d. l. si. ff. ad municipa. vbi iuramentum recipit interpretationem, si res in eodem statu remanserit. l. fin. ff. qui satisd. cog. n. Et ideo si statutum concedat indistincte cessione bonorum debitori, ille qui iurauit nihilominus vteretur beneficio statuti, & iuramentum habebit tacitam conditionem, nisi bonis cedatur. cap. Odoardus. j. de solut. & ita tenet Bal. in dicta l. si. vbi adducit multas condiciones, quæ à lege in iuramentis subaudiuntur: & ideo donans etiam apposito iuramento, censetur apposuisse conditionem resolutiuam, nisi liberos habuerit, secundum l. si vnquam. C. de reuo. dona. & ita tenet Bar. in l. Titia. §. Imperator. in vlt. verbis. de lega. ij. Aret. conf. xxiiij. in primo dubio. Nunquid autem d. l. si vnquam. possit Hhh v renunt



renunciari, infra dicā: & ad supra dicta, facit etiā quod no. Bal. in c. quæ in ecclesiarū. s. de const. vbi si va-  
 fallus iurat facere domino debita seruitia, intelligitur, donec velit esse vasallus, & ideo potest renūtia-  
 re feudo, & iuramentū nihil amplius operabitur. & facit quod no. Cald. in consi. j. tit. de iureiur. Ias. in l.  
 fancimus. C. de testa. & quod no. in l. si quis maior. C. de transact. & generaliter iuramentū\* interpositū 64  
 super contractu, recipit omnes conditiones quas contractus habet. c. quæ admodū. s. c. & ideo seruās illas  
 conditiones non dicitur periurus, quia videtur sub ea conditione iurasse. Dicit tamē Corn. q. ista proce-  
 dunt quando illa cōditio est introducta in cōtractu ex verisimili mente iurantis: aliter si esset ex sola di-  
 spositione legis, nō staretur in foro animæ tali interpretationi, sed veritati. arg. c. significasti. j. de homi-  
 c. à nobis. de sent. exc. Nona & vlt. declaratio, vt possit statutū annullare iuramentū, quando tendit 65  
 non solum in damnū iurantis, sed etiā aliquo modo præiudicat tertio. arg. istius text. & ita tenuit Bal. in l.  
 si. s. filius autē. C. de bo. quæ lib. per illū tex. vbi non potest filius etiā cū iuramento alienare bona aduen-  
 titia, in quibus pater habet vsufructū, quia patri præiudicaretur. & dicit ibi Bal. q. filius non obligabi-  
 tur, ita q. si fiat sui iuris, non tamē tenebitur, ex quo lex prohibuit ne abutatur substantia sua, & sic rede-  
 git eū ad instar prodigi: & cōmunis conclusio est, q. iuramentū non ligat prodigū, vt hīc per Abb. & ha-  
 betur in d. l. is cui bonis. Et pro hac opinione facit, quia vbi iuramentū alteri damnū parit, lex simplici 66  
 ter dicit non tenere, sed reprobatur, vt hīc apparet, & in d. c. quāuis. ergo debemus intelligere, q. in totum  
 non teneat, aliās exceptio posita in tex. non bene congrueret, contra nor. in l. nā quod. s. si. de pen. leg. &  
 in simili idē tener gl. in c. si quis presbyterū. in verb. alienator. j. de reb. eccl. non alie. & istā partē consu-  
 lendo securus est Io. de Imo. consil. j. Contrariū tenet Io. de Imo. sibi contrarius hīc: quia cū iuramen-  
 tum possit seruari sine interitu salutis æternæ, debet seruari. Et in simili videmus in voto, vbi filiū fam-  
 si vouet Deo, tenetur seruare, præterquā si in patris præiudiciū vergat, vt dicit Inno. in c. scripturæ. j. de  
 voto. vnde vbi factus erit sui iuris, tenebitur adimplere. Nec est verū q. iste redigatur ad instar prodigi,  
 imò lex non posset hoc præsumere in præiudiciū iuramenti, quia non est verisimile per supra dicta. &  
 ista opi. Imo. fuit etiā Iac. de Bel. in d. dispu. & Ant. de Bu. & Abb. hīc, & videtur cōmunior, & etiā verior,  
 secundū dispositionē iuris cōmunis. Sed quid, stante statuto prohibente filium fa. se obligare sine para-  
 bola patris, & obligationē annullante, & concedente patri vt possit obligationē condicere? Et videre-  
 tur q. nihilominus si iuramentū accesserit, debeat seruari, sicut dicimus in Macedoniano senatus cōsul-  
 to, contra quod contrahens cum iuramento, tamen obligatur. & licet Bar. dicat quod poterit cōdicere  
 postquam soluerit, tamen illud dictum nō videtur verum, vt videbimus in seq. casu. & pro hac parte fa-  
 cit determinatio Iac. de Bel. in d. dispu. & quod in simili no. Are. cōsi. xxij. Alex. consil. xxix. in iij. & etiam  
 quod no. Ant. Abb. Imo. hīc reprobātes opi. Fed. de Sen. in d. consi. cclxxij. Contrariū puto, quia cū sta-  
 tutum concedat patri ius condicendi instrumenti & obligationis, sequitur q. considerat tertij interesse,  
 quo illi dat actionē. s. j. inst. de act. vnde iuramentū non tenet, per istum tex. & in tali casu nō considerat  
 solum interesse patris viuentis: quod apparet, quia non concederet sibi ius condicendi instrumenti, sed  
 simpliciter suspenderet executionē donec pater viuat: sequitur ergo q. consideret, quod fortē filius vt  
 satisfaciatur creditori nocebit patri, secundum l. j. ad Maced. Itē interest patris habere filiū non obnoxiiū  
 æri alieno: cū enim sit in eius potestate, secundū l. in suis. ff. de lib. & posthu. & interest cuiusq. res quas  
 in potestate habet, non esse alteri obnoxias, arg. l. iij. s. nunc de effectu. ff. de lib. leg. Itē interest patris ha-  
 bere filiū locupletē, arg. l. pe. ff. de iu. cod. vnde cū statutum sit fundatum bona ratione, quia præsumit  
 damnū patris, videtur q. iure non teneat, tanquā in præiudiciū ipsius. & ita vidi seruari in practica,  
 & in hoc casu in effectu iuramentū etiā tollitur per indirectū, secundum supra dicta, quia pater condi-  
 cendo obligationē seu instrumentum, in consequentiā liberat filiū, & quoad patrē res non habet diffi-  
 cultatem, sed difficultas est respectu filij, in quo tamen magis inclino statutū esse seruandum: & licet sta-  
 tutum non loquatur præcisē de iuramento, tamen non refert vt supra cōclusimus in prima declaratio-  
 ne, in fi. Nec obf. q. possit seruari sine interitu salutis æternæ, quia potest etiā ei conuenire sine tali in-  
 teritu, ex quo statutū est fundatū bona ratione, quæ est sufficiens ad annullationē iuramenti, vnde con-  
 traueniens non peccat. Tutius tamen putarē esse, isto casu petere absolutionē, quæ erit cōcedenda per  
 supra dicta, dū saluauit Fed. de Sen. Ex hac declaratione etiā inferitur ad donationē, nūquid possit re- 67  
 uocari per superuenientiā filiorum, secundum l. si vnquam. C. de reuo. don. dato quod illi legi sit renun-  
 tium cum iuramento. In quo articulo Oldr. consi. clxxij. quidam. Io. And. in addi. Spec. tit. de instru.  
 edit. s. porrō. ver. hoc autem. tenuerunt q. sic, ista ratione, quia dispositio d. l. si vnquā. est fundata etiā fa-  
 uore filiorum, vnde iuramentum patris non debet illis nocere, arg. l. penul. C. vt in pos. leg. l. quod de bo-  
 nis. s. si. ff. ad leg. Falc. & ita tenuit Alb. de Ros. & Salic. in d. l. si vnquam. & Vitalis in tracta. clausularum.  
 in rub. an possit renunciari. l. si vnquam. & ita consuluit Fran. de Cur. consi. suo j. Sed sua opi. non est ve-  
 ra, nec communis, & contrariū tenet Bar. Imo. Raph. l. Titia. s. Imperator. de leg. ij. Pe. de Anch. Ant. de  
 Bur. Imo. & Abb. in c. si. j. de dona. Imo. hīc. Bald. & Fulgo. in l. j. C. de inoff. dona. Ange. in s. igitur. in au-  
 thent. vt cū de appel. cogn. Andr. Sicu. in repetit. l. cū acutissimi. C. de fideicommiss. & in cap. Ray-  
 nutius. j. de testamen. & consuluit Roman. consi. xxvj. & sentit Specula. ponendo formam renuntiationis  
 in præallegato loco: & etiam Alexan. consilio xxx. perspectis. in tertio libro. Mouentur, quia ratio  
 eius legis est fundata super præsumpta voluntate donantis, secundum glossam ibi, vnde cū depen-  
 deat à voluntate sua, potuit illi etiam sine iuramento renunciari. l. si quis in conscribendo. C. de pactis.  
 Nec obf.

Nec obf. q. sit etiam introducta in fauorē filiorum, quia istud est falsum: nam nos videmus q. reuoca-  
 tiones quæ fiunt in fauorē filiorū, non reuocant totum, vt ibi dicitur, sed solum debitū bonorū subsidiū, i-  
 tanquā de eo donator non potuerit disponere, vt apparet in l. j. C. de inoff. don. l. si totas. eo. tit. Ergo ap-  
 paret q. non fuit habitus respectus ad filios, qui in bonis per patrē alienatis non habent aliquod ius nisi  
 respectu legitimæ: vnde pater, si vult, potest prodigere bona sua, & pacisci de illis quomodocunq. volue-  
 rit, salua legitima. l. hæreditariū. vbi Bar. ff. de bo. aut. iu. poss. & paria sunt siue quis alienet eis existenti-  
 bus, vel in casum quo existit. l. Iulianus verū. ff. de cond. inde. Confirmatur ista solutio ex verbis d. l. si  
 vnquā. quæ expresse dominium donationis reuocata confert in patrē, non filios: & sic eius contempla-  
 tione solum censetur fieri reuocatio, vnde & illi acquiritur. l. si defunctus. ver. quorū cōmodo. C. de suis &  
 leg. l. post legatū. s. amittere. ff. de his qui. vt ind. per Bar. l. fideicommissa. s. interdū. de leg. iij. aliās sequere-  
 tur q. post requisitionē pater non posset liberē de eis disponere, quod est absurdū, & puto q. casus nō ha-  
 beat difficultatē, quicquid more suo per multā diuersitatē dicat Fran. de Cur. in d. consi. Bene fateor, q.  
 statutū disponens non posse illi legi renunciari neq. per iuramentū, valeret, quia tunc videretur cōside-  
 rasse fauorē filiorū: sed de iure cōmuni aliud est. Ex eadē declaratione inferitur etiam ad\* donationē  
 vltra legitimū modū, quæ non sit insinuata, an cōfirmetur iuramento. Et cōmunis conclusio est q. sic,  
 quia ista insinuatio videtur introducta in fauorē donantis, ne de facili decipiatur: vnde si iuramentum  
 interuenit, debet contractus tenere, per istū tex. & ita tenet Io. And. in ti. de instru. edit. s. porrō. in fi. &  
 sequitur Imo. hīc & Abb. hīc. Imo. in l. Modestinus. ff. de dona. Guid. Papæ quæst. ccl. & Alex. in l. nemo  
 potest. in ij. q. Bar. ff. de leg. j. vbi dicit se ita consuluisse, & vidisse multa consilia Dd. pro hac parte. & ita  
 consuluit consi. iij. consi. xij. consi. cxxv. in j. liij. in tertio. & Are. consi. ij. & xvij. & in istis locis Dd. diffu-  
 se respondent ad rationes quæ in contrariū adduci possent. Sed tu aduerte, quia cōmunis conclusio pos-  
 set procedere quando contrahentes expresse iurant se non contrauenturos donationi, occasione nō fa-  
 ctæ insinuationis: sed si simpliciter iurant non contrauenire, videtur secūs: quia tūc nullitas donationis  
 causatur ex culpa donatarij, qui nō curauit intra tēpus à lege statutū facere eā insinuari: vnde promi-  
 sio de non contraueniendo, nō debet trahi ad annullatē superuenientē ex postfacto propter culpam  
 partis, nec de tali casu videtur fuisse cogitatū. arg. gl. per illū tex. c. ad nostram. ij. s. eo. & istud firmat Fe-  
 der. de Senis, consi. clxxxj. & Ang. consi. clxx viij. visis. & consi. lvij. in fi. vbi dicit, q. isto casu donans qui  
 contrauenit non dicitur esse periurus: quia allegas defectū insinuationis non venit cōtra pactū, sed al-  
 legat negligentia partis, & ideo ex tali causa superueniente potest cōtrauenire. arg. ca. cū inter P. de re-  
 nū. & istud etiā tenet Bal. & Ang. in l. illud. C. de sacros. ec. Ang. in l. si quis pro eo. ff. de fidei. Raph. Co-  
 & Rom. in l. Modestinus. de sol. Rom. consi. xij. Pau. Ca. cōsi. 100. visa quadā scriptura. & consi. cv. circa  
 bona quæ fuerunt. Idem tenet Ant. hīc in viij. casu, & Imo. in vij. membro, & est de mente Cald. in cōsi. ij.  
 sub rub. de iureiur. & dicitur mod. repet. in d. l. nemo. q. ita viderunt consiliū Card. Alexā. subscriptum à  
 pluribus celeberrimis Doct. & q. ipsi ita consulerent & iudicaret, & est verū quod Card. ita cōsuluit in  
 consi. lx vj. intra consilia Frac. de Curt. & ibi subscripserūt multi. Sed tamen quicquid ipsi dicāt, hæc ra-  
 tio non est cōcludens: quia iurans simpliciter non contrauenire, debet intelligi etiā respectu non factæ  
 insinuationis: quia verisimile est de ea cogitatū esse, ex quo erat necessaria ad sustentationē actus, ma-  
 ximè cū per iuramentū censetur in genere cogitatū de omnino modo per quē cōtractus posset tolli.  
 l. qui iure militari. ff. de test. mil. Hanc rationē approbant in hac materia cōmuniter Dd. in d. auth. sacra-  
 menta. & ibi per Ias. in iij. limit. principali. Fortius mihi videtur vrgere, quia insinuatio nō videtur sim-  
 pliciter introducta respectu contrahentiū, sed etiā respectu aliorū, ne quis clam donaret, & deinde con-  
 traheret cum creditoribus. & sic eos deciperet. l. donatio siue. l. data. C. de don. & ideo videmus quod vt  
 plurimū statuta mandant eas publicari vel registrari apud acta, solummodo propter istū finem: & ideo  
 quāuis iuramentū interueniat, contractus non debet firmari, quia in præiudiciū tertij, per istum tex. &  
 ea quæ s. dicta sunt in hac declaratione. Vnde concludo, q. de iure cōmuni tenebitur iurans seruare iu-  
 ramentū. c. cū venissent. in fi. vbi Ant. j. de instit. Sed quo ad creditores etiam posteriores, propter dese-  
 ctum solennitatis donatio erit nulla, & poterūt ipsi à donatario bona reuocare, si allegent aliquod præ-  
 iudiciū, puta quia ipsi nescientes donationē factā contraxissent, & donās non sit soluēdo. Et secundum  
 hanc distinctionem poterunt saluari opiniones, & licet moder. repet. in d. l. nemo. faciant quædam argu-  
 menta contra cōmunem opin. tamen sunt leuia, & illis respōdi in voce, & etiam patet responsio ex not.  
 hīc per Imol. & ad hanc distinctionem facit quod consuluit Arer. consil. cxxxvij. in j. dubio. Subsequen-  
 ter quærit Abb. Si quis in instrumento iurauit, an possit deinde dicere contractum esse simulatum. &  
 69 considerat sex casus, vt hīc per eum. Et in hac materia sciendum est, esse t. duplex iuramentum: aliud  
 enim est assertiuū: cū quis iurat omnia contenta in instrumēto, esse vera: aliud promissiuū, cū quis  
 simpliciter iurat non cōtrauenire instrumēto. Videamus circa primū, quādo quis iurat omnia contēta  
 in instrumento esse vera. Et cōmunis conclusio est, quod stante tali iuramēto non admitteretur proba-  
 tio simulationis: quia ille qui vult probare simulationē, veniret contra propriū iuramentū, vnde non  
 esset audiendus, tanquā allegās turpitudinē suā, vt habetur in c. inter dilectos. de don. & per Bar. in l. iusiu-  
 radū quod ex cōuentione. s. procurator. ff. de iureiur. & ita Ant. & Abb. hīc, & Imo. in c. ad nostram. j. de  
 emp. & vendi. Imol. Alexā. Arer. Ias. & Modern. in l. nemo potest. in iij. quæst. Bart. ff. de leg. j. Imola &  
 Alex. in l. Seius. ff. ad leg. Falc. Paul. Cast. in l. ab emptione. ff. de pact. cum concord. per Socin. consi. clv.  
 Contrarium

Contrarium in hoc puncto tenet Imo. hinc in vij. mēbro princ. ad fi. Mouetur bona ratione, per quā tol-  
luntur argumēta Dd. Nā clarū est q̄ pars \* potest remittere iuramentū parti. c. j. §. e. c. ij. vbi no. j. de spōs. 70  
eodē modo debet posse remittere exceptionē periurij. arg. c. translatō. §. de consti. sed quando cōtractus  
est simulatus, si iuretur esse verū, videtur pars remittere talem exceptionē periurij, & consequēter debe-  
ret cōtradicens admitti: videtur enim huiusmodi fuisse mēs partiū, qui nō obstāte tali iuramēto, volue-  
runt cōtractū esse simulatū. & istā rationē Imo. cōmēdat & sequitur Soc. consi. xxvij. in iij. vbi eā cōfir-  
mat: quia talis remissio iuramēti potest etiā tacitē fieri, secūdū Rom. in l. stipulatio hoc modo. ff. de ver.  
obl. Eandē opi. etiā tenēt rep. in d. l. nemo. & respōdēt ad rationē contrariā. Nā clarū est cōtractū simu-  
latū esse nullū, & ex eo non trāsferrī aliquod dominiū, vt declarat Bart. in l. post cōtractum. ff. de dona.  
Vnde poterit cōtraueniēs intentare rei vendicationē, & si excipiet de cōtractu, replicabit de simulatio-  
ne, & erit audiendus: quia potest quis replicādo allegare turpitudinē suā, secūdū Bar. in d. §. procurator.  
dū allegat l. de tutela. C. de integ. restit. verū quidā vendidit. & idē tenet Abb. in c. cū super. de cōcess.  
præbend. Sed ista ratio nō est generalis, quia nō procedit quādo in cōtract. nō esset deductū, nisi ius per-  
sonale. Confirmo hanc opi. quæ videtur mihi verior: quia quando actus est factus contra legē, tunc li-  
citur est contrauenire, & allegās propriā \* turpitudinē, auditur, secūdū Bar. in l. post mortē. ff. de adop. 71  
Bal. in l. non dubiū. C. de legib. Abb. in d. c. cū super. cōtractus autē simulatus est contra legē. l. j. vbi Bal.  
C. plus val. quod agi. Et pro hac opi. est summa æquitas: quia licet iuramētū habeat multa priuilegia ne  
ei contraueniatur, tamē istud beneficiū nō cōpetit periurio, quale est in casu nostro, vnde tale periuriū  
nullo pacto est adiudicū. l. fi. C. de reb. cre. & facit quod no. Abb. j. in versi. nonus casus. vbi post Bur. cō-  
cludit, q̄ quāuis quis iurauit cōtenta in cōtractu vēditionis esse vera, & illud esse verū rei pretiū, tamen  
admitteretur ad probandū contrariū si alleget enormissimā læsionē. de qua ibi dicā. & istā opi. etiā tenet  
Fed. de Sen. cōlū. ccc. dico salua. nā in casu suo erat tale iuramentū, & tamen cōsultuit esse admittendum  
eū qui iurauit ad docēdū de simulatione, dū tamē prius petita sit absolutio, vt per eum in practica, quia  
nō solēt iudices recedere à cōmuni opi. Aduerte ad aliquas declarationes. Prima est, vt à tali iuramē 72  
to possit peti absolutio, vt deinde contraueniatur, secūdū Imo. in d. l. nemo potest. arg. no. per Bar. in l.  
fi. C. de nō nu. pec. vbi quādo quis promisit nō cōtrauenire, potest tamen petere absolutionē, & si soluit,  
repetere. Et ratio in casu Bar. est, quia faciens talē renuntiationē & iurās, facit sub spe numerationis fu-  
turæ: vnde si decipiatur, propter culpā creditoris debet absolui à iuramēto. arg. c. debitores. §. e. Idem in  
casu nostro: cū enim cōtractus sit simulatus, si pars velit eū habere effectū, tū decipit, & ideo concedēda  
est absolutio. Nec obstat ratio Are. ibi cōtrariū tenētis, tāquā petens absolutionē alleget turpitudinē, &  
ideo nō sit audiendus: quia vltra suprā dicta respōderi potest, quōd absolutio principaliter petitur vt quis  
faueat animæ suæ, & liberetur à periurio: vnde tali casu nō attenditur q̄ quis alleget turpitudinē suam,  
vt est gl. in c. tertio loco. §. de præsum. & quod infrā dicā. Secunda est, vt consulatur huic qui iurauit in  
foro ecclesiastico, per denuntiationē euangelicā: quia cū illud sit forū animæ, in tali foro licitū est alle-  
gare & detegere suū delictū, & hoc fauore animæ, vt habetur in d. c. tertio loco. & ita firmat Ant. de Bu.  
& Io. de Imo. hinc in septimo mēbro alleg. no. in d. c. inter dilectos. & in c. ex tenore. §. de testi. & quod ha-  
betur §. e. c. quēadmodū. c. fi. Tertia declaratio est, vt si periuriū aliqua via sit detectū, tūc admittatur q̄ s  
ad cōtraueniendū, ex quo allegat turpitudinē suā iam detectā, vt habetur per Bar. in d. §. procurator. &  
ibi Iaf. in terminis hoc firmat. & idē tenet Bal. & Sal. in d. l. fi. C. de nō nu. pe. & Iaf. in d. l. nemo potest. &  
cōsultur Soc. d. consi. xxvij. Quarta declaratio est, vt d. cōclusio nō procedat respectu tertij, quia illi iu-  
ramētū tale nō nocebit, arg. istius tex. per Bal. in auth. ad hæc. de vsur. Sal. in l. ab emptione. C. plus va.  
Are. consi. xcvi. in iij. dub. Iaf. in d. l. nemo. Facilius tamē etiā quoad tertium præsumitur cōtractus simula-  
tus, quādo nō est aliquod iuramentū quā sit prædictū: habet enim aliquā coniecturā pro se, etiā in præiu-  
diciū tertij, arg. no. per Bal. in l. iubemus. ij. C. de sacros. eccle. & in l. si donatione. C. de colla. Aliæ decla-  
rationes possent colligi ex not. in d. §. procurator. sed istæ sint satis. Circa secundā speciē iuramenti,  
quando quis iurat nō cōtrauenire actui simulato, dicendū est dictū iuramentū nō obstare, secūdū glo.  
in l. iij. C. plus val. quæ est cōmuniter approbata. Mouetur, quia tale iuramentū est contra legē, ergo nō  
debet valere. l. nō dubiū. C. de legib. l. si ancillā. C. de cōtrah. em. Ista ratio nō est bona, quia vt suprā vi-  
dimus, regula hodie est, q̄ iuramētū cōtra legē tenet, præterquā in casib. §. relatis. Vnde meliūs dic, q̄ iu-  
ramētū nō operatur, nisi quatenus cōsensus sit præstitus. d. l. fi. per mod. in l. sancimus. ij. C. de testa. Sed in  
cōtractu simulato sicut deficit cōsensus, ita etiā videtur deficere in iuramēto, & ideo non obligat. & istā  
rationē approbat Ant. de Bu. Abb. & Imo. hinc: vnde inferūt, q̄ taliter iurās licet ex iuramēto nō teneat,  
quia ab eo abest cōsensus, debet tamē puniri aliqua pœnitētia, quia assumit nomē Dei in vanū, vt habe-  
tur xxij. q. iij. c. q. sacramēto. & quod no. in c. tua nos. §. e. Limitatur ¶ prædicta cōclusio aliquib. modis. 73  
Primò, vt nō procedat q̄ simulatio interuenit ex parte vtriusq; ex causa iniusta, vt quia partes vt frau-  
darēt gabellā, s̄nixerunt alium cōtractum, quā qui verē agebatur: nam quāuis tale iuramentum non  
valeat vt periuriū per conuentionē inducatur, tamen in pœnam istius iurātis in fraudē alterius, in foro  
contētiōso seruabitur iuramentū quatenus venit in sui præiudiciū, arg. gl. in c. tua. de spon. & quod no.  
in c. quod interrogasti. xxvij. dist. & ita tenet Abb. hinc in ij. casu. Sed istud dictū mihi videtur non esse de  
mente cæterorum scribentium, qui simpliciter dicunt posse sibi imponi pœnitentiam de vanitate iura-  
menti, non autē quōd quoad sui damnū in foro contentiōso seruetur iuramentum. Nec obst. iura  
contraria,

contraria, quia loquuntur quando lex præsumit pro veritate actus quem quis simulauit, nec is qui simu-  
lauit contrarium probare potest: vnde si cōtrarium possit probari, stabimus probationi, & imponetur  
solum pœnitentia propter simulationē, vt est glo. in c. viduam. de regul. & in c. tuarum. in verb. signatos.  
de priui. & per Card. in d. c. quod interrogasti. & facit quod no. Abb. in v. casu, qui est conformis huic, &  
tamen simpliciter dicit iuramentum non esse seruandum. Secundò limitatur, quando iuramentum  
fuit interpositum de non contraueniendo cōtractui simulato, respectu apparentiæ, hoc est, ne simula-  
tio detegeretur, licet partes egerint alium cōtractū in veritate: vt si in veritate cōtractum est pignus,  
& partes simulauerint venditionē, & iurauerint non contrauenire, vel dicere quōd non sit venditio: nā  
tunc non est nullum iuramentum, imò qui vellet simulationem detegere, esset periurus, & ideo antequā  
agar debet petere absolutionē. c. debitores. §. eo. & ita tenet Abb. hinc in ij. casu. & sic videtur intellexisse  
quod no. Ang. in consi. clx. domina Catharina. & Fed. de Sen. consi. cclxxix. Sed etiam hoc dictum mi-  
hi non placet, quia est contra mentē cæterorum scribentium, non considerantium hanc subtilitatē ne-  
que hinc. neq; in d. l. nemo potest. Et contra Abb. moueor hoc fundamēto: nam aut pars non seruat illud,  
quod verē actum est, & non est quærendum de absolutione, cū hinc non cadat contrauētio, ex quo qui  
iurauit habet quod petit. §. fi. inf. de perp. & tēp. act. Aut pars non seruat, sed vult attēdere cōtractum  
simulatum, & tunc absq; alia absolutione potest iurans docere de simulatione cōtractus, ex quo pars  
non seruat fidē, nec in vero casu vllus cōsensus est in iuramento. c. si cui. in fi. §. eo. Nec decisio Ange. in  
d. consi. facit ad propositum Abb. quia Ang. loquitur quando iuramentum interuenit de seruando vero  
cōtractu, qui erat fœneratitius: vnde præcisē attendendus erat tex. in d. c. j. & c. debitores. §. e. sed Abb.  
loquitur quando iuramentum interuenit de non detegēdo cōtractum simulatum, quo casu procedit  
nostra ratio. nec video quomodo Fed. in consi. per Abb. allegato hoc velit, cū ibi loquatur de iuramē-  
to assertiuo, non autem de hoc promissorio: vnde non esset recedendum à generalitate. Tertiò limi-  
tatur, quando prius factus fuisset cōtractus, deinde ex interuallo istud iuramentum interuenisset: nam  
tunc videntur partes recessisse à cōtractu vero, & per iuramentum voluisse quōd simulatus valeret.  
arg. l. ij. C. quod me. cau. Secus si incontinenti, quia tunc non est verisimile quōd partes voluerint se cor-  
rigere. arg. l. nam ad ea. ff. de cond. & demon. & ita tenet Bar. in d. l. nemo potest. Anto. & Abb. hinc in iij.  
casu, & Imo. in septimo mēbro: pro quo in simili allegat quod habetur in l. per retentionem. C. de vsur.  
in l. Calipodius. ff. de solu. & concludit Abb. quōd quando incontinenti iuramentum interuenit, ne om-  
nino dicatur superfluum & elusorium, debemus in dubio interpretari quod iuratum sit non contraue-  
nire, scilicet apparentiæ cōtractus simulati, quamuis verus cōtractus debeat attendi. & idem videretur  
mihi voluisse Bar. consi. lxxv. Petrus Nico. in fi. Sed istud, vt suprā dixi, est modici effectus, ex quo altero  
vero cōtractum non seruante, poterit alter etiam citra absolutionē detegere simulationē. adde quōd  
pro hac limitatione facit quod no. Bald. in l. vnica. in x. q. C. si fer. exter. vbi dicit, quōd cōtractus nun-  
quam redditur simulatus ex eo quod sit ex post facto: vnde ad probādam simulationē debet deduci ita  
ab initio actum esse. l. iij. §. si ab ignoto. ff. de manum. sequitur Rui. in l. cum ea. C. de transact. Mod. in d. l.  
nemo potest. Sed licet Docto. videantur transire cum hac limitatione, tamen videtur mihi dubitabilis  
74 cum enim iuramentum etiam \* ex interuallo factum accedat cōtractui, debet imitari eius naturam. l.  
fi. C. de non nu. pec. Vnde dicimus in simili, quōd ex quo traditio venit in consequentiā cōtractus, siue  
fiat incontinenti, siue ex interuallo, censetur semper facta sub ea qualitate, sub qua cōtractus, vt dicit  
Imo. Raph. & Ro. in l. qui mihi donatum. ff. de donatio. vbi reprobant Barto. aliter dicentem. Idem te-  
net Roma. in l. post dotem. ff. sol. matrim. & quod no. Alex. in l. j. §. nuntiatio. ff. de oper. no. nunt. Sed cū  
ista depēdeant ex præsumptionibus multum in eis operabitur arbitrium iudicis. Quartò limitatur,  
quando simulatio interuenisset ex parte iurantis tātum, vt quia aliud gerebat in corde, aliud in ore: vel  
vltus sit verbis duplicibus callidē iurando: nam tunc iuramentum tenet, & interpretatur secūdū men-  
tem recipientis. xxij. q. v. c. quacunq; arte. & §. his omnibus. vnde vulgò dicimus, Fallit iurātē iuratio  
facta per artē. vt per gl. in auth. iusiurandū quod præst. ab his. in verb. quatuor. de quo dic vt in dictis iu-  
rib. & per Abb. in c. veniens. §. eo. & adde quod no. Bal. in l. j. C. plus val. quod agi. vbi concludit, quōd si  
vnus contrahentium tantum simulat, alter non, sed credit illud esse in mente quod in ore, quōd in pote-  
state eius est qui non simulat, an velit actum valere vel non. l. & eleganter. in prin. ff. de dol. & l. Iulianus.  
§. si quis colludente. ff. de act. emp. & hoc verum nisi lex præcisē resistat actui, secūdum glos. in l. à diuo.  
Pio. ff. de rit. nup. sequitur Rim. in d. l. cū te. C. de transa. Aduerte tamen, quōd isto casu propriē cōtra-  
ctus non dicitur simulatus, vt per Bal. d. l. j. Pau. Ca. cōsi. cxij. viso pūcto. Sunt enim plures species simu-  
lationū: vnde dicit Bar. in d. consi. lxxv. q̄ quicunq; dicit cōtractū simulatū siue agendo siue excipiēdo,  
debet dicere causam simulationis, & specificē exprimere qualitatem, aliās propter incertitudinem nō  
posset obtinere. arg. c. in præsentia. §. de prob. & semper in ista materia aduocati recurrunt ad illud con-  
siliū Bar. sequuntur mod. in l. imaginaria. ff. de regu. iur. Bartho. Veron. in tracta. simulationis contra-  
ctuum, in xxvij. præsump. Quartus casus principalis Bar. est, quādo cōtractus prohibetur in odiū cre-  
ditoris, & hoc casu concludit quōd iuramentum est seruandum. c. significante. §. de pig. c. debitores. §. eo.  
75 dem. Dicit tamen ¶ quōd per hoc non firmabitur cōtractus: & hoc est magni effectus, quia si seruerur,  
& iuramentum adimpleatur, res incipit esse sine causa penes creditorem, vnde poterit ab eo condici.  
d. ca. debitores. Item poterit peti absolutio, secūdum cap. j. §. eod. Item resultant alij effectus, de quibus  
aliquid



aliquid supra diximus. Videndum in presentia est tantummodo de istis duobus, & circa primum videretur quod non competat repetitio ita indistincte, quia tex. in dicto cap. debitores. loquitur quando debitor ex receptione peccauit, & retinet vsuras quas restituere debet, merito vbi iuramentum est adimpletum, vt quia sint vsuræ solutæ, debet competere repetitio: quia mutuans non est in peccato. Idem in officiali, qui quamuis prohibeatur emere durante officio. l. non licet. C. de contrah. empr. tamen si sibi vendatur cum iuramento, non videtur quod debeat compelli ad restitutionem nisi allegetur aliquis metus. Et istud tenuit hîc Anto. & etiam Ioan. de Imo. concludens non concedendam istam restitutionem, nisi aduersus eum qui turpiter seu cum peccato recepit. Sed quicquid ipsi dicant, opinio Barto. videtur mihi vera per rationem suam. Clarum est, quod vbiunque aliquid alicui dedit, & non subest causa, competit mihi repetitio. toto tit. ff. de cond. ob cau. l. si. ff. de cond. sine cau. Sed si contractus non confirmatur, causa non subest, ergo repetitio concedenda est: nec est distinguendum, peccet retinens vel non peccet. Posset tamen opinio Barto. & Imo. seruari, quando quis iurasset non solum soluere vsuras, sed etiam non repetere: nam tali casu cum qui non repetit det causam delinquendi, concedenda esset absolutio, & ne iuramentum occasionem malo præstaret. vt dicit in cap. j. s. eodem. quæ absolutio & repetitio non concederetur, quando, qui recipit, nihil peccaret: nam cum generalitas verborum iuramenti excluderet iuramentum à repetitione, deberet iuramentum seruari, ex quo non subest aliqua causa, per quam contra illud dispensemus, vt per Abba. hîc in ij. & viij. casu. Circa secundum, nunquid indistincte competat absolutio? Videretur quod sic, maximè tenendo opin. Vincentij hîc, qui dixit, quod in casu huius capituli mulier debet petere absolutionem: quam opin. secuti sunt quamplures Dd. supra per me relati. Sed Abb. hîc tenet contrarium, quod imò in casu nostri tex. non sit cõcedenda absolutio. Mouetur forti fundamento: nam hîc manifestè inducitur differentia inter contractum factum spontè, vel factum metu: sed si factus sit metu, tunc absolutio conceditur. s. eodem. ergo si spontè, non est concedenda. Tenendo tamen opi. Vincentij posset dici, quod quando contractus sit metu, licet regulariter petenda sit absolutio, tamen si ei contractui resistat etiam lex, vt in casu nostro, non tenebit iuramentum neque mero iure, & necessaria non erit absolutio: & sic etiam tenet Abb. s. in vlt. notabi. Vnde differentia est: quia quando simpliciter initus est contractus, absolutio petetur: si per fraudem, ipso iure non tenebit iuramentum. & hoc idem tenet Abb. hîc in vj. casu. Sed tamen quicquid sit, communis opin. est contra Vincentium, quæ procedit in casu istius tex. videlicet quando contractus confirmatur iuramento: sed quando contractus non confirmatur, licet Bart. videatur indistinctè velle absolutionem concedendam, tamen verior videtur opi. Ant. de But. & Imo. quæ etiam fuit de mente Abb. in secundo & octauo casu, vt non sit concedenda nisi vbi creditor esset in peccato, per dictum cap. debitores. & cap. j. s. eo. & sic turpiter reciperet: cum enim iuramentum possit seruari sine interitu salutis æternæ, & non sub sit ex parte alterius turpitudine neque peccatum, certè seruari debet. Et in hoc est differentia inter conditionem rei solutæ & absolutionem: quia qui petit absolutionem, contrauenit iuramento, ex quo absolutio illud extinguit: sed qui condicit, non contrauenit, ex quo soluendo seruauit iuramentum. Vnde in casu quo verba iuramenti essent tam generalia vt comprænderent etiam conditionem, tunc fieret eadem distinctio quæ in absolutione, vt supra ostendi. Ex isto casu infertur primò ad contractum iuratum in dolo: quia si quis deceptus iurauit, isto casu non est dubium quin absolutio cõcedenda sit. Et idem in metu: isti enim contractus propter delictum fraudantis videntur in effectu non tenere, & ideo absolutio concedenda est. c. si verò. & c. verum. s. eod. & quod no. Bar. in l. ij. C. si min. se maio. dix. dum allegat l. si ex falsis. C. de transactio. Fallit quando tantus est dolus, qui omnino excludit consensum iurantem, vt quia cessante dolo quis nullo modo se obligasset, & tunc etiam non petita absolutione poterit conueniri. arg. l. tres fratres. ff. de pact. & ita tenet Feder. consil. xcvi. & Abb. hîc in sexto casu. Et ratio est, quia tunc cum deficiat consensus, iuramentum non obligat. l. si. C. de non numer. pecu. facit l. quod meo. s. si furio fo. ff. de acquir. posse. ff. Fallit secundò, quando iuramentum interuenit in contractu à lege prohibito: nam si vltra prohibitionem accedat dolus, ipso iure non valebit, vt in hoc text. quem ita intelligit Abb. post Vincen. Mediolanensem eximium canonistam, de quo supra dixi in ij. not. Dic vt ibi. Sed quid, si vterque dolosè egit? Et tunc videtur non concedendam absolutionem, & iuramentum tenere, quia dolus cum dolo compenatur. l. si cum ambo. ff. de compen. l. viro. ff. solu. matr. per Bart. d. l. ij. C. si mino. se maio. dix. & ita tenet Corn. in d. auth. in vlt. char. in verb. per iustum. In contrarium mihi videtur esse tex. in l. apud Celsum. s. Marcellus. ff. de doli exce. vbi in pari culpa & dolo non fit compensatio. sed contra actorem pronuntiat. de quo per Dinum in regu. iuris, in pari. de reg. iur. in vj. & mod. c. dilecti. j. de excep. Dicit aliquis, quæ vtilitas est huius dubitationis, an iuramentum ipso iure non teneat, an verò concedenda sit absolutio: cum in effectu non differant, & lex effectum considerat. l. penult. s. docere. ff. ne quis eum qui. l. nomen. in fi. de verborum signific. Sed responde, quod in casibus, in quibus petenda est absolutio, ante eam impetratam si quis contraueniat, est periurus: & ideo à iudicio repellitur: licet enim regulariter periurus à iudicio non repellatur. cap. dilecti. vbi Doct. j. de except. tamen fallit in causa in qua fuit periurus, nam in ea agere non potest. l. si quis maior. C. de transact. Roma. sing. cccxcj. Tu sai. in fine. Alexand. consil. xvij. ponderatis. in ij. & consil. lxxvj. visis. in v. per Modern. in cap. intelleximus. supra de iudic. Secundò infertur ad quæstionem filii familias qui mutuum accepit, & iurauit restituere, an à tali iuramento concedenda sit absolutio? In quo puncto Bartol. in dicta l. si quis pro eo.

pro eo. tenet quod sic, argumen. dict. cap. debitores. ex quo contractus est prohibitus odio mutuantis. l. tamen. in gl. ff. ad Macedonianum. Sed Abb. dicit, quod imò est etiam prohibitus ad compescendam libidinem peccantium, ne filij dissipent & amoueant res paternas vt satisfaciant. argum. l. j. eodem tit. & ideo tale iuramentum tanquam dans occasionem delinquendi, non debet valere, nec debet esse necessaria absolutio. arg. c. cum ab omni. de vita & hone. cle. Eandem sententiam etiam tenuit Ia. de Bel. in d. disputatione, quem sequitur Io. And. in d. tit. de sen. s. vt autem. sed per aliam rationem: nam secundum eos talis contractus est contra bonos mores, vnde non debet iuramentum obligare. c. non est obligatorium. de regu. iur. in vj. Confirmo hanc opi. forti ratione. Nam cum iuramentum reddatur Deo, in eo non attendimus, nisi forum animæ: sed nos habemus, quod in foro animæ quando agitur denuntiatione euangelica, adhuc creditor reicitur, vt est doctrina Bar. in extrauag. ad repri. in verb. per denuntiationem. & Abb. in c. nouit. de iud. ergo idem in foro iudiciario quando interuenit iuramentum, quia solent Doct. istos casus parificare, vt per Inn. in c. plerique. in si. j. de immu. eccle. & per Abb. hîc in quæst. an statuta tollant iuramentum. vers. secundo membro. Sed contra vtranq. opi. tenet Ant. & Io. de Imo. hîc, concludentes, quod imò non competet absolutio, ex quo ex parte mutuantis non est dolus nec peccatum, licet lex odio eum prosequatur. & ista pars mihi videtur verior, & etiam communior, & eam in sua disputatione firmavit Abb. & sequitur Corn. in d. auth. sacramenta. in xj. q. Non obst. ratio Abb. quod talis contractus sit reprobatus, etiam quia datur occasio delinquendi. Nam respõdetur, quod imò dicitur reprobatus solum in odium creditoris, vt probatur in d. l. j. non autem metu iuramenti, vt infra dicam. & ideo si filiuffa. soluat, non possumus dicere quod sit contra bonos mores, quia si ita esset, nulla actio ipso iure competeret. l. pacta quæ contra. C. de pac. & solum repeteretur, quod tamen est falsum. Præterea non est verum quod iuramentum ex quo oritur occasio delinquendi, sit nullum: quia posset procedere quando ex tali facto lex præsumeret ex causa rationabili delictum: sed si simpliciter fiat prohibitio ad remouendum delictum quod posset interuenire, nec lex firmiter per actum prohibitum hoc præsumat, iuramentum tenet, vt vidimus supra per Abb. in quæst. an insinuationi possit cum iuramento renuntiari. quod enim propter mutuum filius induceretur ad machinadã mortem patri, rarissimum fuit apud omnes nationes quamuis infideles. arg. l. iura. ff. de reg. iur. vnde talis occasio est valde à remotis. Bene fatetur Ant. & Imo. quod si effemus in loco vbi tantum scelus soleret fieri, tunc procederet opi. Iac. de Bel. indistinctè. Non obst. ratio, quam adduxi: quia licet in denuntiatione euangelica creditor non posset obtinere contra filiumfam. istud est propter sui odium: sed quando filius iurauit, lex maiori odio persequitur periurium: & ideo creditor tanquam minus delinquens præualeat aduersus eum. arg. l. neganda. C. qui accu. non poss. & ista puto verissima. Sed maior difficultas est respectu alterius remedij, videlicet repetitionis: nam licet Bar. & Ang. in d. l. si quis pro eo. velint, quod ad euitandũ periurium potest filiuffa. soluere creditori, & deinde repetere, tamen istud dictum videtur esse contra casum. dic. l. qui exceptionem. ff. de cond. ind. & l. sed & si pater. ff. ad Mace. vbi etiam si non sit iuratum, non licet repetere, ergo multò fortius non licebit quando est iuratum. Nec obst. quod quando iuratum est, videatur quis soluere timore iuramenti: quia dato quod istud esset verum, non debet tamen competere repetitio. Sicut dicimus in muliere, quæ intercessit: nam licet tuta sit exceptio. d. l. qui exceptionem. si tamen iurauit, & soluit, non potest repetere, nec dicere quod timore iuramenti soluit, secundum Bart. in v. mēbro. & ita dixit Io. de Imo. hîc. Sed tu sustinendo Bar. posses respondere, quod in muliere est aliud, cum ille qui ab ea solutionem recipit, non sit odiosus legi, merito non compellitur restituere, nec fit interpretatio quod solum sit timore iuramenti: quam in creditore, qui est odiosus legi, & lex contra eum interpretatur. cum enim is qui tutus sit exceptione. perinde habeatur in effectu ac si non deberet. l. creditores. ff. de verborum signific. lex præsumit, quod intentionis suæ non sit soluere. l. cum de indebito. ff. de probat. vnde si soluat, cum ex actu appareat de intentione, non potest deinde repetere. Sed si sub sit aliqua causa, per quam possit fieri coniectura non spontaneæ solutionis, ea accipitur, concurrente odio creditoris: vt in nostro casu, in quo videtur soluisse timore iuramenti. Secus si odium creditoris non concurrat, sed fauore solventis sit facta prohibitio: videtur enim soluendo fauori suo renuntiare. & ideo timor iuramenti præsumptus, non est ita sufficiens vt perimat consensum resultantem ex solutione. argument. l. diuus. & quod ibi not. de in integrum restitutione. Sed fortius ego contra Bartol. arguo: cum enim filiuffa familias secundum eius opinio. posset petere absolutionem à tali iuramento, si soluat non potest videri fecisse timore iuramenti, quia is timor non est probabilis, qui euitari potest: sicut neque illud dicitur necessarium, quod commode alia via subterfugitur. l. ij. s. quod diximus. ff. si quis cautio. Vnde cum Barto. ambigüe loquatur, mihi magis placet vt eum intelligamus, quando constat, quod timore iuramenti filius soluit, vt quia sic in solutione protestatus est, alioquin non competat sibi repetitio. Tertiò infertur ad quæstionem creditoris contrahentis aduersus legem: nam videretur indistinctè, quod tali casu deberet propter eius odium competere absolutio & repetitio. argumen. dict. cap. debitores. Et ideo in textu nostro non deberet confirmari: & sic successor neque vniuersalis neque particularis teneretur stare contractui, sed deberet posse contrauenire, prout voluit Vincentius & Feder. cum concordant. supra allegatis. Confirmo hanc opinio. nam si quis emit à pupillo, quia \* contra iura emit, præsumitur bonam fidem non habere. l. qui à quolibet. ff. de contrahenda emptio. cap. qui contra. vbi Din.

vbi Dicitur de regu. iur. in vj. Cum ergo non habeat bonam fidem, videtur legi odiosus, & consequenter debet concedi absolutio, tanquam aduersus dolosum. Nec obstaret inductio Abb. dum dicit, quod iste tex. manifestè inducit differentiam inter contractum metu seu dolo factum, & contractum spontaneum: sed quando metu fit, conceditur absolutio. cap. si vero. §. eodem. ergo si spontè fit, non est concedenda. Nam respondetur, quod imò si dolo, vel metu in nostro casu interueniat, non est necessaria absolutio, vt ipse tenet post Vincent. & supra dixi in tertio notab. & sic adhuc apparet differentia, quia spontaneo non potest contraueniri nisi petita absolute: in violento vel dolo etiam absque absolute tione contractet. Nec etiam obstaret quod de facili euacuaretur dispositio istius tex. & d. authent. sacramenta. & dicto cap. quamuis. quia respondetur, legistatorem solum curasse de peccato, & nihil loqui circa validitatem contractus: vnde concessa absolute, cessat ratio tex. nec per hoc lex dicitur illusoria, imò est magni effectus, quia non impetrata absolute, contrauenientes tanquam periuri non audirentur, vt supra dixi. Sed (quicquid sit) Abb. tenet, quod imò tali casu contractus firmabitur, nec erit aliquod remedium aduersus iuramentum, & cum eo transeunt alij hinc, & in d. authent. sacramenta. quia cum illa lex sit principaliter facta fauore priuato, si pars in cuius fauorem est facta prohibitio illi renūtiat, contrahens cum ea non dicitur committere aduersus legem, maximè respectu Dei, & in actu spirituali. arg. c. si annum. de iud. in vj. Aduerte ad hanc responfionem, quia imò etiam respectu Dei iste contractus excluditur, nec habet actionem. Istud probatur ex doctrina Bar. in d. extraua. ad repri. in verb. per denuntiationem. vbi in denuntiatione euangelica non succurritur contrahenti cum pupillo, vel cum muliere, in casibus à iure prohibitis, ex quo talis prohibitio legis est fundata in ratione naturali, vt succurratur fragilitati minorum vel mulierum. & cum Bar. transeunt Doct. in d. c. nouit. Potes respondere, quod interueniente iuramento hæc ratio locum non habet: quia iuramentum repræsentat pupillum maiorem & discretum: nec præsumitur aliquis ad iuramentum accedere inconsideratè vel inconsultè, vt habetur in d. authent. sacramenta. & in c. ex rescripto. §. eod. & quod no. Abb. hinc per tex. in c. si annum. de iudic. in vj. Ex qua solutione posset inferri, quod si probaretur, quod imò minor vel mulier ex abrupto & inconsideratè, nec participato consilio cum amicis, iurarunt, fortè procederet opi. Vincen. quam sequuti sunt quamplurimi scribentes, vt supra retuli. & ita posset cõcordari opiniones: cogitate tamen. Quartò inferitur ad aliam quæstionem. Quid iuris est, quando debitor qui iurauit est enormiter læsus: vt si quis pro vili pretio renuntiauit amplissimæ hæreditati, & isto casu videtur, quod iuramentum non obligat: quia quando dolo quis decipitur, supra ostendi iuramentum non tenere, nec fraudem suam prodesse creditori: ergo idem quando resultat enormis læsio, nam tunc lex præsumit dolum. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cre. l. si superstitite patre. circa fi. C. de dolo. vbi Fulgo. & videmus, quod paria sunt, siue dolo interueniat ex proposito, siue re ipsa. l. ij. §. si quis sine. ff. de dol. excep. l. si quis cum aliter. ff. de verb. obl. & licet quo ad aliquid differant, tamen in effectu æquiparantur, vt habetur in dictis iuribus. Confirmatur hæc opi. quia \* iuramentum non trahitur ad ea quæ quis ignorat, ex quo in tali deficit cõsensu. l. cum Aquiliana. ff. de transact. Sed quando quis enormiter, puta vltra dimidiam læditur, lex præsumit eum ignorasse verum valorem. l. quisquis. vbi gl. & Bar. C. de rescin. ven. ergo iuramentum non debet eum obligare. Tertiò adducitur secundum Bar. & Abb. quia quando quis contrahit cum verisimiliter consumpturo, contractus non confirmatur iuramento, propter dolum præsumptum recipientis illud. arg. l. si quis cum sciret. ff. pro emp. ergo multò minùs in isto casu debet confirmari, cum in eo tunc actualiter male consumat. Et licet donatio per minorem facta confirmetur iuramento, secundum authent. sacramenta puberum. vt est communis opinio, tamen non procederet in donatione adferente enorme præiudicium minori, per d. rationem. & sic tollitur responsio Imo. hinc, & Alex. consi. cxxv. in j. Quartò adducitur, quia etiam videmus, quod \* si arbiter enormiter læserit, potest contraueniri, dato, quod sit renuntiatum cuilibet reductioni etiam cum iuramento. l. si libertus ita. ff. de oper. liber. & habetur in c. Quintauallis. §. eo. & quod no. Dec. consi. lx. & licet talis læsio proueniat ex facto tertij, & sit incerta, tamen idem est in casu nostro quando prouenit ex facto iurantis, ex quo etiam tali casu præsumitur ignorantia respectu eius. d. l. quisquis. Quintò adducitur, quia non potest negari quin si iuramentum seruaretur, resultaret magna iniquitas: vnde \* iuramentum non debet præstare auctoritatem iniquitati. c. quanto. c. et si Christus. §. eod. & in hoc casu non est simplex iniquitas, sed longè grauior, quam sit in hoc tex. & in d. ca. quæuis. & in d. authent. sacramenta. ex quo in illis iuribus aderat verus cõsensu: sed in casu nostro non est verus cõsensu, imò lex præsumit deceptionem & ignorantiam, & est fundata super ratione naturali, & colorata, vnde debet attendi huiusmodi præsumptio etiam in materia iuramenti, vt supra vidimus in tertio membro. Cum enim ex forma contractus, à qua dignoscitur intentio contrahentium, vt dicit Aret. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obli. appareat quod voluerunt alium contractum facere, quam donationem, si ex enormi læsione non posset contraueniri, resultaret donatio contra mentem & cõsensum partium, & sic maxima oriretur iniquitas. Sextò adducitur, quia quando minor contrahit cum eo cui debet reuerentiam, contractus videtur factus metu reuerentiali, accedente aliqua coniectura. l. j. §. quæ oneranda. ff. quar. rer. ac. sed ista oriens ex tam graui detrimento, est magna coniectura, imò præsumptio legis, quia nemo præsumitur donare. l. cum de indebito. ff. de prob. imò verisimilius est per metum fecisse. c. super hoc. §. de renunt. Pau. consi. clxxvij. contra superius. Soci. consi. cclxij. capio primum. & habetur per mod. in c. causam matrimonij. §. de off. dele. & dixi aliquid §. in j. not. Septimò facit quod

82 facit quod not. Bart. in l. j. in fi. ff. de præst. stip. vbi quamuis quis promittat \* stare dicto alicuius, non tamen tenetur stare si enormiter lædatur: & ampliatur illud, etiam si iuramentum intercesserit. & per istas rationes Anch. in c. j. de consti. in xj. dubio, refert se consuluisse, quod puella qua renuntiauit successioni paternæ cum iuramento, si enormiter sit læsa, potest contrauenire, non obstante c. quamuis. de pact. in vj. & ita consuluit in consil. xxxvij. pro clariori. lxxxij. visis. consil. clxxx. visa diligenter. & consil. cclxxvj. in supra dicta. Idem tenet Cald. consi. vij. duæ puellæ. Fed. de Sen. cõsi. cxcix. quæritur an Ant. de But. & Abb. hinc. Idem Ant. consil. xlv. iuris rigor. Abb. consil. viij. Laurentia. consi. cvij. quatuor. in ij. Raph. Com. consi. clxxx. videtur prima fronte. Paul. de Cast. d. consi. clxxvj. Aret. consi. xcij. viso legato. Andr. Sicul. consil. xxj. & quidem. in j. & consil. liij. præclarè in ij. Cor. consi. ccxiiij. in ij. & in aliis consiliis, vbi referit ita etiam consuluisse Io. Petrutium & Bened. Capram præceptores suos. & idem refert in d. authent. sacramenta. in verbo, inuiolabiliter. vbi latissimè attingit Alex. in l. stipulatio hoc modo. de verb. oblig. & consil. lxxxix. viso puncto. in ij. & nouissimè secundum hanc opin. consuluit Decius consil. clxxx. per totum. Contrariam opin. tenet Ioan. de Imol. hinc, & in d. c. quæuis. per illum tex. quem ibi sequitur Domin. de B. Gemin. nam ibi tex. loquitur in minore, & in filia renuntiante paternæ hæreditati, & procedit ille tex. etiam modico vel nullo accepto, secundum Rom. & Aret. in l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred. & istud videmus quotidie in practica: quia quædo fiunt istæ renuntiationes, semper interuenit maxima læsio: vnde cum text. generaliter loquatur, & experientia doceat interuenire læsionem, nihilominus ibi dicitur iuramentum esse seruandum, ex quo sine interitu salutis eternæ potest seruari: quæ ratio habet locum etiã data enormi læsione, quia magis curandum est de salute animæ, quam de rebus. xij. q. ij. c. præcipimus. & licet text. excipiat dolum, tamen debet intelligi de dolo vero, qui ex proposito inducitur, non de dolo præsumpto, aliàs ille tex. esset potius impositus verbis quam effectui. Vnde meritò dicit Imol. quod multi noluerunt subscribere consilio Anch. & per illum text. ita tenet Alexand. in consil. cxxv. in j. vol. vbi attestatur istam esse communè opin. & consil. liij. visis in ij. Franc. de Curt. consi. xliij. super contingentia. consi. lxvj. in vlt. dub. & in hanc partè videtur inclinare Corn. in repet. d. authent. sacramenta. cum aliqua tamen modificatione. pro hac etiam facit gl. in l. j. C. de rescind. vend. & in c. pen. de empt. & vend. & ibi communiter Doct. concludunt, quod quando minor cõtrahit, & iurat non contrauenire contractui, neque ex causa ætatis, neque alia, quod tunc non poterit allegare se læsum enormiter, & sic vltra dimidiam iusti pretij. Et sic videtur mihi esse cõmunis conclusio, contra hanc opin. Adducunt etiam pro parte quædam alia fundamenta, sed leuia, quibus respõdet Corn. in d. consil. ccxiiij. vnde tota vis istius puncti restringitur ad hæc duo fundamenta. quare tu tenendo opi. Ant. de But. & Abb. responde ad d. c. quamuis. quod ibi non cadit enormis læsio, etiã si filia nihil haberet: nam loquitur in renuntiatione facta patri de eius hæreditate, & sic de iure quod erat in spe, & potuisset accidere quod nihil habuisset: vt si pater facultatibus lapsus esset, vel ipsa ante eum turbato ordine decessisset, iuxta tex. in l. nam si parentibus. ff. de inoff. testa. Enormis \* igitur læsio dicitur, quæ iuri quæsito præiudicat, non autem quærendo: facilius enim remittitur ius quæsitum, quam quærendum. arg. l. si sponsus. §. si maritus. §. fin. ff. de don. inter vir. & licet minor restituatur etiam propter lucrum deperditum. l. ait prætor. §. si. l. verum. §. si locupleti. ff. de mino. & declarat Raph. Com. consi. cxiiij. Anto. in ij. dubio. tamen quando iuramentum interuenit, non est de eo quærendum, d. c. quæuis. & habetur in d. authent. sacramenta. Ad not. in d. l. ij. respondeo, quod doctrina Doct. non cõtradicit huic cõclusioni: nam fateor quod per talia verba generalia censetur renuntiatum etiã dispositioni illius legis: & ideo si is qui iurauit ageret secundum illam legem, & peteret fundum restituendo pretium, vel peteret sibi suppleri, malè ageret. Si verò simpliciter allegaret se fuisse deceptum, & propter dolum diceret iuramentum non tenere, posset vindicare rem venditam, tanquam venditio esset nulla: quia sine debita solutione, quæ per iuramentum dolosum non potuit suppleri. & ita declarat Rapha. Com. in d. consilio. clxxx. in fin. Vis ergo stat in modo agendi: licet enim per illa verba generalia censetur renuntiatum. dicta l. ij. non tamen censetur renuntiatum. vbi dolo subesset. l. actione. C. de transaction. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. & cum in enormiter læso præsumatur ignorantia. dicta l. quisquis. sequitur deceptionem præsumi. Procederet igitur opinio. gloss. Bartol. & Docto. in eo qui sciret verum valorem, & nihilominus præstaret tale iuramentum: quæ sciëntia colligitur ex cõiecturis, secundum Nicol. Math. & Bald. in d. l. ij. & per Io. de Imol. hinc: vt si diligens agricola vendit agrum suum: verisimile enim est eum scire valorem illius agri quem colit vel inhabitat. Amplia hanc communè conclusionem, vt procedat etiã in maiore, secundum Anto. de But. & Abb. hinc, qui loquitur, quædo maior simpliciter iurauit nõ contrauenire contractui, vt possit adhuc cõtrauenire quædo interuenisset enormis læsio. quia de tali nõ videtur actum. Idemque si iuramentum esset conceptum per verba valde generalia, vt quia maior iurasset nõ contrauenire aliqua de causa: cum enim hinc propter enormitatem damni præsumatur dolo, nõ debet cõferri sub ista generalitate de eo actu. d. l. omnes. §. Lucius. cum similibus. Sed contrariū in hoc est de mente scribentium in d. l. ij. & etiã firmat Imol. hinc: quia hoc modo iuramentum nihil operaretur, quod tamè dicendum non est. arg. l. si quædo. de leg. j. Item quia \* dispositio affirmatiuè cõcepta includit omnia remedia, vt est gl. in l. j. §. sed videndum. ff. de success. edict. quanto magis negatiua, secundum glo. in l. hoc genus. ff. de cõd. & demon. Vnde cum in casu nostro promittat quis nõ cõtrauenire quacumque de causa, perinde debet esse ac si specialiter de ista enormi læsione esset actu. Sed hæc argumeta parū vrgent: quia ad primū respõdetur, quod iuramentum satis



operatur ex quo\* addit for. c. fi. de for. cōpe. in vj. Ad secundū dicitur, dato quòd generalitas ser- 85  
 monis possit cōprehendere etiam lētionē magnam, tamē de ea nō cēsetur actum propter dolū re ipsa.  
 arg. l. actione. C. de transact. l. creditor. §. Lucius. ff. mād. Fortius igitur ego arguo cōtra hāc opin. Nam  
 si lætio esset etiam in minimo citra dimidiam iusti pretij, non competeret remedium d. l. ij. vt ibi omnes  
 fatentur: vnde si facta sit talis renuntiatio, debet saltem operari vt illud minimū per quod exceditur di-  
 midia iusti pretij, quo ad lætionem nihil operetur, quia talis non esset enormis lætio. Sicut dicimus in si-  
 mili, quòd quando quis vendit, & subdit, quòd si res aliquid plus valet, illud donat: illud modicū dona-  
 tum impedit remedium d. l. ij. ex quo fit cōputatio, eo quod donatum est cōputato in ipso pretio, vt di-  
 cit Alex. & moder. in d. l. si quis cum aliter. Vnde concordādo opiniones possēt dici, quòd si lætio est sim-  
 pliciter enormis, stante tali renuntiatione non succurratur maiori. ita loquuntur Doct. in d. l. ij. Secus si  
 sit enormissima, vt quia nō sit consecutus nisi quartam partē valoris ipsius rei. & ita loquitur Abb. hīc.  
 Facit, † quia qui renuntiat enormi lætioni, non censetur per hoc renuntiasse enormissimā, vt per Bar. 86  
 in l. si societatem. §. arbitratorum. ff. pro soc. & quod not. Angel. in quæst. sua, incip. duo litigantes. & Imol.  
 hīc, versic. sed iuxta prædicta potest. Secundò † ampliatur prædicta conclusio, vt procedat etiam si 87  
 præcise quis iurasset non contrauenire propter enormē lætionem vel enormissimam: adhuc enim si sit  
 minor, secundum d. auth. poterit contrauenire, propter dolū præsumptum contrahentis cum eod. arg.  
 d. l. si quis cum scriberet. ff. pro empto. & quia, qua facilitate contraxit, eadem præsumitur dicta verba ap-  
 posuisse. arg. l. doli. §. diuersum. ff. de nouat. & quod not. Bartol. in l. si. §. idem quæsiit. ff. de cond. indeb. &  
 Alex. consil. clxxvij. vīsa scriptura. lib. ij. Et pro hac ampliatiōe facit quod notat Bal. in rub. C. de rer.  
 permut. circa fin. vbi dicit, quòd in contractu damno factō etiam cum iuramento, simplicitas † præ- 88  
 sumitur in minore, muliere, & rustico: & tale iuramētum per episcopum relaxari debet. Idem tenet in  
 c. j. §. item sacramenta. de pac. iur. firm. Et licet Imol. hīc dicat hanc opinionem videri contra Doctores  
 in d. l. ij. tamen vltra prædicta potest dici quod non: quia dato quòd ipsi velint iuramentum tenere, ta-  
 men non loquuntur quando absolutio cōcessa est, quæ concedenda est, ex quo præsumitur dolus in re-  
 cipiente tale iuramentum, vt supra diximus. Fortius sentit hic Abb. quòd imò etiam in maiore erit  
 concedenda absolutio: quia renuntiatio talis videtur apposta potius ex verborum exuberātia, quam  
 solent notarij apponere pro conualidatione contractus, quā quòd ita esset de mente contrahentium.  
 arg. c. cum venissent. infra de instit. & quod not. in c. quinquauallis. supra eod. & in simili per Specul. in tit.  
 de empr. & vend. §. nunc videndū. vers. quid si vendas equum. Melius facit quod not. Bar. in l. j. in vj. q. ff.  
 de iure codicill. vbi dicit, quòd clausulæ solitæ apponi de consuetudine notariorum, nihil operantur:  
 cum multis simil. per Franc. de Curt. consil. 50. & consilio lxxvj. And. Sicul. consil. xliij. consil. xlvij. item  
 consil. lvij. in j. consil. xvj. consil. xxxiij. consil. xliij. consil. lx. in ij. Socin. consilio ccl. Sed ad hanc ratio-  
 nem Abb. respondet Alex. and. consil. cx xv. quòd imò notarius in dubio non præsumitur apposuisse di-  
 ctam clausulā ex seipso, imò præsumitur quòd partes ipsæ ita sibi mandauerint, ex quo præsumitur pro-  
 veritate instrumenti. l. cum precibus. C. de probat. & facit quod not. Bart. in l. quòd si nepotes. ff. de tes-  
 tam. tutel. Sustinendo Abb. possēs respondere, quòd dictū Ale. procederet, nisi ex alia parte instrumen-  
 ti aliud appareret: cum enim ille qui vendit, eo ipso quòd facit contractum venditionis, ostendit quòd  
 non vult donare: generalitas verò istius clausulæ importat in effectu donationē: ne aduersus mentem  
 contrahentis aliquid inducatur, potius præsumimus ea esse verba notarij, non autem partium: & hoc  
 quando constat de ea consuetudine solita esse apponi. Præterea si in tali instrumento notarius apposue-  
 rit alias renuntiationes & clausulas impertinentes, videtur ratione consuetudinis suæ hanc quoq; ap-  
 posuisse. arg. l. qui filiabus. ff. de leg. j. & eius quod notat Specul. in dicto ti. de empr. & venditio. §. nunc  
 videndum. allegato hīc per Abb. & quod notat in l. Iulianus. §. idem Iulia. & l. j. in fin. de actio. empr.  
 & ad horum declarationem adde ea quæ dixi in l. j. §. si quis ita. in iij. not. ff. de verbo. obliga. Et sic potest  
 defendi opinio Abb. quæ mihi placet, quando enormissima lætio sequeretur, prout etiam ipse videtur  
 intelligere: aliàs ex sola enormi, stante tali clausula, non putarem esse maiori consulendum. & ita intel-  
 ligo not. in dicta l. ij. Tertio † ampliatur vt procedat prædicta conclusio, etiam si quis in instrumento 89  
 renuntiasset exceptioni doli mali, & in factum, & generaliter cuiunque alij exceptioni, defensionī, &  
 legum auxilio: quo enim errore fuit quis inductus ad faciendum talem renuntiationem, eodem etiam  
 ponit tales clausulas, vt per Bar. in l. fin. §. idem quæsiit. ff. de cond. indeb. per Alex. consilio lxxxix. vīso  
 puncto. lib. ij. & in terminis ita consuluit Decius in dicto consilio clxxx. & quod not. Corn. dicto consil.  
 ccxiiij. in iij. Et idem videtur etiā si decretum iudicis interuenisset: quia dato, quòd præsumatur pro  
 decreto. l. j. C. de præd. curia. tamen ista præsumptio cessat si de enormi lætione appareat, & ita consu-  
 luit Paul. de Cast. consil. supra alleg. quod est in nouissimis. Corn. dicto consil. ccxiiij. clxxiiij. in j. volu.  
 sequuntur modern. in repet. dicti c. quamuis. & idem sentit Fulgo. etiam si interuenisset auctoritas tuto-  
 ris, in consilio ccxxxvj. Dinus in fin. Limitatur hæc conclusio, vt non procedat quando apposta es-  
 set clausula, quòd omne quod plus valet, donat: & ex aliquibus circumstantiis appareret maiorem re-  
 nuntiantem velle donare. l. si quis donationis. ff. de contrah. empr. & ita intelligit Abb. sed non declarat  
 quæ circumstantiæ sufficiant: & putarem, quòd si ex forma statuti requiretur certa sollemnitas in dona-  
 tionibus, & illa esset seruata in tali contractu, accedente illa clausula, quòd si plus valeat intendit dona-  
 re, quòd satis dicatur constare de animo donandi, ex quo forma cōtractus arguit mentem contrahen-  
 tium.

tium. dicta l. j. §. si quis ita. vbi Aretin. ff. de verbo. obliga. arg. l. insulam. ff. de præscript. verb. Idem pura-  
 rem quando aliquis contraheret cum valdē coniuncto, quia ex maximo amore de facili præsumitur  
 donatio: nam stante tali clausula, satis debet præsumi quòd mens concordet cum verbis: & tali casu  
 vinculum sanguinis tollit suspicionem fraudis, secundum Alber. de Ros. & Iac. de Put. in l. patrem. in fi.  
 ff. quæ in fraud. cred. Cin. & Salic. in l. j. C. ad l. lul. repet. in quo tamē multum operabitur arbitrium iu-  
 dicis, qui ex qualitate contrahentium considerabit, an error vel dolus interuenierit, vel timor reueren-  
 tialis. Idem etiam si contaret quòd renuntians haberet certam scientiam valoris ipsarum rerum: nec  
 sufficeret illa clausula quam Notarij solent apponere, quòd sciens non per errorem iuris vel facti re-  
 nuntiat & c. arg. not. per Bartol. in d. §. idem quæsiit. Sed si renuntians habebat cognitionem rei, vt quia  
 incoleret agrū cui renūtiavit: nam tunc nō potest capi alia præsumptio quā donationis. & ita intelli-  
 gitur quod not. Franc. de Curt. consil. lxxvj. super præmissa. Limitatur secundò, si renuntiatio fuisset  
 geminata: nam cum reiteratur ex interuallo contractus, cessat præsumptio fraudis vel erroris secundū  
 Decium, qui ita consuluit consilio clxxxj. & hoc propter virtutem geminationis, de qua per glo. ij. q. iij.  
 si quis iratus. & in c. ex literis. in verb. admonita. j. de duor. per Bar. in l. cum scimus. C. de agric. & cens.  
 lib. xj. Bald. in consilio schismatis, posito in rubr. C. si quis aliquem test. prohib. Abb. in c. si cautio. in fi. §.  
 de fid. instr. Sed aduerte, quia possēt intelligi hæc limitatio, quādo reiteratio interuenisset post longum  
 tempus, id est, biennium, secundum l. si mulier. C. ad Velleia. aliàs illa lex obstaret, & dicta l. doli. §. diuer-  
 sum. ff. de nouat. & facit l. j. §. si onera dæ. versic. sed si post interuallum. ff. quarum rer. act. & quod not.  
 Paul. de Castr. consil. cccv. notandum est. in ij. vol. in nouissi. Quintus casus principalis Bar. est, quan-  
 do contractus prohibetur in fauorem alicuius, & tunc concludit quòd iuramentum confirmat contra-  
 ctum. dict. c. quamuis. in verb. firmatum. & ideo non poterit concedi absolutio, neque repetitio. Fallit  
 90 quando † lex resistit personæ iurantis, quia tunc peccaret. cap. ij. de maiortate & obediē. & ideo iura-  
 mentum esset ipso iure nullum. Si verò lex solūm resisteret personæ recipientis iuramentum, tunc esset  
 concedenda absolutio, propter odium eius qui contra legem illud recipit. arg. d. c. debitores. de quo dic  
 vt supra in iij. casu. Est verū quòd ad tex. in d. c. quamuis. potest responderi, quòd illud verbum, firma-  
 tum, intelligitur, id est affirmatum, vt referatur ad consensum, non ad validitatem contractus: quia  
 text. loquitur conditionaliter: aliàs sequeretur, quòd vbi contractus non firmaretur, id est, validaretur,  
 iuramentum non esset seruandum, quod est falsum, & contra tex. in d. c. debitores. Sed tamen quicquid  
 sit, in hoc casu mihi placet opin. Bart. quæ cōmuniter approbata est circa hunc casum. Abbas nihil scri-  
 bit, quia eum tractat vnā cum tertio. Et tamen aliqua differentia, quia in tertio prohibitio erat etiam fa-  
 uore publico in consequentiam: in isto non videtur fieri aliqua consideratio fauoris publici: & sic sentit  
 Bartolus, quòd senatusconsultum Velleianum, & oratio diui Seueri, ne minores alienent, & interdictio  
 prodigi, neque in consequentiam respiciant fauorem publicum: quod nota, quia Abbas hīc videtur  
 sentire oppositum in octauo membro. Sed opinio Bartoli mihi placet, quia ex quo omnia bona reman-  
 ent in homines de iurisdictione, non videtur quicquam interesse publicè. argum. l. sed & si lege. §. con-  
 suluit. ff. de peti. hæredita. & §. fin. Instit. de his qui sunt sui vel alien. iur. & supra dixi. Ex hoc inferitur  
 primò, an mulier fideiubens cum iuramento, possit compelli, an verò obstat exceptio Velleiani. Et  
 Bartolus concludit esse compellendam, ex quo tale senatusconsultum est factum in sui fauorem, nec  
 prohibet personas. l. ij. ff. ad Velleia. & ita tenent scribentes in dicta l. si quis pro eo. Anto. & Io. de Imol.  
 hīc, & probatur à fortiori per istum textum, quia si iuramentum cōfirmat contractum, istō casu in quo  
 agitur etiam de fauore publico saltem in consequentiam, quāto magis confirmabit vbi fauor publi-  
 cus nihil impedit? Et istam conclusionem intelligunt Doctores procedere etiam si mulier certiorata  
 non sit de dicto beneficio: quia iurans censetur cogitasse saltē in genere, q̄ nullo beneficio vtetur quod  
 sibi competere possit. & ita probatur in c. ex rescripto. in sui generalitate. supra eo. vbi Felin. post alios:  
 & Ant. & Abb. in c. si diligenti. de for. compet. Archid. & Ioan. Andr. in d. c. ij. de pact. in vj. Paul. de Castr.  
 in l. fin. ff. ad Velleian. Romanus in l. sciendum. de verborum obligation. Sed contra supradicta obstat  
 glo. in authent. si qua mulier. C. ad Velleian. vbi mulier non potest intercedere pro marito etiam si iuret  
 quia tale iuramentum est nullum. l. non dubium. C. de legibus. & illam gloss. sequitur ibi Iacob. Butr. &  
 dicit Salice. quòd Doctores cum ea transeunt. Potes dicere quòd illa glo. non procedit de iure Canon.  
 per istum tex. & ita tenet Albericus de Ros. Ang. & Paul. de Castr. ibi. Sed tu potes illam gl. sustinere in  
 casu quo ageretur de magno præiudicio ipsius mulieris: nā tunc propter enormē lætionē præsumeretur  
 metus reuerentialis mariti, & iuramētum esset relaxandū, per ea quæ dixi in præcedēti membro. & ita  
 saluauit istam glo. supra in ij. nota. & facit, quia vbi agitur de tali lætione, non præsumitur mulier certio-  
 rata, & iuramentum eam non obligat. argum. not. per Bald. in l. ij. in ix. quæst. C. de rescind. vend. & ita  
 consuluit Decius dicto consilio clxxx. in fin. & ista opinio mihi placet. Secundò inferitur, an stante  
 statuto quòd mulier nullo modo possit obligari sine consensu agnati, si accesserit iuramentum, oblige-  
 tur, dato quòd dicta sollemnitas non interuenierit? Et Bart. in dicta l. si quis pro eo. videtur tenere quòd  
 sic, ex quo hæc sollemnitas fuit introducta in fauorem ipsius. argum. istius textus, & dict. authent. sacra-  
 menta. & hoc nisi lex resistat personis contrahentium, vt per eum, & supra dixi, & sequitur Angel. Paul.  
 & scriben. in dicta l. si quis pro eo. & videtur de mente Canon. hīc: & indistinctè hanc conclusionem fir-  
 mauit Christopho. de Castil. in disput. sua incip. statuto ciuitatis Papiæ. & facit, quia vbi sola æquitas  
 Tomus 5. Iii ij iuris

iuris canonici attenditur, tale statutum non est obseruandum: vnde potest mulier sine dicta solennitate donare piæ causæ, vt dicit Abb. in c. relatum. per illum textum. j. de testam. & consuluit Baldus in consilio cclx. in ij. & per repet. in dicta l. nemo potest. in ij. quæst. Bartol. ff. de leg. j. quantò magis in iuramento, in quo legem diuinam seruamus. facit quod notat Alex. consil. xcij. in ij. Contrariam opinionem, quòd imò indistinctè iuramentum tali casu non obliget, tenuit Baldus in dicta l. ij. in ix. quæst. Mouetur, quia mulieres & minores facillè decipiuntur minis, blanditiis, pollicitationibus, vt habetur in authent. vt immob. ante nupt. §. & si consentiat. Et ideo valet statutum, ne sine consanguineis consentiant. quia potest lex ciuili ex causa limitare ius diuinum. l. fin. C. si contra ius vel utilita. public. & eandem opinionem etiam sequi videtur Petr. de Anchar. in repet. dict. ca. canonum. in xj. quæst. circa finem. & Anto. & modern. in dict. cap. ij. suprà de maiorita. & obed. qui istud intelligunt, quando lex resistit personis, ne sine dicta solennitate contrahant, de quo suprà vidimus in ij. casu. Puto opin. Bartol. esse communiorum & veriorum, ex quo statuentes non possunt inducere solennitates in præiudicium iuramenti, nisi in casu declarationum quas suprà tradidi: vnde hæc quæstio deciditur ex ibi notatis. Putarem tamen, quòd in foro ciuili talis cõtractus sine illa solennitate factus, quamuis iuratus, non habet executionem, quando iudices ex forma statutorum habent iurisdictionem, & exequerentur statuta, & eis deficientibus ius commune, nam non censerentur habere iurisdictionem contra statuta: & ideo non possent cognoscere & facere quod talis contractus seruaretur. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitr. per Bartolum in l. ambitiosa. in iij. & v. regula. ff. de decret. ab ordin. facit quod notat Bald. in l. obseruare. §. proficisci. in xxvij. quæst. ff. de offic. proconsul. Jac. Butr. & Bald. in authentic. statuimus. C. de episcopo. & cler. Nec obstat cap. ij. de iureiur. in vj. quia non potest intelligi in hoc casu, cum quoad huius contractus executionem non sit iudex, sed persona priuata: & text. in dict. c. ij. loquitur in habentibus iurisdictionem: imò in quacunque generali commisione intelligitur, si iurisdictionis sub sit: quia exceptio iurisdictionis nunquam censetur reiecta, vt est gl. in Clem. j. in fin. de sequestr. possess. de qua per Docto. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de operis noui. & vide Bald. in repet. l. ij. ff. eod. Tertio infertur, an contractus prodigi firmeretur iuramento. Et videtur quòd sic: quia prohibitio censetur facta in eius fauorem, per istum textum. nam prodigus æquiparatur adulto habenti curatorem. l. si curatorem. C. de integ. rest. min. sed adultus obligatur iuramento. dict. authent. sacramenta. & ita tenent Anton. & Imol. hic. Rom. & Aret. in l. is cui bonis. ff. de verbo. oblig. In contrarium t̄ est communis conclusio, quam tenent Bartol. Bald. Angel. Anchara. Paul. Alexand. & modern. in d. l. is cui. Nam tale iuramentum caret iudicio & ratione, vnde non tenet c. & si Christus. suprà eod. & contrahens cum eo satis est in præsumpta fraude, secundum Abbatem hic, quem suprà retuli. Nec obstat ratio contraria: quia vltra dicta per Ias. in d. l. is cui. potest responderi quòd imò prodigus non ita indistinctè æquiparatur adulto: imò quoad alienationem bonorum, æquiparatur furioso. d. l. is cui. & l. Fulcinius. §. adeo. ff. ex quibus caus. in possess. ear. quo verò ad acquisitionem, æquiparatur pupillo. l. obligati. vbi notatur. de autor. tuto. Quando verò cum autoritate curatoris contrahit, æquiparatur adulto. d. l. si curatorem. Ex qua distinctione apparet, quòd quoad alienandum cum æquiparatur furioso, deficit iuramentum tanquam indiscretum, & cui legitimus consensus non accesserit. Et istud maximè procederet in eo qui non solum esset prodigus bonorum, sed etiã morum, vt in luxurioso. arg. l. si quis cum sciret. ff. de vsuca. pro empr. & in tali puto quòd neque Ant. neque Imol. contradixissent, vt apparet ex notatis per eos, dum allegant dict. l. si quis cum sciret. & per Abb. hic in nono casu. Cetera dicenda sunt vt latius per modern. in d. l. is cui. Quarto infertur ad impuberem seu pupillum capacem doli, an si contrahat contra prohibitionem legis, contractus firmeretur. Et videtur quòd sic: cum enim talis sit decem annorum cum dimidio, & proximus pubertati, secundum gl. in l. pupillum. vbi modern. ff. de reg. iur. & obligetur naturaliter, vt est text. in l. j. vbi Bartolus & Doctores. ff. de nouat. sequitur vt iuramentum confirmet contractum, prout in aliis suprà dictis casibus. Et pro hoc videtur textus in c. ex literis. ij. infrà, de sponsalibus. vbi talis impubes potest censura ecclesiastica compelli ad contrahendas nuptias, quas se contracturum iurauerat. Et facit, quia licet pueri non obligentur periuriis. xxij. quæstione v. cap. paruuli. tamen si sint proximi pubertati, obligantur. cap. j. de delict. puero. l. fin. ff. de liber. caus. l. qui iurasse. vbi not. ff. eod. sicut per glossam & Doctores in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & sic limitat ratio euitandi peccati, per quam rationem fundatur iste textus. & similia iura. Et hanc partem tenent Hostiensis, & Ioan. Andr. & Io. de Imol. hic, Archid. in c. quamuis. de pact. in vj. Abb. in consil. xxxix. duo sunt. in primo. consilio cvij. incip. illud. in ij. Bartol. Salic. Paul. de Cast. Alexand. in d. l. qui iurasse. Rom. in d. l. is cui. Jac. de Beluis. & Andr. de Iser. in c. j. §. item sacramenta. de pac. iura. firm. Salic. Paul. de Cast. Aret. & Corn. in dict. authent. sacramenta. & est de mente Cald. in consil. viij. sub eod. titul. Et secundum hanc opinionem latè consuluit Cor. consil. cclx. in j. vol. & dicit Decius in dict. l. pupillum. quod hæc opinio est communiter approbata. Et istud procedit saltem apud Canonistas, secundum Corn. vnde cum simus in materia peccati, in iudicando eorum sententia debet attendi iuxta ea quæ dixi s̄. in vlt. notab. & quod not. Anchar. in dispu. sua incip. antiquis & modernis temporibus. Contrariam partem tenuerunt alij scribentes in d. authent. sacramenta. glo. Accurf. Guil. de Cun. Pet. Cinus, Odofred. Jacob. Butr. Bal. Ang. Alber. Fulgo. Ant. de Alex. & Ias. Idem tenuit gloss. eorum ibi. Bald. Jacob. Alber. & Præpos. in d. §. item sacramenta. Paul. de Cast. consil. ccx. v. incip. si non interesset. Raph. Fulgo. consil. ccxxxvij. incip. Dinus inquit. de feudis. consilio xxxj. & modern.

modern. in d. l. is cui. Et sine dubio ista est magis communis conclusio, pro qua adde primò text. in d. authent. sacramenta. quæ cum de pubere loquitur, non videtur ad impuberes extendenda, ex quo in eis non est tanta ratio. l. fin. vbi Bal. C. de interd. matri. præsertim cum d. authent. sit correctoria iuris communis, vt est magis communis opinio. Et dato, quòd sit fauorabilis fauore animæ, non tamen est extendenda ad casum nostrum, in quo non videtur agi de periculo animæ, ex quo propter atarè pupilli deest iudicium, & sic consensus, vnde concedenda esset semper absolutio, vt infrà dicam. Et quòd non sit tanta ratio apparet: quia licet in quibusdam impuberes doli capaces, & puberes æquiparètur, videmus tamen in actibus grauioris ponderis, esse constitutam differentiam. l. qua atate. ff. de testa. Instit. quib. 92 mod. tutel. fin. §. j. cum simil. Secundò pro hac parte stringit, quia iuramentum debet t̄ habere comites, veritatem, iudicium, & iustitiam. cap. & si Christus. s̄. eod. aliàs non tenet: sed in pupillo non adest iudicium. l. pupillus. ff. de acquir. hæred. & est casus in l. videamus. ff. de in litem iuran. & in c. pueri. xxij. q. v. Tertio facit, quia talis impubes non obligatur voto. c. j. de regularib. in sexto. c. significatum. eod. tit. & quod not. Innocen. in c. scripture. j. de voto. vbi dicit, quòd in votis impuberum facillè dispensatur. Non obstat quòd obligetur naturaliter: quia ista naturalis obligatio est modici præiudicij: sed in iuramento, ex quo inde magnum oriatur præiudicium, maximè propter restitutionem in integrum sublata, lex non habet iuris consensum pro vero consensu, nisi sit pubes. d. authent. sacramenta. Et cum ista lex sit fundata in bona & naturali ratione, debet attendi etiam in materia iuramenti, vt suprà post Anton. & Abba. conclusum fuit. Non obstat textus in cap. ex literis. quia potest tolli eadem responsione: quamuis enim teneatur seruare iuramentum sub pœna excommunicationis, tamen si ea non obstante nolit obseruare, debet iudex etiam ex seipso absolutionem concedere, vt ibi notant Ioann. Andr. & modern. & habetur in c. significauit. j. de eo qui dux. in marr. quam poll. per adult. vnde cum tale iuramentum in illo casu non sit æquè præiudiciale, satis potest pupillus ligari: sicut videmus etiam de iure ciuili, quo iure in sui damnum pupilli iuramentum eum non obligat. d. l. qui iurasse. Et ita propter fauorem libertatis quam inde consequitur, procedit d. l. si. ff. de liber. caus. Nec aliquid probatur in dicto c. ex literis. quòd contractus per tale iuramentum firmeretur, imò potius oppositum, tenendo opinionem Ioannis Andr. quòd ibi remittenda esset censura. Potes etiam respondere ad illum textum, vt infrà dicam. Non obstat quòd ex periurio peccat: quia non sequitur quòd per hoc contractus sit obseruandus, sicut etiam prodigus ex periurio obligatur sicut ex cæteris delictis, vt habetur in d. l. si quis in tantam. & tamen alienatio cum iuramento per eum facta non valet, vt est communis opinio, & suprà dixi. Et qualicumque enim iuramento, si quis contrahat, peccat, vel saltem quia nomen Dei in vanum assumit, vt notatur in c. tua nos. suprà eod. & xxij. quæstione iij. c. qui sacramento. & tamen vt per illud quis contrahere non possit requiritur quòd habeat tres comites, veritatem, iudicium, & iustitiam. d. c. & si Christus. qui comites non interuenerunt in nostro casu. Et facit, quia licet talis impubes ex delicto obligetur, si tamen delinquat negligendo, excusatur. authent. si captiui. C. de episcopo. & cler. & per Bartol. in d. l. si quis in tantam. Non obstant auctoritates in contrarium allegatæ Hostiens. Ioan. Andr. Archid. Bart. & cæterorum antiquorum: quia licet dicant iuramentum debere obseruari, non tamen volunt quòd contractus confirmetur: imò quidam dicunt contractum non confirmari, vt Iacob. Butr. & Salic. si bene intelligantur: & ideo petita absolutione, debet impubes posse contrahere. arg. not. per Innocentium in d. c. scripture. vbi dicit, quòd in votis & iuramentis ab impulsib. prestitis facillè dispensatur, & fit commutatio propter qualitatem talis c. j. & ij. de delict. puerorum. Istud dicit Ioan. de Imola hic etiam sibi placere, saltem quando daretur enormis læsio: quod etiam tenet Aretinus in dict. l. qui iurasse. & ante cum Cald. in d. consilio viij. & volunt Anto. & Abb. hic in nono casu. argum. dict. l. si quis cum sciret. ff. pro empr. & suprà dixi in casu fortiori esse communem opinionem. Et ideo si impubes faceret donationem omnium bonorum valdè sibi præiudiciale, putarem iuramentum hoc casu non obligare: & ita nuper in facto consultus respondi: licet Corn. in d. consil. aliud loquatur in impubere cum tutoris consensu iurante. Nam cum talis naturaliter obligetur & ciuilitè, vt per Bart. in l. j. ff. de nouat. videtur quòd etiam iuramentum teneat, tanquam consensus, & discretio sibi per tutorem suppleatur. Et istud etiam tenet Paul. de Castr. in d. consil. cclv. qui tamen hoc intelligit procedere in his, in quibus tutor potest autorari: vnde in alienatione rerum immobilium non suppleret, cum in eis autorari non possit, nisi ex causa necessaria, vt habetur in l. j. ff. de rebus eorum quod mihi placet. Et ideo, si pupillus sit in patris potestate, cum in his quæ possunt sibi esse ad utilitatem vel damnum, cum consensu patris obligetur. l. si infanti. C. de iure deliber. per Bart. in l. fin. §. j. ff. de verbor. obligat. eodem modo videretur quòd iuramento obligaretur. Et ita intelligo textum in d. c. ex literis. in quo secundum hunc intellectum, quòd pater interuenerit in sponsalibus filij, est de necessitate iuris: & dicta sponsalia possunt esse utilia vel inutilia pupillis: licet alij ibi dicant ex cõtingentia facti ita accidisse: quæ responsio non est realis. Non obstat, quòd canonistæ ita teneant, quorum sententia esset seruanda in materia iuramenti: quia istud procederet, si tenentes oppositum, non fuissent Doctores vtriusque iuris: & etiam in veritate, dicta Canonistarum non sunt contraria legi ciuili, si bene intelligantur, vt suprà deduxi. Quid autem, si talis pupillus assereret se adultum, & iuraret: tunc dic vt 93 per Alex. in d. l. qui iurasset. & modern. in d. authent. sacramenta. Sextus t̄ casus principalis est, quando lex improbat contractum ratione solennitatis probatoriæ, quæ deficiat: & tunc concludunt Bartol. &



Abb. quod iuramentum non supplet illum defectum: quia talis solennitas respicit fauorem publicum, cui non potest renuntari. d. l. ius publicum. ff. de pactis. & l. conuenire. ff. de pactis dotalib. Et ideo cum testamentum debeat habere septem testes, si is numerus non interuenerit, quamuis testator iurauerit, non tamen valebit ut testamentum. Et cum ista opinione transeunt Doctores communiter. Limitat eam t̄ Anto. ut non procedat quando talis solennitas non omnino respiceret fauorem publicum, sed principaliter priuatum fauorem: sicut in simili dicimus de statuto requirente aliam solennitatem in fauorem priuatum, de quo vidimus in præcedenti membro. Et ex hoc dicto inferitur, quod si statutum diceret, quod instrumentum continens obligationem mulieris non faciat aliquam fidem, nec credatur notario, nisi in eo consensus agnati interuenerit, non valeret quoad hunc effectum, ut contractus iuratus non posset probari. Secundò limitatur, quando posset lædi anima, nisi dispositio impleretur, ut in legatis ad pias causas, iuncto text. in c. cum esses. & c. relatum. de testam. Confirmatur hæc limitatio per Imol. quia cum de iure diuino sit statutus certus modus probationibus, de quo in dictis iuribus, non debet esse in facultate statuentium, restringere dictum modum, & requirere plures testes, vel maiorem solennitatem quoad iuramentum, quod non est de foro ipsorum. arg. c. tuam. de ord. cog. Et hanc rationem approbat Imola, & etiam Corn. in reper. d. authent. sacramenta. q. xiiij. quando statutum reprobaret probationem, quæ de iure gentiũ simpliciter esset approbata: vel etiam ex iure Pontificio, ut quia instrumentum esset factum à notario apostolico: secus si imperiali. Sed tu pro opinione Imolæ adducas, quod notat Salic. in authent. cassa. vers. quæro secundò. de statutis concernentib. modum probandi. C. de sacrosanct. eccles. Sed tamen istæ limitationes non videntur communiter approbatæ, imò Doct. indistinctè transeunt cum Bartol. & Abb. quem etiam sequitur Bald. in reper. l. ij. ff. eod. Paul. de Castr. consil. lxj. incip. notandum est. Alex. consilio xcv. in fin. in j. lib. Socin. consil. xcvi. abundè. in vlt. dubio. Nec obstat, quod quando solennitas est introducta in fauorem priuatum, quod iuramentum confirmet, ut supra vidimus. Nam istud nõ procedit in solennitate probatoria: quia iuramentum non cõfirmat probationes contractus, sed ipsum contractũ. Quod enim aliquid possit probari, vel non possit probari, est quid differens ab eo, quod in iuramento deductũ est. arg. l. fi. ff. de rebus eo. Et ideo dicit Bal. hîc, quod Bar. malè concepit verba: quia contractus ipse non prohibetur, prout firmavit verba Bartol. quæsti. j. incip. in ius non deficit, sed solum probatio: & iuramentum est inefficax, non ex se, sed propter defectum probationis. Non obstat quod nõ deberet procedere prædicta conclusio, quãdo quis peccaret: quia responderetur, quod semper non seruando iuramentum licitum, quis peccat, ut in hoc textu apparet: sed dicimus, stante tali prohibitione, non probari quod iuratum fuerit. Et ideo in casu cap. cum esses. & c. relatum. aliud esset: quia ibi probatur iuramentum, ex quo lex ciuilis non potest arctare probationem testamentariam, quando præiudicaretur his causis, ut ibi Doctor. declarat: secus ergo esset, vbi lex posset coarctare. & ita præcisè loquitur Abbas. Non obstat ratio Imol. quæ videtur fortior: quia licet lex ciuilis non possit disponere circa actum spiritualem, sicut est iuramentum: istud tamen procedit, si principaliter capitulum istud disponderet, non si per indirectum, ut per Bartolum in dicta l. omnes populi. & supra latius vidimus. Vnde cum in casu nostro non disponatur de ipso actu, sed de modo probandi, debet statutum obseruari, ut declarat Paulus de Castr. in d. consil. lxj. Et licet secundum communem opinionem non possint statuere etiam in foro suo arctare modum probationis, respectu clerici agentis, quia esset contra libertatem ecclesiasticam, tamen quoad laicos deberent posse arctare, ex quo non tollitur remedium quo consulatur animæ, deinde in foro ecclesiastico, vel per viam denuntiationis euangelicæ. in d. c. nouit. de iudi. Potest enim statutum limitare fidem probationum \* quo ad subditos suos, ut declarat Salicetus in dicta authent. cassa. Nec obstat, quod vbi verteretur peccatum, non habent se intromittere laici: quia hoc attentio, nunquam valeret statuta arctantia modum probationum, ex quo si nõ posset secundum modum à statuto inductum probari, remaneret semper debitor in peccato, iuxta c. peccatum. de regu. iur. in vj. Debet igitur illud intelligi, quando constat de peccato, non autem quando adhuc non constat, sed agimus quemadmodum debeat probari. Possent tamen opiniones Butri. & Imolæ saluari tribus casibus. Primò, in clerico qui recepisset iuramentum à laico: nam si agat contra laicum in foro ciuili, iuxta not. in c. si clericus laicum. 3. de foro comper. non esset seruandum tale statutũ arctans sibi probationes: cum enim respiciat decisoria, non ligat clericum, ut habetur in c. quod clericis. de foro compe. & in c. ecclesia. de constitu. per Salicet. in loco supra allegato. Secundò, quando cõuenissent partes, quod contractus posset probari etiam sine solennitate statuti, & ita iurassent: valet enim talis conuentio, & est mittenda executioni ut habetur in l. Theopompus. ff. de dote præleg. in l. j. §. fin. vbi dixi. de verb. oblig. Tertiò, quando aliter per legitimum modum probaretur de iuramento præstito: potest enim veritas rei, quæ ex instrumento non probatur, quia deficit in solennitate, per testes instrumentarios, vel etiam alios examinatos in iudicio, probari, ut per Abb. hîc, & quod habetur in l. testium. C. de testi. Et hoc intellige procedere, quando actus est nullus ex defectu solennitatis probatoriæ: sed si esset nullus ex defectu intrinsecæ, aliud esset, ut videbimus in sequenti casu. Et ita possunt sustineri duæ priores limitationes. Tertia limitatio ad prædictam conclusionem est, ut tali casu saltem iuramentum operetur quod actus valeat omni meliori modo, per textum in l. cum patre. §. filius matrem. ff. de legat. ij. Et ideo si testamentum deficiat in numero testium, ut quia quinque solum adsint, iuramentum illud sustinebit in vim codicillorum.

dicillorum. & istud tenet etiam Bart. in l. j. §. si quis ita. vbi dixi. ff. de verbo. obliga. cum multis concord. Sed contra hanc limitationem indifferenter ab omnibus approbatam potest sic argui. Primò, non videtur quod iuramentum habeat maiorem efficaciam, quam iudicium, imò illi æquiparatur. l. qui iurasse. §. fin. ff. eod. sed actus in iudicio factus nõ censetur habere vim huius clausulæ, ut valeat omni meliori modo & c. l. ij. C. de repud. hæred. vbi transactio facta in iudicio, nullo dato termino, non sustinetur neque in vim pacti. Secundò, promissio facti alieni non valet. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. obliga. Pone quod accedat iuramentum, nunquid valebit? certè sic: sed non ut iurans teneatur præcisè, sed sic, omni meliori modo: valebit enim solum ut iurans teneatur iurare. c. ex rescripto. 3. eod. cum similib. & c. gemma. de sponsal. Tertiò, promittens sub iuramento seruare statuta ecclesiæ, si nulla sint condita, non tenebitur: nunquid ut actus valeat omni meliori modo, intelligitur de statutis condendis? casus est quod non. c. penult. j. eod. Quartò, minor alienans cum iuramento, & promittens non contrauenire, intelligitur tantummodo ratione minoris ætatis, non ex alio capite. ut per Bart. in l. ij. C. de rescind. vend. & in d. authent. sacramenta. & est communis conclusio, & quasdam similes decisiones adduxi in d. §. si quis ita. Et hoc tenendo posset responderi ad §. filius matrem. quod ibi ipse testator non iurauerat, sed exegerat iuramentum ab ipso hærede, quod potuit facere. l. fin. C. de fideicommiss. per Bart. in l. nemo potest. de leg. j. quem intellectum etiam sentit ibi gloss. & sic ibi non curamus testamentum non solenne, sed promissionem ipsius hæredis. Sed aduertendum est: quia text. ibi non potest intelligi, quando ipse testator recepisset iuramentum ab hærede, quia verba hoc non important: bene potest intelligi, quando testator mandasset hæredi quod iuraret, ut etiam declarat ibi Bart. Vnde si solum mandatum testatoris factum hæredi de iurando, habet hanc efficaciam, quantum magis iuramentum ipsius testatoris debet eam habere? Et sic ille text. secundum quencunque intellectum probat intentionem Bar. & cõmunem: vnde sequendo eam, firmanda est conclusio, quod iuramentum \* habet vim clausulæ, ut actus valeat, quemadmodum valere potest: & regula habet aliquas declarationes. Prima, ut non valeat in meliorem modum, sed sufficiat si aliquo modo sustineatur, licet non melius per not. in d. l. ij. C. de rescinden. vend. De qua declaratione quia Bart. & Doct. sentiunt oppositum, dic vt habetur in d. §. si quis ita. vbi dixi. Secunda declaratio, ut procedat, dummodo verba prolata ad illam formam possint quoquo modo adaptari, secundum Bald. in reper. l. ij. ff. eod. aliàs secundum eum non procedit dicta conclusio, quia non videtur ex mente actum, quod ex verbis colligi non potest. l. La beo. ff. de supel. leg. l. librorum. §. quod tamen Casius. ff. de leg. ij. & ita intelligo text. in d. c. penult. j. eod. ibi enim verba non poterant bene accomodari ad statuta futura. Et facit quia per iuramentum \* nunquam quis censetur aliud promittere, quam quod ex verbis eum promississe apparet, ut in nostro casu dicit Corn. consilio cxcij. in j. volum. de quo dixi in d. §. si quis ita. Tertia declaratio est, ut regula procedat, quando actus redderetur nullus in ea forma, in qua agitur: sed si valeret aliquo modo, tunc non esset illa validitas ulterius extendenda, secundum Andr. Sicul. consil. xliij. in ij. volum. arg. d. c. ex rescripto. supra eod. Quarta declaratio, ut non procedat, quando actus esset nullus ratione deficientis consensus: nam iuramentum nunquam operatur, eo deficiente, arg. d. l. fi. C. de non num. pec. & est casus in d. c. penult. j. eod. vbi Abb. in j. oppo. & tangunt Bartol. & Abb. in seq. casu: & per Aretin. consilio xxiiij. incip. quatuor dubia. Ias. in l. eam quam. C. de fideicommiss. & in l. sed & si. §. quæsitum. ff. si quis caut. & melius in l. fancimus. C. de testamen. & declarabo infra in viij. casu. Quinta declaratio est, quando actus est nullus ex defectu substantiæ in persona agentis: de quo per Roman. consilio dxvij. in fine, vel etiam defectu materiæ, de quo j. dicemus in viij. casu. Sexta declaratio, ut non procedat in casibus, in quibus clausula, omni meliori modo & c. nihil operatur. posui in d. §. si quis ita. videntur enim aliqualiter istæ clausulæ operari. Septima & vltima declaratio est, ut textus in d. §. filius matrem. procedat in iuramento testatoris: secus in iuramento delato hæredi per testatorem, quia illud non habebit hanc efficaciam, per tex. in l. ij. vbi Bar. C. commu. de leg. refert Ias. in d. l. eam quam. Sed hoc non videtur verum: quia si hæres iuret, puto quod teneatur etiam ex minus solenni voluntate. l. fin. C. de fideicommiss. Non obstat. d. l. ij. quia non negat subesse differentiam, an legata cum iuramento sint præstita, vel non, sed dicit non differre, quibus verbis præstetur iuramentum vel legatum, dummodo de intentione constat, ut declarat ibi Corn. Septimus t̄ casus principalis est, quando aliquid prohibetur ratione defectus solennitatis formalis, & tunc iuramentum non facit quod actus teneatur in ea forma in qua agitur. Cùm enim forma \* desit, actus non habet suam substantiam: quia forma dat esse rei. l. Iulianus. §. quantum. ff. ad exhib. valebit tamen eo modo, quo valere potest. arg. d. §. filius matrem. Et propter hoc concluditur, quod stipulatio peccans in forma, licet non valeat ut stipulatio. d. §. si quis ita. valebit tamè in vim pacti, si iuramentum accesserit. Et fideiussor obligans se in plus, vel in alio quàm principalis, licet non obligetur ut fideiussor. l. Græcè. §. illud. & §. fi. ff. de fideiuss. si tamen iuret, tenebitur tanquam principalis. & hoc procedit, nisi deficiat consensus, vel limitatè accedat. arg. d. l. fin. C. de non num. pec. cum similib. & ita tenent Bart. & Abb. cum quibus ceteri transeunt. Confirmo istam opinionem quia quamuis forma censeatur introducta de iure publico, & consequenter illi non possit renuntari, ut est glo. in l. à diuo Pio. ff. de ritu nuptia. cum multis concord. per Ias. in l. penult. ff. de liber. & posthum. tamen actus qui fit, videtur quod saltem possit valere in vim pacti, sicut dicimus in sententia nulla ex defectu formalis, de quo in l. prolata. C. de sent. quæ tamen in vim pacti per consensum partium approbari potest.

l. ij. C. commu. præd. Bartol. in l. j. C. qui pro sua iurisdic. Felin. in c. significasti. de foro compet. Et facit quod norat Marian. Socin. quem ibi sequitur Felin. in c. fraternitatis. infra, de hæret. vbi si partes scientes adeunt notarium damnatum falsi, & ideo prohibitum conficere instrumēta, licet actus valere non possit in vim instrumenti. c. cum P. de fid. instr. l. nemo potest. de leg. j. tamen valebit in vim confessionis. argum. dict. l. ij. & quod not. Bal. in l. satis aperte. C. de fals. & quod dicitur de re producente instrumentum falsum vel nullum, in c. cum venerabilis. j. de exception. Contra hanc conclusionem communiter approbatam, arguunt moder. aliquibus mediis. Primò quia insinuatio est de forma denuntiationis vltra quinquaginta aureos. l. sancimus. C. de donat. & tamen iuramentum confirmat donationem nullam ex defectu illius formæ, vt est communis conclusio, & s. dixi de quo etiam per Curium consilio lxvj. & sequen. Secundò, quia consensus agnatorum, itante statuto, est de forma contractuum mulieris, vt habetur in l. vniuers. C. de precibus Impe. offer. & tamen si iuramentum accedat. Tertio videmus illam formam non esse necessariam. Quartò de forma transactionis super testamento est, vt fiat cognitio verbis testamenti. l. de his. ff. de transact. & tamen iuramentum supplet illam formam, vt per Imol. hinc in x. membro, vbi videbimus. Alex. consilio xj. in ij. lib. modern. in d. l. de his. Quintò adducitur, quia directum est de forma in contractu minorum in rei immobilis alienatione. l. j. ff. de reb. eor. & tamen iuramentum supplet talem formam. d. authent. sacramenta pub. secundum communem intellectum. Sed tu sustinendo opinionem Bart. & communem, dic quòd imò in istis casibus non est forma, sed solennitas, quæ simul differunt, vt declarat Bal. in l. ad pactionem. C. de dot. promi. & in l. etiam. C. de execut. rei iud. Alex. in l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de noui oper. nunt. & per Bal. in c. j. vbi definit quid sit forma, de noua for. fidel. Solennitas enim est quid extrinsecum, per quod actus fit solennis. Forma est quid intrinsecum, à quo actus sumit essentiam, vt latius declarauit in rubr. ff. de verb. obligatio. & in l. j. in princip. in j. not. eod. tit. Dic vt ibi. Et ex hac conclusione intulit primò Bart. quòd stipulatio \* peccans in forma, si accesserit iuramentum, valebit vt pactum. Sed difficultas est: Pone quòd ego dixi, promitto tibi per stipulationem, & ita iuro me daturum centum, & tu acceptas, nunquid hæc stipulatio nulla ex defectu formæ, valebit in vim pacti nudi, an pacti vestiti? & sic dabitur actio creditori. Bart. in d. l. si quis pro eo. non explicat. sed Abb. hinc, quòd pactum erit vestitum. Contrarium tenuit Alex. consilio xij. in j. lib. vbi allegando hæc dicta appellat tale pactum nudum. Et ista opinionem ego fui secutus in d. §. si quis ita. quia satis est si iuramentum operatur, vt stipulatio nulla teneat in vim pacti, absq; eo quòd etiam illud vestiat. arg. not. per Bart. in dict. l. ij. C. de rescind. vend. cum aliquibus similib. Et pu to quòd illa opinio sit verior de iure ciuili, secundum quod ius ex iuramento promissorio in futurum non oritur aliqua actio, vt per Bart. in d. l. si quis pro eo. per illum text. & habetur per Alex. in l. iusiurandum. ff. eod. Sed de iure canonico puto veriore esse opin. Abb. ex quo ex hoc iure oritur actio ex tali iuramento, vt est magis communis opinio, vt per Doctores in c. cum venissent. j. de institu. Abb. in c. per tuas. de arbitr. Abbas & Anton. in c. quinta uallis. supra eod. & latè per Anton. Corset. in repet. rubr. in vlt. quæst. §. eod. & facit quod habetur in c. j. §. de pact. Secundò ex prædictis inferitur, an fideiussor in duriorē causam iurans, obligetur tanquam principalis. Et Bart. Abb. & cæteri tenent quòd sic. arg. d. §. filius matrem. sequitur Angel. in l. hi qui accessiones. ff. de fideiuf. Rom. in dict. §. si quis ita. Alexand. in consil. xxxj. in iij. Contrarium firmat Bald. hinc: quia licet iuramentum faciat sustineri actum, tamen debet intelligi, consensu non mutato, vt supra diximus, & est satis de mente Bartol. in hoc membro. argum. dict. l. fin. C. de non num. pecun. Sed hinc mutaretur consensus, quia voluit fideiubere, non autem principaliter contrahere: nec voluit de accessorio fieri principalis, quia ista valdè differunt. l. eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo. aliàs sequeretur quòd fideiubens citra stipulationem cum iuramento, non haberet beneficium epistolæ, nec excussionis. Et ideo concludit, quòd ex instrumento oriatur obligatio fideiussoria propter iuramentum, sed ea quæ habet omnes qualitates & beneficia, quæ habent aliæ obligationes fideiussoriæ. Et sic apparet, quòd Baldus tenet beneficium excussionis non auferri fideiussori propter iuramentum: cuius contrarium tenuit idem Baldus in c. ex rescripto. §. eod. per illum textum vbi non fit aliqua mentio de excussione. Et idem etiam consulendo sequutus est Alex. in dicto consilio xxxj. Sed in hoc mihi magis placet opinio Baldi hinc: quia cum lex cõcedat fideiussori istud beneficium, de quo in authent. præsent. C. de fideiusso. iuramentum debet intelligi secundum naturam istius obligationis. argum. d. l. fin. & c. ex parte tua. j. de cler. non resi. Et istud etiam est de mente Bart. Butri. & Abb. dum limitant dictum suum non procedere, quando consensus est certo modo limitatus: fideiussor enim videtur consentire limitatè, videlicet quatenus principalis soluendo non fit. dicta authent. præsent. & ita intelligit Felin. in d. c. ex rescripto. vbi etiam allegat pro ipsa parte Angel. in dicta l. hi qui accessiones. qui hoc non dicit: vnde tu allega Andr. Sicul. in dicto c. ex rescripto. & diffusius in consilio xliij. in secundo volumine. & hoc bene nota, quia quotidianum. Et sic, quantum sit ad excussionem, resideo cum Baldo hinc: sed quoad principalem decisionem, verior est communis opinio: cum enim principalis in minus teneatur, non potest fideiussor respectu pluris quod promisit dicere se accessorium, vnde tollitur eius ratio. Tertio inferitur ad contractus simulatos, an sustineantur in vim apparentem propter iuramentum. Et latè hoc attingunt Ant. & Imol. hinc. Tu dic vt supra dixi, sequendo ordinem Abb. vbi tenui non sustineri, quia deficit consensus: sed nunc est limitatus in tali casu, vnde militat ratio Bart. & Abb. hinc. arg. d. l. fin. C. de non numera. pecun. Et eadem ratione inferitur etiam ad renuntia-

renuntiationem non num. pecuniæ iuratam, nunquid valeat. In quo sciendum est, quòd nisi iuramentum interuenisset, casus non haberet dubium, quòd non valeret: imò ea non obstante, posset ad huc opponi, vt dicit Bartol. in l. si ex cautione. C. de non num. pec. quia qua facilitate quis simpliciter confitetur se recepisse quod non recepit, eadem ratione & facilitate exceptioni renuntiat, vt est communis opinio secundum Angel. de Aret. Instit. de lit. oblig. in princ. Alexand. consilio clxxxiiij. incip. vifa scriptura. in ij. Felin. in cap. si cautio. §. de fid. instru. Sed difficultas est: quid si huic exceptioni renuntiatum est cum iuramento? Et Bart. in d. l. fin. tenet quòd iuramentum sit seruandum: sed vbi soluerit, poterit repetere. arg. cap. debitores. §. eod. Imol. hinc tenet contrarium, quòd imò non competat neque repetitio neque absolutio. Ad rationem præallegatam responde, quòd non militat in isto casu quamuis enim eadem facilitate quis renuntiet huic exceptioni cui confitetur, non tamen propter hoc tollitur virtus iuramenti, sicut videmus in isto textu: quia qua facilitate mulier inducitur ad alienandum, eadem inducitur & ad iurandum. Et idem probatur in authent. sacramenta. Corne. in repet. d. authent. sacramenta. quæst. xv. distinguit, & quo ad absolutionem approbat opin. Imol. sed quo ad repetitionem approbat opin. Bart. Qui enim repetit, non contrauenit iuramento, ex quo iuramentum erat de non opponendo exceptionem, quam non opposuit, sed soluit. Felin. in d. c. si cautio. tenet de directo oppositum: quia quando iurauit non opponere dictam exceptionem, & confessus est se habuisse, standum est tali confessioni iurata: quia lex præsumit propter iuramentum, quòd consensus purus, non autem confessionalis accesserit: & ideo si repeteret, obstaret sibi exceptio, quòd imò verè recepit. & in hoc concordat cum Imol. Bene subdit, quòd posset petere absolutionem: sicut in simili, ille qui confessus est iuramento se verè recepisse, nihilominus potest petere absolutionem, vt dicunt Bald. & Salic. in dicta l. fin. Butr. in cap. fin. de solut. & quod norat Dinus in regul. iuris. locupletari. in sexto. Quid tenendum? In puncto iuris videtur verior opinio, quòd imò non obstante tali renuntiatione & iuramento, possit excipi de non numerata pecunia, per d. l. fin. quæ licet loquatur in eo, qui simpliciter confessus est se recepisse, tamen videtur procedere etiam in eo qui renuntiauit tali exceptioni. Nec potest assignari bona ratio differentie inter istos casus: nam sicut qui confitetur se recepisse cum iuramento, quia subest eadem præsumptio: item sicut qui confitetur se recepisse, nihilominus lex ei permittit vt possit excipere, ex quo remaneret deceptus à creditore: & iuramentum t̄ hanc habet naturam, vt non seruanti fidem non sit seruanda, vt dicit ibi Bald. arg. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. & probatur in cap. sequent. in fin. infra eod. ita quando promittit non opponere talem exceptionem. Nec est bona ratio differentie, quam refert Felin. in dicto cap. si cautio. dum dicit, quòd qui confitetur se recepisse, iurat de eo quod non est in potestate sua: sed qui iurat non opponere exceptionem, de eo iurat quod est in sua facultate. Nam dicta l. fin. non est fundata in hoc, sed quia debitor indigens pecuniis, vt eas habeat, iurat de facili sub spe habendi, vt dicit Bart. in dicta l. si ex cautione. Quæ ratio militat in vtroque casu. Non obstat fundamentum Imol. quia quando constat de veritate contractus, iuramentum bene facit præsumi, quòd cum maiori deliberatione celebratus fuerit. Et ita procedunt text. noster, & d. authent. sacramenta. & quod habetur in cap. ex rescripto. supra eod. Sed in casu nostro non constat quòd verè fuerit celebratus, seu quòd pecunia fuerit numerata, ex quo in tali confessione lex subaudit conditionem. In practica tamen non esset recedendum ab opin. Bart. vt facta solutione competat repetitio, per ea quæ supra dixi in quarto casu principali. Putarem etiam posse ante solutionem impetrari habilitationem, & ostendi quòd imò pecunia non fuit verè numerata. & ita procedit opin. Felin. Perfectam verò absolutionem non puto concedendam. & de hac intelligendus est

<sup>101</sup> Corneus. Octauus t̄ casus principalis est, quando contractus prohibetur ratione rei, seu materiæ, vt quia ea non sit in commercio, & tunc iuramentum non conualidat contractum, quia concernit impossibile: vt si quis rem sacram vendit. l. apud Iulianum. §. fin. ff. de leg. j. cap. semel. vbi Din. de regul. iuris. in vj. cum concord. Et cum hac opin. transeunt omnes. Ex hoc inferitur primò, an si de aliqua re non alienanda sit præstitum iuramentum, & deinde alienetur cum secundo iuramento, valeat contractus. Et videretur quòd non valeret, tanquam res propter primum iuramentum facta esset non alienabilis: & sic obstaret defectus in materia. Sed tamen veritas est in contrarium, quia imò talis defectus non obstat, & contractus tenet: sicut videmus regulariter, quòd actus contra iuramentum tenet, licet contraueniens sit periturus. c. sicut ex literis. j. de spons. gloss. in c. fin. de procur. in vj. Ioan. Andr. in regula, quod semel. de regul. iur. in vj. Fallit t̄ quando primum iuramentum haberet concursus iuris communis. c. intellecto. j. eod. gloss. in c. licet. eo. tit. in vj. & declarauit. §. in vj. notab. Fallit secundo, in actibus merè spiritualibus: quia tunc actus sequens aduersus iuramentum non tenet. cap. dilecto. vers. nisi fortè. j. de præb. quem ita intelligit Innoc. ibi, & sequitur Hostien. & idem tenet Archid. in c. si à sede. de præb. in vj. & Oldra. consil. cxxvij. Rota dec. vij. de procur. in antiq. Bur. in c. cum M. de constit. & latè disputat Fulgos. consil. ccx. incip. pro euidencia. Ioan. de Imol. hinc. & in d. c. dilecto. Alex. consil. cxvj. in iij. Et dicunt moder. in c. cum accessissent. supra de constitur. quòd non potest realiter responderi ad text. in dicto cap. dilecto. In contrarium videtur esse communis opinio prout dicit Abbas in dicto cap. dilecto. Alexander in l. stipulatio hoc modo. ff. de verborum obligat. per Felin. & Dec. in dicto cap. cum accessissent. Non enim est recedendum à regula, nisi fallentia expresse probetur. glo. in l. omnis definitio. de regul. iur. ff. Non obstat tex. in d. c. dilecto. quia vltra responsiones ibi traditas per Abb. & alios



dico quod text. non loquitur quando Canonici simpliciter contraueniant actui iurato, sed quando faciunt id quod de iure facere non possunt: quia amplius non habent potestatem à lege condendi statuta. l. fin. C. de iurisd. om. iud. & per Bart. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. cui non possunt renuntiare, nisi in manibus superioris, ad cuius utilitatem renuntiatio pertinet: quia aliàs indistinctè non teneret, tanquam parte absente facta. arg. l. centum. §. si quis absente. ff. de confes. Si tamen iuramentum accesserit, tenere debet renuntiatio, quia supplet absentiam partis. gloss. in cap. quoties cordis. j. quæst. vij. Et istud fortius procederet, si teneremus quod huic potestati esset renuntiandum in manibus superioris, argumen. l. penult. ff. de offic. præsi. & quod habetur in cap. quod in dubiis. de renunt. ibi ergo actus non est nullus, quia contra iuramentum factus, sed quia factus est à non habentibus potestatem, ex quo eam à se per statutum iuratum abdicauerant. Et ideo in d. c. dilecto. æquiparatur vel iuramentum, vel confirmatio sedis apostolicæ, quæ in effectu operatur acceptationem renuntiationis: cogitamen. Secundo infertur, an valeat, alienatio rei fiscalis quæ non est in usu publico, si sit iurata. & Barr. & Abb. præsupponunt quod non, dum allegant d. l. apud Iulianum. & ita etiam firmat Anto. hic in viij. membro. Contrarium tenet Imol. hic: quia si vendo rem fiscalem quam ego possiderem, teneor ad contractus obseruationem, etiam sine iuramento: quia res aliena vendi non potest. l. rem alienam. ff. de actio. empti. quanto magis si iuramentum accesserit. Non enim videtur huiusmodi res omnino esse exempta de commercio hominum, licet præscriptio non ita faciliter in ea locum habeat. l. sicut. & l. omnes. C. de præscript. xxx. ann. Breuiter concordando opiniones dic: Aut ego promitto vel vendo tibi rem fiscalē, quam tu scis esse fiscalē, & procedit prima opin. quia cum de facto reputetur impossibili quod eius rei dominium in te transferam, promissio non tenet. l. pen. §. fina. ff. de contrahen. empt. Aut realiter tibi trado rem fiscalem penes me existentem, & procedit opin. Imol. Ex quo enim possessio est apud, me non videtur contractus esse impossibilis, saltem in vim pacti. Et istud etiam videtur sentire Cornel. in d. authen. sacramenta. quæst. xvj. Tertiò infertur, an transactio facta post rem iudicatam, accedente iuramento in vim pacti valeat. Et videretur quod non, quia transactio peccat in materia: debet enim materia super qua fit transactio, esse dubia. l. j. ff. de transactio. Sed post rem iudicatam amplius non est dubium. l. si causa cognita. C. de transac. l. eleganter. ff. de cond. indeb. & ideo videretur iuramentum non operari, per not. in isto casu. In contrarium est communis opinio, per text. in d. §. filius matrem. quam tenuit Bartolus in l. si quis maior. C. de transactio. Modern. in d. l. si causa. & d. l. eleganter. Et sic habes vnam declarationem ad hunc casum, vt procedat quando defectus est in materia, vt quia res non sit commercij nostri, vel resulter impossibilitas iuris vel facti. Secus si defectu materiæ aliud esset: nam tunc sustinetur saltem in eum modum, in quem valere potest, dummodo consensus accedat. Sed dubium est, quomodo cognosceremus consensum accedere? Et fac duas conclusiones, Prima est, quod si generalitas verbi possit etiam comprehendere talem actum, dicemus de eo quoque esse consensum: videtur enim saltem in genere fuisse de eo cogitatum. l. qui iure. ff. de testa. mili. & habetur in d. authen. sacramenta. per Bar. & alios. Et istud est in casu nostro. transactio enim generaliter accepta, potest comprehendere quodcunque pactum, per quod à lite recedatur, dato quod non sumus in causa dubia. l. ij. ff. eod. gloss. in l. j. §. j. in verb. transigendi. ff. de pactis. Declarat Anto. & Alexan. in d. l. si causa cognita. & ante eum Ludouic. Roma. consilio dxvij. supra per me allegato. Et ita etiam tenet Aretin. consilio xxxij. incip. consultiatio. in vlti. dubio. Et ita procedit quod not. Bald. in l. fancimus. C. de testa. vbi iuramentum operatur vim expressi consensus, ad reuocationem præcedentis testamenti, de quo ibi per Ias. Fallit quartò, quando iuramentum accederet alicui renuntiationi generali: nam tunc non intelligitur, nisi quatenus illa renuntiatio circumscripto iuramento intelligeretur. l. sed & si quis. §. quæsitum. vbi Bart. in fin. & Doct. ff. si quis caut. Et sicut generalitas renuntiationis restringitur, ita etiam generalitas iuramenti quod illi accedit. Et ita intelliguntur multi casus allegati per gloss. in cap. quintaualis. in verb. conditum. supra eodem in quibus iuramentum recipit aliquam tacitam conditionem ex natura rei, super qua interponitur. Et facit regula, quod iuramentum regulatur secundum naturam actus cui accedit. dict. l. fina. ad quam regulam vide septem declarationes, quas posui supra in hoc titul. numero cclij. Fallit quintò, quando actus satis posset comprehendere ex generalitate iuramenti, sed tamen est verisimile quod partes de eo non intellexerint. Istud ex variis coniecturis accipitur: veluti quando resultaret enormis læsio, vt habetur per omnes in dicto cap. quintaualis. & supra vidimus post Abb. Item quando aliàs sequeretur aliquod inconueniens, vt quia pater extraneos sanguini suo proponeret, contra l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & ita intelligitur quod notat Angel. in authent. ex causa. C. de liber. præter. vbi notat Iason in illa quæstione, an clausula codicillaris quæ æquiparatur iuramento, sustineat testamentum nullum præteritione posthumi. & latè Socin. consil. xcij. in iij. vol. Item quando casu superueniret, qui esset valde insolitus. l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrah. empt. Alex. consil. xxxj. Item quando non est verisimile quod cogitatum esset de tali casu qui superuenit: vt de eo qui iurat nunquam accipere feudum, vel nunquam exercere talem artem: nam si eueniat casus quod sine eo viuere commodè non possit, poterit, non obstante iuramento, accipere vel exercere: quia non videtur de hoc fuisse cogitatum, secundum Archid. xxij. q. ij. animaduertendum. & Abb. §. vers. sextus casus. & Henric. Boic. in c. si verò. §. eod. Vnde infert Guido Papæ, quæst. xvj. quod ille qui iurauit non alienare certos fundos, poterit tamen alienare

alienare in causam dotis, si non habeat vnde eam aliunde præstet, per supra dicta, & arg. auth. res quæ. C. ad l. falc. Secunda regula est, quod vbi generalitas verborum in iuramento positorum, non patitur, non censetur consensus accessisse, & iuramentum non operatur. cap. penult. j. eo. secundum Bald. in repet. d. l. ij. ff. eo. Vnde inferunt Bald. Salic. & moder. in d. l. si causa cognita. quod vbi verba non inferunt, contractus factus in vnam formam si sit nullus, tamen per iuramentum non sustinetur in formam alterius. arg. l. si ego. ff. si certum petatur. & idem Corn. in dicto consil. cxcij. in j. & supra tetigi in sexto casu, in fin. Et probatur ista regula ex notatis per Doct. hic, quando natura contractus est nullus ratione materiæ, vt quia non sit in commercio, dato quod accesserit iuramentum, non tamen sustinetur vt saltem debeat æstimatione. ita sentiunt Doct. allegando dicta l. apud Iulianum. §. fin. Et licet iuris censura æstimatione subrogetur ipsi rei. l. propemodum. ff. de verborum significat. l. non amplius. §. fin. vbi Aretin. & Ias. ff. de lega. j. tamen iuramentum de re non obligat simpliciter ad æstimationem. Fallit hæc conclusio, quando constat de consensu, vel lex non præsumit: quia actus in cuius formam iuramentum sustineri potest, non multum distat ab eo quod agebatur. & ita procedunt notata per Barr. & Abb. in septimo casu principali. Non enim pactum multum distat à stipulatione, sicut nec promissio à fideiussore. Et ita etiam potest intelligi quod notat Barr. & Doct. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupill. vbi substitutio verbis directis puberi facta, valet in vim fideicommissi. Nonus casus est secundum Abb. quando contractus prohibetur propter varias subditorum utilitates: & tunc cõcludit, quod iuramentum confirmat contractum. cap. quamuis. de pactis. in vj. & cum hac opinione transeunt ceteri. Ex hoc casu infertur primò, an transactio super alimentis de futuro debitis ex testamento, valeat, si iuramentum accesserit. & Bart. in l. cum hi. in princ. † & Fulg. sibi tenent quod non: quia prohibita est per legem, vnde iuramentum non tenet. l. non dubium. C. de legib. & idem Fulg. in l. qui fidem. ff. eod. titul. Quæ opin. de iure ciuili potest procedere, sed de iure canonico dicendum est contrarium, prout tenuit idem Bart. in d. l. si quis pro eo. & ceteri hic: quia solum est prohibita propter utilitatem subditorum, qui pro modico de præsentibus, renuntiarent spei magnæ de futuro, iuxta gloss. in d. l. cum hi. & ita etiam tenet ibi Ias. & tangitur per Doct. in l. de alimentis. C. de transact. Sed in hoc etiam contrarium tenet Bald. in l. pactum. in vlt. quæst. C. de collat. quia † iuramentum per quod quis incidit in periculum famæ, tanquam contra bonos mores, non debet valere: deficit enim isto casu discretio. cap. et si Christus. §. eod. allegat etiam Spec. titul. qui fil. sint legit. vers. sed pone, quidam. facit l. necare. ff. de lib. agnos. Puto distinguendum: Aut quærimus an transactio iurata teneat, & dico quod sic, vt est communis opinio. Aut deinde apparet quod iste renuntiavit, quia indiget alimentis, & fame perit: & tanquam iste casus superueniens non fuerit in consideratione, videtur concedendam esse absolutionem, per not. per Archid. xxij. quæst. ij. incip. animaduertendum. & §. dixi. Et in hanc opin. videtur etiam inclinare Ioann. de Imol. hic, dum dicit, quod si notorie apparet paupertas vel verisimilis fames, transactio etiam à principio non firmaretur iuramento. arg. c. pasce. lxxxvj. distinct. & quod not. Fed. de Senis, consil. lx. incip. quod pactum. in fi. vbi dicit, quod in tali casu iuramentum videtur esse contra ius naturale: vnde non valet pactum, quod filius non petat alimenta à patre. allegat Specul. in præallegato loco. Secundo infertur, an transactio super testamento, non cognitis verbis testamenti, iuramento accedente valeat. Et videtur dicendum quod non: quia l. de his. ff. de transact. prohibens huiusmodi transactionem, est facta principaliter in odium occultantium testamenta, vt declarant ibi Bar. & Doct. & est text. in l. j. ff. quemad. testa. a per. vnde iuramentum saltem in effectu non debet obligare, ex quo potest peti absolutio. cap. debitores. §. eod. & ita tenet Alexand. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in v. quæst. Bart. ff. de verb. oblig. Fortius dicit Angel. consil. lxxxij. incip. cum lis & quæst. quod imò iuramentum ipso iure non tenet, tanquam contra legem, iuxta text. in l. non dubium. C. de legib. In contrarium, quod imò transactio teneat, nec concedenda sit absolutio, videtur communis opinio, quam tenent Anto. Abb. & Imol. hic & Commen. in d. l. si quis pro eo. Cornel. in d. authen. sacramenta. quæst. xvij. versic. iij. & Alexand. in consil. xj. in ij. quia ista est solennitas positiua, quæ per iuramentum tollitur. Sequitur Ias. in d. l. de his. Non obstat quod prohibitio sit in odium occultantium testamenta, & ideo deberet concedi absolutio. d. c. debitores. quia ad hoc aliqui respondent, quod non est illa simplex ratio, sed etiam alia, videlicet fauor testamentorum. l. vel negare. ff. quemad. testa. a per. Alioquin si esset illa simplex ratio, dispositio d. l. de his. non procederet quando testamentum non occultaretur, vt dicit Fulg. ibi. Sed hoc non tollit difficultatem, imò potius auget. Vnde respondeo secundò & melius, quod argumentum procederet quando prohibitio esset præcise facta in odium delinquentis: sed in casu nostro non est ita: videtur enim potius facta non ob odium, sed vt prouideretur ne testamenta occultarentur: vnde cum hic non semper & directè resultet, videretur iuramentum esse seruandum, per ea quæ supra vidimus in iij. casu post Abb. Puto tamen pro concordia posse distingui, quod aut simpliciter est facta transactio non visis verbis testamenti, & iuramentum accessit, & constat, quod transigens non habebat notitiam testamenti, & verior sit opin. Angel. quia ultra prohibitionem legis accedit etiam ignorantia eius super quo transigitur, vnde iuramentum non debet tenere, deest enim æquitas. dict. l. non dubium. Aut partes præcisè renuntiant dict. l. de his. cum iuramento, & isto casu si is, cum quo facta est transactio, occultabat testamentum, seruabitur opinio Alexand. dicto §. duo fratres. quia contractus non confirmabitur iuramento, sed concedenda erit absolutio. d. c. debitores. Aut

Aut ipse non occultabat testamentum, & tunc confirmabitur, secundum communem opinionem. Tertio infertur, an donatio inter virum, & vxorem, confirmetur iuramento. In quo puncto Bartolus in l. Seius & Augerius. ff. ad legem falcidiam. & in dicta l. si quis pro eo. in fine, vbi & Raphaël Commen. tenuit quod sic: quia est tantummodò prohibita iure positiuo, propter vtilitatem coniugum, vnde iuramentum debet confirmare talem contractum. argumen. dicti cap. quamuis. Et idem etiam tenent Guliel. de Cun. & Alberic. de Ros. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. eodem. quia talis donatio si fiat propter religionem, valet. l. si sponsus. §. si concessa. ff. de donationibus inter virum & vxorem. igitur debet valere etiam propter iuramentum. Et idem consuluit Fed. de Sen. consilio cxi. incipi. punctus quæstionis. ex quo ista prohibitio non est perpetua, arg. gloss. hîc. Sequuntur Anchar. Abb. & Ioan. de Imol. & in effectu Ant. hîc, dum vult iuramentum esse seruandum, quia sine interitu salutis æternæ seruari potest, per istum text. Et licet secundum eum non firmetur contractus, tamen quilibet successor tenebitur ad obseruationem eius, quod auctor suus fecerit. Prædictam opinionem etiam consulendo securus est Abb. consilio xcvi. incipi. factum. in secundo, & in cap. fin. vbi etiam Præpos. infra de donationibus inter virum & vxorem. Bald. in repet. d. l. ij. ff. eodem. Ioan. de Ligna. Imol. & Andr. Sicul. in Clem. Romani. de iure iurand. Imol. & moder. in l. si quis inquilinos. in §. fin. ff. de legat. j. Paulus de Castro & Iason. in l. pacta quæ contra. C. de pact. Paul. consilio xcviij. in fin. Roman. consilio xliij. & consilio ccxcv. Barthol. Veronen. caut. cxij. vbi adducit quosdam, qui pro hac opinion. consuluerunt. Cornel. in dict. authent. sacramenta. quæst. xix. Fel. cap. cum M. de constitutionibus. Anton. Corf. in repetit. huius rubr. Cornel. consilio cxviij. in j. vbi dicit esse indubitaram conclusionem: & idem tenet consilio xli. in iij. & consilio ccxxiiij. in iij. Decius consilio ccij. vbi latè attingit, & videtur magis communis conclusio: vnde propter auctoritatem tot illustrium Doctorum, difficile esset in practica obtinere contrarium. Et omnis difficultas huius quæstionis dependet ab hoc fundamento: quia licet videatur esse hæc donatio contra bonos mores ciuiles, qui sunt fundati ea ratione, ne mutuo se coniuges spolient, & matrimonia fiant vænalia: & quia magis conuenit vt educandis liberis operam dent, quàm vt blanditiis inuicem se caprent, vnde etiam tandem oriuntur inimicitia: quæ omnia probantur in l. j. & ij. & liij. §. interdum. ff. de donationibus inter virum & vxorem. ista tamen sunt remotæ rationes, & mala præallegata non directè, sed occasionaliter proueniunt, & ideo, eis non obstantibus, contractus firmatur iuramento, arg. istius text. & d. authent. sacramenta. & quæ supra vidimus in iij. casu. Contrariam opinionem Bartolus in dicta l. j. ff. de donat. inter virum & vxorem. quod etiam sequuntur Bald. Salic. & Fulg. Idem etiam sentit Bartol. in l. cum quis decedens. §. Titia. vbi etiam Angel. ff. de legat. iij. Cin. in l. j. in fin. C. de sacrosanct. eccles. & tenuit Anto. & Ioan. Andt. in addit. Specul. in rubr. de dote post diuor. restitut. in fin. Angel. in dicta l. si quis pro eo. Bald. in consilio xxix. incip. casus, vir donauit, &c. in j. volum. vbi latè disputat: & idem tenet in dicta l. si quis inquilinos. §. fin. & in l. cum multa. vbi etiam Salic. C. de donation. ante nupt. in l. ij. in v. quæst. C. de rescind. vend. & idem etiam hîc Guliel. de monte Laud. & Card. in d. Clem. j. de iureiurand. Paulus de Castro consilio lxiiij. incip. super isto. & consilio ccclxxxiiij. incip. circa primum. in ij. volum. in nouissimis. Henric. Boic. in cap. fin. de donation. inter virum & vxorem. Ludouic. Roma. in repet. rubr. ff. de iureiurand. consuluit Socin. consilio lxxv. in j. & in consilio sequet. Francisc. de Curte. consilio lxxvj. incip. sapienter. Cornel. consilio ciiij. circa primum, in fine. & dicit Cepoll. in d. caut. cxij. quod Ioan. de monte Ferr. & Rayn. de Perusio, idem consuluerunt. Et idem etiam tenuit Anton. de Canar. in disputation. incipien. maritus debitis inuolutus. Et sic apparet pro hac parte esse quamplures auctoritates. Et licet variæ rationes adducantur, tamen ad vtranque respondent Imol. Francisc. de Curte, Rom. & Socin. in præalleg. locis. Ista secunda opinio magis mihi placet: quia dato quod rationes prohibitiuæ istius donationis sint, vt remoueatur delictum quod occasionaliter imminere poterat, non autem directè imminebat, nihilominus non potest negari, quin lex ciuilis sit fundata optima ratione, vt naturali, vnde debet seruari non obstante iuramento, prout in simili dicit Abb. supra in illa quæstion. an iuramentum suppleat defectum insinuationis: cuius opinio est verissima, quando illa ratio non est multum remota, per ea quæ not. Bart. in l. vxori. ff. de aur. & argent. leg. Secundò, quia lex interpretatur donationem blanditiis & nimia importunitate donatarij extortam: & ideo in eius odium videtur concedenda absolutio, iuxta cap. debitores. supra eodem. & quæ supra diffusius vidimus in iij. casu. Lex enim odio prosequitur accipientem, non autem fauet danti, vt probatur in l. si sponsus. in vlt. verbis. ff. de donat. inter virum & vxorem. Et istud fundamentum quod ego facio, videtur inconcussum: & sic potest limitari communis conclusio, vt non procedat, quando iuramenti absolutio esset concessa. Et ita intelligit Bald. hîc, allegando Archidiacon. in dicto cap. quamuis. & sic loquitur Card. in d. Clem. j. Paulus de Castro & Francisc. de Curte in prædictis consilijs. Et sic habes primam limitationem, quæ tamen difficulter in practica obtineretur, licet, (vt arbitror) sit de iure vera. Secundò limitatur, vt procedat communis conclusio in donatione simpliciter facta: secùs in confessione: vt quia maritus in testamento confiteretur se aliquid recepisse ab vxore, & apponeret iuramentum assertorium: nam talis confessio tanquam facta in fraudem legis prohibentis donationem, nõ sustineretur per iuramentum. Ita præcisè loquuntur Bar. & Ang. in d. l. cum quis decedens. §. Titia. Cin. in d. l. j. C. de sacrosanct. eccles. & Io. And. in præallegato loco. & ita etiam tenet & declarant Lud. Rom. in d. cons. xliij. & cõsi. ccxciiij. Aret.

Aretinus consilio lxxiiij. Deci. consilio ccij. Andr. Sicul. consilio lix. in ij. in quibus locis prædicti Doctores per hanc limitationem quærunt euadere auctoritates Cini & Ioannis Andræ quæ in actu practico sunt maximæ. Sed tu aduerte, quia non video, stante communi conclusione, quomodo hæc limitatio sustineri possit: non enim potest videri confessio facta in fraudem legis, cum, accedente iuramento lex nihil prohibeat: vnde debet tali iuramento credi. authent. quod obtinet. C. de probat. Nisi respondeas, quod quando facta est donatio, & iuratum non contraueniret, non debet audiri contraueniens, ne incidat in periurium: sed quando confessus est cum iuramento se recepisse, iam incipit esse dubium, sit periurus, vel non: vnde contrauentio facilius toleratur, ex quo potest esse quod iam fuit periurus: & sic ipsa contrauentio veritatem adiuuaret, non periurium. Et ita respondet Signor. de Homode. consilio cvj. incip. in quæstione. Imol. hîc, & Aretin. in dicto consilio lxxiiij. & Alexand. in l. si donatione. C. de collatio. Quæ tamen responsio non eneruat omnino argumentum: quia non est verum, quod per talem confessionem sit dubium, an sit periurus: imò debet credi oppositum, ex quo accedente iuramento actus non est prohibitus: quia præsumimus magis & sustinemus iuramentum assertorium, quàm promissorium, vt habetur per Imol. & moder. in l. nemo potest. in l. ij. quæst. Bartol. de leg. j. Butr. & Imol. hîc in vij. casu, vt supra vidimus post Abb. in quæst. de contractu simulato. vnde Guliel. de Cun. & Alberic. de Rosat. in d. l. sed & si possessori. non constituunt hanc differentiam, imò præcisè loquuntur in confessione iurata, vt inter maritum, & vxorem teneat, dato quod donatio inducatur. Tertio limitatur, vt non procedat quando donatarius præcederet donanti: quia donatio inter virum & vxorem habet tacitam conditionem, si donans prædecefferit. l. à marito. C. de donation. inter virum & vxor. l. si inter. ff. de reb. dub. vnde si iuramentum illi accedat, recipit eandem conditionem. l. final. C. de non num. pecu. Et ita tenuit Bald. in d. consil. xxix. in j. vbi dicit, quod isto casu donatio conuertitur in causam caduci. & ita etiam nouissimè consuluit Decius consil. ccxi. Puto istam limitationem, stante communi limitatione, non esse veram: nam in casu d. l. à marito. subintelligitur illa conditio ex diui Antonini oratione, de qua in l. cum hic status. ff. de donat. inter virum & vxor. qui, cum donatio esset à lege prohibita, & ideo nulla, si donans prædecefferet, pura voluntate inducit, vt confirmaretur. Sed stante communi conclusione, donatio à principio valet per rationes prohibitiuas, quæ per iuramentum tolluntur: vnde tunc non subauditur aliqua conditio, quia oratio Antonini in tali casu non loquitur. Et ideo Bald. in d. consil. sciens quod ista conditio non subaudiretur, si iuramentum eam confirmaret donationem, tenuit contra communem: & expressius in consil. ccxciiij. in iij. vbi repræhendit Fed. de Sen. in d. consil. cxi. sed tamen opinio Fed. est magis communiter approbata, vt supra vidimus. Et idem sentit Paulus Castr. consil. lxxxij. incip. in ista donatione. in ij. in nouissimis. vbi ipse ponit casum, quando talis conditio fuerat expressa: & clarius consil. cccxlv. incip. circa bona. in primo, in nouissimis. vbi concludit, quod in donatione facta à patre filio, ideo subauditur dicta conditio, quia iuramentum eam non confirmat, secundum eum, de quo infra dicemus. Et etiam Socin. in consil. lxxvj. versi. secunda conclusio. cum fecisset prædictum fundamentum, quia propter mortem donatarij præcedentem non confirmatur donatio, stante communi opinione, habet pro concludenti, quod imò confirmetur: & ideo ponit tres responsiones, quæ non fuissent necessariae, si vera esset hæc opinio Decij. vnde concludo hanc limitationem esse veram, & communem scribentium mentem, quæ dubio procul tunc non procederet, quando in contractu esset dictum, quod fieret donatio irrevocabilis, per ea quæ not. Paul. de Castr. consil. cccxxx. incip. super primo quæsito dicendum. in primo vol. in nouissimis. Quarto limitatur per Paul. Castr. consil. lxx. incip. notandum est. in secundo vol. in nouissimis. de quo fuit dictum in præcedentibus, & vide Socin. in d. consil. lxxvj. Quarto infertur, an donatio facta per patrem filio existenti in potestate, & ideo inualida. l. ij. C. de inoffic. donat. confirmetur iuramento. In qua quæstione Abb. tenet quod sic: & idem antè tenuit Bald. in d. l. ij. versic. & idem credo. ff. eodem. & est communis opinio cum qua transit Alexand. Socin. in variis locis, vt per Decium in consilio ccxxxix. in principio. & idem tenet Ioan. Baptista de Sancto Seuerino, Iason, & moder. in l. frater à fratre. in fin. ff. de condit. indebit. & Alexand. in dicta l. si donatione. C. de collat. Pro qua opin. adducitur primò: quia ex tali contractu circumscripto iuramento oritur obligatio saltem naturalis. l. frater à fratre. & ibi Bartol. ff. de condit. indebit. vnde iuramentum eam debet corroborare, vt supra vidimus in vj. casu. Item, quia dato quod patria potestas eam impediatur, non debemus eam curare in materia iuramenti, quod est spirituale. cap. si annum. de iudicijs. in vj. Item debemus in hoc ius canonicum attendere, secundum quod oritur obligatio ex iuramento inter patrem & filium. dicto cap. quamuis. de pact. in vj. & quod not. in cap. cum iuramento. de homici. & facit in simili, quia donatio facta monaco per Abbatem, confirmatur iuramento, vt dicit Ioannes Andreas in regula, non est obligatorium. in fin. de regulis iuris in vj. Contrarium consuluit Paulus Castrensis in præallegato consilio cccxlv. circa donationem. Fulgosius consilio cxcix. incipiente visis. Corn. consilio ccxxviiij. in primo. & consilio ix. in ij. consilio cclxxxix. in iij. & idem sentit in repetitione dictæ authentice sacramenta. quæstion. xvij. Mouentur forti ratione: iurans enim facere non potest, quod incapax propter hoc fieret capax: alioquin sequeretur quod fratribus sancti Francisci possit donari cum iuramento, quod est absurdum, & contra Clementin. exiui de paradiso. de verborum significationibus. sed filius est incapax, vnde profectria acquirit patri etiam inuito. l. etiam. ff. de acquirend. rerum



rerum dom. l. seruus vetante. ff. de verborum obligationi. Confirmatur, quia istud quod filius acquirat profectitia, videtur impossibile saltem de iure, vnde iuramentum tali casu non obligat, vt vidimus supra in præcedenti casu. Et hanc partem tenendo, posset responderi ad contraria: nam licet in iuramento debeamus attendere ius canonicum, non tamen propter hoc sequitur, quod in his, in quibus iuramentum non obstat, etiam ius ciuile nõ attendimus, quod canonibus non aduersatur. vnde dato quod donatio teneret, quia ex ea transferretur dominium, non sequitur quin facta donatione, ius patriæ potestatis retro acquiratur patri. l. placet. ff. de acquir. hæred. Ita enim non sunt inuicem contraria, & istud ius patriæ potestatis est etiam à lege canonica approbatum, vt habetur in c. quia nos. infra de testamento. & in c. si voluntate. in fin. infra de sent. excommu. Non obstat text. in c. quamuis. quia ex tali renuntiatione non quæritur aliquod ius filie, quod iure patriæ potestatis possit retro in patrem transferri, imò potius perditur: vnde plus facit ille textus ad sequen. quæst. filia enim per d. renuntiationem se simpliciter excludit, non autem ius in alium transfert. l. fuit quæstionis. ff. de acquir. hæred. & Bal. in l. pactum quod dotali. in viij. quæst. C. de collat. per Aretin. consilio xcj. incip. viso themate. Posset igitur opinio communis procedere, quando pater donasset, & iurasset se iure patriæ potestatis dicta bona non recepturum, sed libera filio relicturum: nam tunc obligaretur pater ex verbis iuramenti, vt iure cuiusdam facultatis sineret filium ea habere. arg. l. iij. ff. de manumiss. & per mortem patris donatio sumeret deinde plenum robur. l. donationes quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxor. Et posset iuramentum operari effectum traditionis, vt donatio confirmaretur morte, cum aliàs confirmatio non habeat locum nisi re tradita. l. ij. vbi Bald. C. si quis alteri vel sibi. Et sufficit etiam ficta traditio, vt est gloss. in l. ij. vbi Bald. C. de dote cau. non num. & per Decium in d. consil. ccxxxix. Et ideo cum morte donantis confirmetur donatio ista, quamuis iurata, esset in legitimam computanda. l. etiam. §. sed & mortis. ff. de bonis liber. per Bart. in l. in quartam. ff. ad leg. falcid. & quod fratribus non esset conferenda. l. ea demum. C. de collat. quorum contrarium esset, si plenum effectum sumeret, viuentis patre: nam in legitimam non computaretur. l. si quando. §. fin. C. de inoffic. testam. & fratribus esset conferenda, vt notatur in authen. ex testamento. C. de collationibus. & per moder. in d. l. si frater à fratre. Et hanc opinionem, quod donatio non confirmetur iuramento, tenet etiam Bald. hinc vbi ampliat, etiam si pater iurasset se recepisse certam pecuniam à mercatore, ei dandam quem mercator ipse designauerit, & mercator deinde patre mortuo, designet illius filium: ista enim declaratio retro trahitur per fictionem ad tempus contractus, quo tempore non valuisse donatio propter patriam potestatem, & confessio fuisset suspecta. l. qui testamentum. ff. de probationibus. de quo hinc per eum. Quartò inferitur ad casum contrarium, nunquid valeat donatio filii familias collata in patrem, si sit iurata. Et casus est, quod sic, in dicto cap. quamuis. illa enim renuntiatio æquiparatur donationi. Et idem tenet Ioann. Andr. in addit. Specul. tit. de testamento. §. j. vers. pone filius. & dicit Cornæus in d. authentic. sacramenta, quæst. xvij. quod nihil obstat, quin filius circa aduentitia possit ei donare, sicut posset extraneo cum patris consensu. l. fin. §. filiis autem. C. de bonis quæ liberis. facit l. j. C. de impon. lucr. de script. lib. x. Imò fortius tenet, quod cum talis consensus non requiratur per viam auctoritatis, quod etiam sine iuramento talis donatio facta patri consentienti, valeret. Et idem sentiunt Bald. in l. si quando. §. j. C. de inoffic. testa. Angel. Rapha. Com. Alex. in l. j. §. quæsitum fuit. ff. ad Trebel. C. in Fulg. Paul. de Cast. & moder. in l. fenium. C. qui testamen. facere pos. Secus esset, si iste consensus esset requisitus ad integrandam domini personam, vt per Bart. in l. fin. §. necessitate. C. de bonis quæ lib. nam tunc esset adhibendus in modum auctoritatis: & nemo in suam vtilitatem auctorari potest. l. fin. ff. de auctor. tut. vbi Bartol. & quod notat Butr. in c. cum consuetudinis. §. de consuet. Alexand. consil. cvj. in primo. & consilio xxix. in ij. & melius per Socin. consilio xxij. in iij. & istud etiam est de mente Ioan. Andr. in prædicto loco, dum respondet ad l. ij. ff. de contrahen. emp. quod licet illa lex dicat nullum contractum inter patrem, & filium tenere, debet intelligi quoad ciuilem obligationem: oritur enim naturalis, vt probatur in d. l. frater à fratre. & etiam quoad aduentitia oriretur ciuilis, secundum supra dicta. Bald. tamen consilio cxij. in ij. sentit quod imò lex requirens consensum seu parabolam patris, intelligatur de auctoritate, Sed puto eum non bene dixisse: quia, vt etiam dicit Raph. in d. §. quæsitum. cum filius, cuius ætatis & prudentiæ sit debeat habere talem consensum patris, non potest dici illum requiri ad integrandam eius personam. quod etiam satis voluerunt Bartol. & Doct. in dicto §. necessitate. Et ista sunt vtilia in actu practico, quando pater vendit aliquid, & emptor dubitans ne filius venditoris iure hypothecæ maternæ eum molestet, vult etiam quod filius in contractu interueniat cum consensu patris. Nam cum pecunia numeretur patri, & sic in eius vtilitatem contractus tendat: si requireretur consensus in vim auctoritatis, nihil valeret. d. l. j. de aucto. tut. quod nota. Sextò inferitur, an possint dari fideiussores pro dote conseruanda, vel restituenda. Et absque iuramento clarum est quod non. l. j. & ij. C. de fideiuss. dot. den. Cum iuramento verò Bart. in d. l. si quis pro eo. tenuit idem: quia lex resistit personæ: vnde qui contrauenit, dicitur peccare, & iuramentum inducens peccatum non tenet, vt supra vidimus in tertio casu. Eandem opinionem tenet Ant. quia ex tali fideiussione generatur causa perfidiæ inter coniuges. d. l. ij. & ideo iuramentum tanquam contra bonos mores non tenet. Et idem est de mente Baldi in repet. l. ij. vers. sed contra. ff. eodem. Contrarium tenent Abb. & Ioann. de Imol. hinc, & Cornæus in d. authentic. sacramenta. quæst. xvij. vers. iij. quia ista prohibitio videtur esse iuris positiui,

positiui, vnde iuramento tollitur. Non enim directè propter hoc perfidia inter coniuges inducitur, sed occasionaliter, tacitè c. per veltra. de donatio. inter virum & vxorem. Nec obstat ratio Bar. quia non est verum quod contraueniens dictæ prohibitioni peccet, vt supra vidimus in tertio casu, secundum communem opinionem. Item lex non est prohibitiua in personam fideiussoris, sed in personam coniugis. Et ideo dicit Paul. de Castro in d. l. si quis pro eo quod fideiussor obligatur, licet possit petere absolutionem, in odium vxoris, quæ contra præceptum legis fideiussionem recepit. arg. c. debitores. §. eod. Puto opinionem Bart. esse veriore: quia ratio cur maritus non possit compelli ad præstandum fideiussorem pro dote, videtur respicere bonos mores, ne causa perfidiæ in matrimonio generetur: quæ verba variè possunt exemplificari. Et fortè, vt maritus reperiret fideiussorem, & ne ab eo dos auferretur, aliqua dissimularet contra fidem coniugij, iuxta illud, Doctus spectare lacunar, & c. illud notandum est, Doctores illum text. intelligere, vt vxor non possit fideiussorem à marito accipere, sed bene maritus possit ab vxore accipere. l. cum dotis. ff. de iure dot. Sed contra hanc opinionem est generalitas illius rubricæ. Item in Codice Theodosiano sub illo tit. est lex expressè etiam prohibens marito accipere. Nec obstat d. l. cum dotis. quia fideiussor ibi non præstatur ab vxore, sed ab expromissore. Et hæc opinio mihi placet, propter identitatem rationis, & propter regulam correlatiuorum, de quo in d. l. j. de indicta viduit. toll. Cogita tamen, quia in practica non esset recedendum à cõmuni. Septimò inferitur an valeat pactum iuramento firmatum de non cedendo bonis: & consequenter, vt possit capi personaliter pro debito. Et verior videtur opinio quod valeat, prout tenuit Butr. hinc in iij. casu, Imol. in primo. Corn. in d. authent. sacramenta. q. xvij. vers. septimo. & habetur in l. alia. §. eleganter. ff. solut. matrim. & terigi supra in vij. casu. Quod intelligunt Doctores non procedere in iij. casu, vbi sit notoria paupertas, & impossibilitas soluendi. arg. c. cum quidam. supra eod. & quod scribit Specul. in tit. qui filij sint legit. vers. sed pone. quod nota. Decimus casus & vlti. Abb. est, vt quando lex non absistit neque resistit contractui, iuramentum illi accedens confirmet contractum, & faciat ex eo oriri actionem. & idem tenet Bart. in d. l. si quis pro eo. in vj. casu. & est communis opinio scribentium, declarando per Bart. in l. cum lex. ff. de fideiuss. & diffusè per Ioan. de Imol. hinc in sexto casu. Ex hoc inferitur primò ad stipulationem alteri factam, quæ de iure ciuili non tenet. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbor. oblig. huic si iuramentum accesserit, debet valere, vt est gl. j. quæst. vij. c. quoties cordis. Et ista est communis opinio quam tenent Butr. Abb. & Imol. hinc. Baldus in l. nam postea. §. iusiurandum. ff. eod. Doct. communiter in d. l. si quis pro eo. & in auten. sacramenta. & in d. §. alteri. Pro qua opinione adducitur per Bart. prima ratio: quia stipulatio alteri facta conualidatur per pœnam d. §. alteri. ergo etiam debet validari per iuramentum. Quod dictum non est verum: non enim validatur ipsa stipulatio: nam non posset agi ad id quod est deductum in stipulatione, sed solummodo debet agi ad pœnam. Secunda ratio adducitur: quia ex tali stipulatione oritur saltè obligatio naturalis, vt ibi not. & in d. l. cum lex. ergo illa obligatio debet firmari per iuramentum. l. vt iusiurandi. ff. de oper. lib. Ex qua ratione inferitur quod vbi obligatio naturalis non oriretur, vt quia verba promissionis nullo modo respicerent præsentem, sed alterum, vt quia stipulatio est facta non concipiendo verba promissionis versus contrahentem, iuxta gloss. in lege, stipulatio ista. §. si quis insulan. & quæ ponunt Bartol. Angel. & Doctores in l. j. ff. de pactis. tunc iuramentum non confirmaret. Secundò inferitur, quod confirmatur obligatio quoad ipsum stipulantem: quia respectu ipsius oritur obligatio naturalis: non autem quoad tertium, qui fuit absens, vt habetur in d. §. alteri. & ita expressè sentit Abb. hinc. Tertia ratio adducitur: quia iuramentum præstatur Deo. c. debitores. supra eod. sed Deus supplet absentium præsentiam. l. propterandum. §. cum autem. C. de iudiciis. ergo nihil refert, quod quis sit tertius vel absens. Et ista ratio videtur obitare prædictis illationibus: nisi dixeris, quod poterit ille tertius agere, seu implorare officium iudicis, vt iuramentum obseruetur, tanquam à Deo sit receptum, iuxta c. debitores. supra eod. Sed quia non subest obligatio aliqua naturalis, fortè poterit concedi repetitio, vt ibi habetur, & in l. j. ff. de condit. indeb. Nec obstat quod sub sit saltem respectu stipulatoris, quia ille posset exceptione repelli, quia sua non interest. l. non ignorat. C. qui accus. non poss. c. cum inter. j. supra de elect. In quo cogita: quia isto modo communis opin. per indirectum subuerteretur. & sic saluabitur opi. Bald. hinc. & Rom. consil. cccxlj. incip. præfens instrumentum. Io. Fab. in §. si quis alij. Instit. de inutili. stipular. Quarta ratio est, quia in materia iuramenti attendimus ius canonicum, vt est text. in c. ij. eod. tit. in vj. sed de iure canonico valet stipulatio absenti facta, & illi quæritur ius, vt est gloss. in d. cap. quoties cordis. cum concor. per Felin. in cap. si cautio. vers. fallit secundò. supra de fid. instr. & pluries consuluit Corn. vt in consil. cxij. in primo. consil. ccxv. in ij. consil. ccxj. in iij. Sed aduerte, quia istud dictum sic generaliter non est verum: nam regula dicit. §. alteri. procedit etiam secundum canones, vt est casus in cap. quanquam. de vsur. in vj. dum exigitur publica persona: & obligatio debet sumere initium à persona cum qua contrahit. l. quæcunque. ff. de act. & obligat. & firmant Anchar. Abb. & moder. in procm. Gregor. vnde considera tres casus. Primus est, ¶ quando quis confitetur absente parte: & putarem iure canonico talem confessionem probare, per gloss. in dicto cap. quoties cordis. & ita procedunt allegata per Felin. in d. c. si cautio. Confessio enim ius nullum tribuit, sed iam inductum probat. l. Publia. vbi Paul. de Castr. ff. de positi. Et ideo talis probatio debet tenere ex æquitate canonica, licet secus sit de iure ciuili. l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. & hoc intellige, iuramento accedente. Secun

Secundus casus est, quando verba non respiciunt confessionem, sed acquisitionem; & tunc absenti non queritur, seu extraneo, d. c. quanquam. ex quo talis acquisitio in eius persona non est fundata. d. l. quæcunque. Et ratione istius text. casus est: quia quoad absentem qui tunc non interuenit, nõ adfuit confessus. Vnde videtur esse simplex pollicitatio, ex qua non oritur obligatio naturalis, secundum Abbat. in c. cum inter vniuersas. de elect. & est communis opinio, de qua per moder. in rubric. ff. de verb. oblig.

Fallit in donationibus & relictis factis ad pias causas, secundum Bal. in l. illud. C. de sacros. eccl. & per Abb. & Felin. in præalleg. locis. Quo verò ad iuramentum, tali casu nõ obligaret versus tertium, secundum distinctionem, de qua in tertia ratione. Tertius casus est respectu præsentis, cui facta fuit promissio, quòd daretur tertio: & tunc quia oritur naturalis obligatio, competet sibi remedium denuntiationis euangelicæ, vt firmat Butr. & Abb. & moder. in d. procem. Nec obstat, quòd imò deberet competere actio, per c. j. de pact. quia ex quo sua non interest, nulla ratio suadet quòd competat sibi actio, vt per Ang. & Alex. in d. s. alteri. Secus est in denuntiatione euangelica, quia saltem sua interest, vt frater eximatur à peccato, in quod incidit propter naturalem obligationem. c. nouit. s. de iudi. Vnde in casu, quo naturalis obligatio nõ oriretur, de quo in d. s. si quis insulam. nullum remediũ penitus competeret: quod nota, quia Felin. in d. c. si cautio. seipsum confundit. Secundò ex prædictis infero ad quæst. quotidianam: an donatio facta absenti, & stipulata per notarium nomine absentis cum iuramento, valeat dato quòd non constet donatarium eam vnquam ratificasse. ita quòd hæredes donatarij possint eam ratificare. Et primò videbimus, quid quando est simpliciter facta donatio. Secundò, quid si iuramentum accesserit. Circa primum, videtur donationem valere, & acquiri ius absenti etiam ante acceptationem. Primò, quia seruus acquirat domino absenti & ignoranti. l. qui absenti. ff. de donat. ergo etiã notarius, qui æquiparatur seruo. l. ij. ff. rem pupill. sal. fore. Bar. in l. j. s. huius studij. ff. de iustit. & iur. Secundò, quia acquisitiones quæ fiunt per legem, conferuntur etiam in absentes & ignorantes. l. certi conditio. s. si numos. ff. si cert. pet. & l. à Titio. ff. de furt. Bald. in l. j. C. per quas pers. nobis acquir. sed acquisitio quæ fit mediante notario, qui stipulatur absenti, dicitur per legem fieri. gl. Bald. Ang. & Alex. in l. j. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. vnde notarius dicitur tanquã pica & organum, vt ibi declarat Bald. & in l. nec enim. ff. de adoprio. Tertio facit doctrina Bar. & Doct. in l. qui Romæ. s. Flauius. ff. de verbor. oblig. vbi concludunt, quòd quando in contractu est stipulatum aliquid tertio per notarium, non est licita pœnitentia, vt declarant Bal. in l. cum à focero. C. de iur. dot. Aret. consil. lxxiij. in tertio dubio. ergo sequitur quòd illi sit statim quæsitum ius, aliàs liceret pœnitere. l. ij. ff. de seruis export. l. si pater filio. ff. de manumif. vin. Quarto facit, quia etiã si non quæreretur absenti, nisi constet de ratihabitio- ne, tamen tale ius acceptandi, vel ratificandi, debet in hæredes transire. l. si sine. s. si procuratori. ff. rem rat. hab. & declarat Bartol. in l. bonorum. eod. titul. Signo. de Homod. consil. xlviij. Et facit l. quoties. C. de donat. quæ sub modo. vbi si donauerim tibi centum, & post mortem tuam donem Seio: mortuo Seio ante acceptationem, possunt hæredes ipsi acceptare. Et facit quod not. Com. in l. ij. s. si pecuniam. ff. de dona. vbi si tradatur aliqua res causa donationis conditionalis, & conditio eueniat post mortem donatarij, perficitur donatio in personam hæredum. arg. s. ex conditionalis. Instit. de verb. obligat. & dicit esse singulare dictum. Ergo idem dicendum in pura: quia non refert, an contractus fuerit conditionalis, & euenierit conditio, an à principio purus. l. fin. vbi moder. ff. de vulg. & pupill. Et quòd statim quærat absenti, ex notabilis decisio Guid. Papæ in q. sua xlix. & quæst. ccxxij. vbi dicit ita fuisse iudicatum in consilio regio: quamuis nihil alleget quod faciat ad propositum, & ante eum idem videtur voluisse Bal. in l. si quis emancipatum. C. de donat. & Socin. consil. xc. versic. secundò respondetur. in ij. volu. & in consilio cxxv. Sed tamen contraria opinio est verior: quia quicquid sit in seruo, notarius cum sit libera persona, non acquirit directas domino, sed tantummodo vtiles, vt est magis communis opinio in l. stipulatio ista. s. si stipuler. ff. de verborum obligat. quæ probatur in l. iij. ff. rem pupill. sal. fo. vbi per notarium non quæritur ipso iure pupillo. Et dato, quòd de consuetudine acquireret directas, non tamen sequitur quòd acquirat alicui ante illius acceptationem, per regulam l. in omnibus rebus. vbi est casus. ff. de act. & oblig. & l. ea quæ ciuilitur. in verb. volentibus. ff. de acquir. rerum dom. & l. si ego. ff. de neg. gestis. & l. si communis. in fin. ff. de acq. poss. per Salic. in l. j. C. eod. sicut videmus, quòd licet etiam princeps sit publica persona, tamen eius beneficium nõ quæritur ante acceptationem. l. Labeo. vbi Doct. ff. de iureiur. & per Aretin. in l. si absenti. ff. de acquir. poss. Curt. consil. iij. in fin. consil. lxv. incip. seriosa. Idem in beneficio collato ab episcopo. cap. si tibi absenti. & ibi Anchar. in ij. notab. de præbend. in vj. Idem videmus in presbytero, qui tanquam publica persona potest stipulari episcopo: sed tamen illi non acquiritur ante acceptationem, vt not. Hostien. in cap. dudum. de conuers. coniug. & quod notat Oldradus consil. xxx. incip. factum tale est, quædam, &c. Et hanc opinionem tenent Andreas de Pisis, Guliel. de Cun. & alij quos refert Alberic. de Ros. in l. non enim. ff. de adopt. vbi dicit, quòd secundum eos, notarius\* acquirit absenti, si deinde suppleatur consensus per ratihibitionem. Et istud etiam voluit Ioannes Andreas in addit. Specul. in titul. de cess. act. s. consequenter. in addit. incip. Petrus de Cerialis. in fin. vbi propriè figurat quæstionem in notario stipulante pro absente. Et idem sentit Bald. consilio cc. incip. verba. in primo versic. vel melius dicendum. & etiam in l. nec ei. s. satisfactio. in vj. quæst. ff. de adopt. vbi si notarius stipuletur pacem pro absente, non quæritur ius absenti, nisi ratum habeat intra tempus statutum. Idem tenet Ang. consil. lxxiij. incip. quòd dicta. Paul. Castr. consil. cxcv. incip.

incip. visis his quæ narrantur. in secundo, in nouissimis. Soc. in l. j. s. si iusserim. ff. de acqui. pos. vbi refert quoddam mod. in fortiori casu ita consuluisse. & idem tenet etiam consil. l. iij. in iij. consuluit Dec. consil. ccxxvj. incip. magister Ioannes. vbi simpliciter allegat Paul. de Ca. & idem sequitur in l. cõtractus. ff. de reg. iur. Ex quibus apparet hanc etiam esse communem opi. & allegata in contrarium debent intelligi, quando secura est ratihabitio. Non obstat, quòd deberet posse fieri acceptatio per hæredes: quia istud est falsum, ex quo res non dicitur amplius integra. arg. l. bonorum. ff. rem ra. hab. & probatur in l. si ego. s. si res alicui. ff. de iur. dot. Et ita respondent Pau. Cast. & Dec. in loco s. alleg. Sed tu dic, quòd cõtractus prout sunt in fieri, & sic ante acceptationem, dicuntur facti. l. consilio. ff. de cur. fur. & no. in l. j. in prin. ff. de ver. oblig. Et ea quæ sunt facti, non transeunt ad hæredes. l. j. s. Scæuola. ff. si quis testa. lib. Cin. in l. j. in ij. q. C. de his qui ante aper. tab. Bal. Sal. & Alex. in l. emancipata. C. qui admit. vnde hæres ratum habere non potest. l. iij. s. acquirere. ff. de bo. poss. per Di. in reg. ratum. in pe. q. de reg. iur. lib. vj. & ita intelligitur Bar. in d. l. bonorum. Et facit quod no. idem Bar. in l. si decem cum petiero. in fi. ff. de ver. obli. vbi conditiones potestatiuæ respectu implementi ad hæredes non transeunt: quod est in casu nostro: inest enim tacita potestatio, si acceptauerit, quæ est potestatiua. vnde Cicero in Topic. ad Treba. nullam inquit donationem sine accessione intelligi posse. Et in d. l. quoties. ponitur casus specialis in secundo donatario, cui quæritur per legem statum: quod nõ est in casu nostro, licet etiam possit ibi donas pœnitere, & actio non competet nisi contra primum donatarium, vt habetur in dic. s. Flauius. & dicit Guido Papæ in q. cccccxij. quòd quæritur solum ius personale, non autem in rem: quod puto verum, & notandum ad materiam. l. quoties. C. de rei vendic. & ita procederent, etiam si notarius stipulatus esset donatario & eius hæredibus: intelligitur enim hæredibus stipulatus, quatenus à donatario prius acceptata esset. l. eũ qui ita. s. te & Titium. ff. de ver. obli. per Bar. in l. stipulatio ista, habere licere. s. si quis ita. in fi. eod. tit. Et facit quod no. Bal. in l. iij. C. quib. ad lib. proclama. vbi per illum tex. dicit, quòd quæ alicui donata sunt, eius cõtemplatione donata præsumuntur, non autem alterius, cui ex dispositione legis esset acquirendum. Et ista etiam videtur fuisse verisimilis mens donantis, qui hæredes nõ agnoscebat, sed ipsum donatarium, propter cuius merita donauit. arg. l. & ideo. ff. pro soc. Circa secundum, quid iuris quando iuramentum accessit? Videtur, quòd debeat tunc quæri absenti, iuxta glos. præal. j. q. vij. c. quoties cordis. vel saltem quæ possit ratificari per hæredes. Et facit quod no. Iac. Butr. Sal. & mod. in d. auth. sacramenta. vbi videntur velle, quòd quando notarius recipit iuramentum vice & nomine illorum quorum interest, tale iuramentum præiudicat, & quæritur ius omnibus. Et facit ratio: cum enim iuramentum præstetur Deo. d. c. debitores. videtur Deus recepisse ad vtilitatem donatarij: vnde debet transmitti ius etiam in hæredes. In contrarium facit tex. in l. certum. s. si quis absente. ff. de confes. vbi iuramentum, parte absente & nemine acceptante, parti non præiudicat. Et in casu nostro ista opinio est verior, quia etiam quod iuramentum præstetur Deo, tamen sicut donatio tacitam habet conditionem, si pars acceptauerit, vt supra vidimus, ita etiam eam iuramentum habere intelligitur. d. l. si. C. de non nu. pe. Nec reperitur quòd recipiatur à Deo in vtilitatem hæredum, nisi quatenus à principali fuisset acceptatum. Tertio inferitur, nunquid pactum nudum iuramento confirmetur? Et Abb. hinc dicit, quòd non est dubium quin firmetur, per c. j. de pact. Sed de iure ciuili videtur esse contrarium. per tex. in d. l. si quis pro eo. vbi Bart. & idem tenet Bal. in l. j. C. de oper. lib. Ang. in l. iurifgentium. s. quini. ff. de pact. & videtur communior opi. vt per Iaf. in l. si quis maior. C. de transa. licet Ant. hinc tenuerit oppositum, per l. vt iurifurandi. ff. de oper. liber. vbi ponitur casus specialis, & ideo non trahendus ad consequentias, licet eandem l. ad hoc allegauerit gloss. Instit. quib. mod. re contrah. oblig. in gloss. j. in fin. Eandem opin. tenuerunt Comen. & Rom. in l. j. in princ. ff. de verborum obligat. Rapha. consil. clxxxij. incip. visa copia. ad fin. Mathes. not. xxxvj. not. regulam Iaf. in l. iurifgentium. s. sed cum nulla. versicu. vndecimo fallit. ff. de pact. Mouentur omnes per tex. in dicta l. si quis maior. vbi probatur, quòd veniens contra pacta iurata, priuatur actione, & cogitur soluere pœnam: ergo talia pacta tam principalia quàm pœnalia fouebantur iuramento, quia aliàs non fuisset orta actio. dist. s. sed cum nulla. Et per istud fundamentum idem etiam tenent moder. in repet. d. l. si quis maior. in xxj. notab. Sed ille tex. nihil facit, quia quoad ipsa pacta, non inducitur priuatio actionis orientis ex eis, sed eius actionis super qua transactum pacto est, vt satis innuunt verba d. legis, & declarat ibi Alex. Quò verò ad pœnam, quicquid dicant ibi moder. impossibile est intelligere quòd fomentetur iuramento, ex quo tex. non loquitur quando super pœna iuratum est, sed quando super principali: vnde necessariò intelligendus est, quando aliàs ex pœna agi posset, vt quia interuenisset stipulatio. Vnde concludo, quòd de iure ciuili iuramentum regulariter non vestit pactum nudum: de iure vero canonico licet Abb. dicat esse indubitatum, contraria tamen opi. posset teneri. Non obstat quòd si ex simplici pacto hoc iure oritur actio, d. c. j. quantò magis ex iurato: quia respondeo, quòd hæc ratio concludit solum in foro canonico, vnde in eo satis fateor agi posse, sed in foro ciuili non posse, in quo non habet locum regula primi, vt est tex. in d. s. sed cum nulla. & istud sentit Corn. in d. auth. sacramenta. q. xiiij. Iaf. in l. iurifurandum quod ex conuentione. in fi. prin. ff. eo. Non obstat alia ratio, quòd ex simplici iuramento de iure canonico oriatur actio, vt habetur in c. cum venissent. de inst. & probatur in hoc tex. & in d. c. quæuis. dum mandatur iuramentum seruari: quæ verba important actionem. l. statuas. ff. de acquir. rer. dom. quia respondet Iaf. in d. l. iurifurandum. quòd imò, ex quo verba diriguntur ad iudicem, qui compellat subditos ad obseruationem iuramenti, oriatur actio, nisi iudicis accedat officium, iuxta



gl. & doct. in l. si foror. C. de collat. & ideo solum poterit agi in foro canonico per denuntiationem euāgelicam, secundum eum, & malè, quia contra tex. in c. ij. eo. tit. in vj. Vnde quicquid dicat Ias. tene cōmūnem opi. quā etiam sequitur Fel. in c. j. de pact. quæ fundatur ratione concludenti. Nam si iuramentum confirmat contractum, cui lex resistit, & facit vt etiam in foro ciuili seruetur, vt in hoc text. & in d. ca. ij. quāto magis confirmabit contractum vbi lex non resistit, & ex quo naturalis oritur obligatio, sicut est pactum? Quartò inferitur ad contractus innominatos, nunquid accedente iuramento, ita confirmetur, vt ex eis statim oriatur actio. Et sciendum est, quòd in eis non oritur regulariter actio, nisi ei qui ex parte sua prius adimpleuit: nec sufficeret oblatio, vt est text. vbi glos. in verb. facio. in l. iuris gentium. in prin. ff. de pact. Et ratio est, propter eorum frigiditatem, ex quo lex eis non adhsit: & ideo ex solo pacto non agitur, & ei qui impleuit, ante implementum alterius licitum est pœnitere, vt declarat Bart. in l. si pecuniam. ff. de condit. caus. dat. Videndum est ergo, si iuramentum accesserit, an ante implementum oriatur actio, & quæ, & an licita sit pœnitentia. Et circa primum Corn. in d. auth. sacramenta. q. xliij. in fin. concludit quòd oriatur actio: quia licet contractus \* innominati sint magis debiles quam pacta nuda, vt est gl. in l. petens. & habetur in l. siue apud acta. C. de trāfact. tamē illa debilitas fortificatur per iuramentum, cuius natura est confirmare actus quibus lex non adhsit, vt s. vidimus. Ista opinio videtur mihi dubia, quia aut ille qui vult agere, nondum impleuit, & iuramentum non debet operari quòd sibi detur actio, ex quo talis contractus tacitam habet conditionem, si ex parte tua adimpleueris. ca. iij. s. eod. c. seq. s. si. declarat Bald. in l. fin. C. de non num. pec. aut iam adimpleuit ex parte sua, & tunc etiam circumscripito iuramento posset agere: vnde videmus quòd etiam de iure canonico, in tali contractu non oritur actio ante implementum, vt dicit Bald. in l. cum quis. C. de iur. & fact. ign. & in d. l. siue apud acta. vbi Mod. & per Socin. in repet. rubr. ff. de verb. obli. Circa secundum, gl. in d. l. si pecuniam. in verb. necesse. videtur velle, quòd accedente iuramento in tali contractu non est licitum pœnitere: & transeūt ibi Mod. Pro quo facit, quia quamuis in pacto, per quod prorogatur iurisdictio iudicis non sui, sit licita pœnitentia. l. si conuenerit. ff. de iurisdict. om. iud. si tamen accedat iuramentum, secus est, vt notant omnes in c. j. s. de iudic. Vnde inferitur, quòd licet iuramentum \* non faciat quem teneri in plus, facit tamen obligari efficacius, vt ibi dicitur, & in simili per Alexan. in l. j. ff. de pact. Intellige hanc conclusionem, quando ille qui adimpleuit, iurasset & vellet pœnitere: potest enim alius ex parte sua adimplere, & agenti ex capite pœnitentiæ excipere de iuramento, aliàs si ille qui recipit iuramentum, non adimpleuisset ex parte sua, iuramentum non operaretur, ex quo deficeret consensus. d. l. fin. & d. cap. seq. s. si. Idem si alter contrahentium qui adhuc non adimpleuit, solum iurasset: ille enim qui adimpleuit, nihilominus poterit pœnitere, & repetendo censetur remittere iuramentum, prout in sui fauorem est præstitum. c. s. eod. & c. ij. de spons. per Doct. in l. Labeo. ff. eod. Et ita tolluntur quædam argumenta Ioan. de Imol. quæ fecit contra hanc opin. in l. ij. s. sed si quis. ff. de don.

DE PRÆSCRIPTIONIBVS, RYBRICA.

§ V M M A E.

- 1 Præscriptionis definita effectus. 3. 4.
- 6 Præscriptionem in casibus cessare: in æquis valere.
- 9 Usucapione & præscriptione verum dominium queri. 10.
- 17 Præscriptione, nisi in casibus, excipimus.
- 18 Debitum nisi ex causis, præscriptione statutaria non tolli.
- 19 Præscribendi cause. 21. 22.
- 20 Usucapiendi causa.



**C**ONTINVA TVR hæc rubrica vt per Abb. cum enim s. de exceptione sit dictum, & quandoque de iure præscriptionis excipiatur, meritò de ea videndum est. Quæ continuatio est satis dubia, quia nimis generalis: hoc enim attento, potuissent de pactis, de confessis, de restitutione spol. de re iudicata, tituli subiici, ex quo plerunque de talib. excipitur. Sed tamen saluari potest hæc continuatio, sic intelligendo, quòd cum s. de exceptionibus dictum sit, & præscriptio nihil aliud sit, quā exceptio, quæ actioni in rem vel in personā propter possessionem temporis à lege definiti obiicitur, de ea videndum fuit. Et ideo in ff. & C. rubrica ponitur de exceptionibus & præscriptionibus, quia præscriptio omnem exceptionem perpetuam significat, vt declarauit in capit. vltim. incip. disunctio. quæ tamen magis in specie de ea intelligitur, quæ propter tēpus obiicitur, vt infra videbimus. Primò quærit Abb. quid sit præscriptio: & refert esse quoddam ius, ex tempore congruam autoritatem legum, & earum vim capiens, pœnam negligens, & finem litibus imponens. Quæ definitio fuit Ioan. And. in regula, possessor. in Mercurial. cum qua transeunt hîc cæteri scribentes. Sed aduertendum est, quia ego puto, propriè loquendo, quòd præscriptio non dicatur de ipso iure acquisitio per possessionem sed de ipsa exceptione ex eo oriente. Et ideo Iurisconsulti, qui eleganter locuti sunt, ita solent accipere, vt apparet in l. j. & l. creditor. & in rubr. ff. de diuers. & temporal. præscriptionibus. & in rubr. C. quibus non obiicitur longi temp. præscript. licet ex Romanis pontificibus aliqui hoc non obseruauerint de possessore. Vnde consequens est, vt vsucapio \* propriè de ipso iure acquisitio dicatur, etiam in rebus immo- bilibus.

bilibus. l. iij. l. si fur. in fi. & l. eum qui ædes. ff. de vsucapion. Sed exceptio oriens ex tali vsucapione immobilium vel iurium, dicitur præscriptio. Nec tex. in l. ij. C. in quibus causis cess. longi temp. præscription. quicquam vrget in oppositum: quia ibi dubitatio non erat in vi verborum, sed in tempore: nam aliqui volebant seruum non præscribi, nisi longo tempore: text. dicit oppositum, quòd imò vsucapio biennalis in eo locum habet: & credo quòd secundum hanc opin. etiam senserint antiqui, desinientes præscriptionem † esse exceptionem, quæ ex tempore substantiā capit, & actioni obiicitur, vt no. gl. xvj. q. iij. in summa. & sequitur Goffred. in summa huius titu. & licet Ioan. Andr. & Abb. hîc eam reprobent, tamen eorum fundamenta non vrget. Cum enim dicitur esse exceptionem ex tempore substantiam capientem, debet intelligi, quòd licita & à lege approbata sit, & sic auctoritas legis illi adsit. argum. l. iij. s. condemnatum. ff. de re iud. l. non putauit. s. non quæuis. ff. de bonorum possess. contra tabu. Et dum dicitur, non poni in ea causam finalem, quæ est vt lites finiantur, & dominia non sint in incerto. l. j. ff. de vsucap. l. fina. ff. pro suo. responderetur non esse hoc necessarium ad definitionem, vt probatur in l. iij. ff. de vsucap. in l. v. s. stipulatio iuncta l. stipulatio ista. s. alteri. ff. de verborum obligation. & facit quod not. Bartol. in l. j. ff. de appella. Satis enim est, quòd constet ex genere, proprio, & differentiis. l. j. vbi notatur. ff. de dolo. quòd est in prædicta definitione. Et sic teneo hanc definitionem, quæ est verior. Nam contra communem etiam obstat, quia est aliqua præscriptio quæ pœnam negligentibus non infert, vt quæ currit aduersus ignorantem. l. fina. ff. de præscrip. long. tempo. & tamen in ignorante non cadit negligentia. cap. quia diuersitatem. de concess. præbendarum. Abb. in capit. proximo. in vltimis verbis: nisi capias negligentiam pro qualibet cessatione improprie, vt declarat Pau. de Cast. consi. ccxcij. incip. visis & ponderatis omnibus. & per Felinum hîc. Sed tamen videtur in definitionibus quòd verba debeant propriè & strictè intelligi. l. j. ff. de testamen. de quo tamen per Decium in rub. s. de probation. Item contra hanc definitionem facit, quia † exceptio præscriptionis multis casibus nō impedit litis ingressum. l. emptor. C. de præscrip. long. tempor. per Bartolum in l. fina. ff. pro suo. quam declarat Aret. consi. xcix. incipien. respondi. ergo illa verba, litibus finem imponens, non congruunt generaliter, quòd est contra naturam definitionis. dict. l. j. ff. de dolo. Secundò quærit Abb. an præscriptio sit contra ius naturale, seu æquitatem naturalem. Et concludit, quòd simpliciter loquendo non est contra æquitatem naturalem licet non ex eo capite videatur iniquum remedium: quia non debet aliquis cum alterius iniuria locupletari. l. nam hoc natura. ff. de conditio. indebi. Considerato tamen bono publico, ne dominia in incerto maneat, & vt pœna negligentibus, finisque litibus imponatur, habet secum æquitatem naturalem, vt concludit Ioan. And. in dicta regula, possessor. & sequuntur hîc Doct. & glo. ac Doct. in l. ius generale. prima distinctione. Sed contra hanc conclusionem obstat tex. in s. habeat. in authent. vt ecclesia Romana. versicu. impium remedium. & in verbo, improba temporis allegatio. per quem tex. dicit Bal. & Angel. in l. j. C. de præscript. trigin. ann. quòd arbiter habens iudicare secundum æquitatem, non admitteat exceptionem præscriptionis. \* & idem tenent Ang. & Imo. in l. sequitur. s. si viam. ff. de vsucap. Rom. in rub. ff. de arbitris. Lanfrancus in tracta. de arbitris. in xxv. quæstione. Corn. consi. cxlv. in ij. & consi. cclj. in iij. Socinus in consil. lxxxvj. Nec videtur bona solutio Felini, dum post Imolam in cap. fina. s. eodem. dicit quòd ille text. procedit in possessore mala fidei, per illa verba, ne tutus peccandi locus scientibus relinquatur: quia hoc dato, sequeretur, quòd si quis fuisset bonæ fidei, contra ecclesiam Romanam quin quaginta annis præscripsisset, quòd est contra mentem illius text. Item illa verba habent dictionem implicatiuam seu argumentatiuam, ibi, etiam scientibus: ex qua apparet rationem text. procedere, dato quòd præscribens nesciret, & sic non esset in mala fide. & hoc probatur ex natura illius implicatiuæ, de qua habetur in l. j. ff. soluto matrimo. Nec etiam bona videtur solutio quam fertit gloss. in dicto s. habeat. dum intelligit dictum remedium esse impium quo ad quid, scilicet habito solum respectu ad regulam in dicta l. nam hoc natura. Nam cum illa lex sit iuris ciuilis, & dicat iniquum esse tale præscriptionis remedium, debet generaliter intelligi & de iure naturali & ciuili. argumen. l. ius ciuile. ff. de legibus. Vnde ego putarem quòd prædicta ratio deberet intelligi secundum terminos dict. authent. vt sit improbum remedium aduersus ecclesiam: dato enim quòd quis sit in bona fide, non tamen est æquum, prælatorum negligentiam ecclesiæ nocere, vt habetur in l. iubemus. C. de sacrosanct. eccles. Et sic in eo casu cessat æquitas, quæ in præscriptione regulariter militat, meritò igitur talis exceptio censetur iniqua. Vnde apparet, quòd prædicta decisio Baldi, Angeli, & sequacium, potest sustineri duobus casibus. 6 Primus † est in præscriptione, quæ ab eo opponitur, qui mala fide præscripsit: qui casus est indubitabilis, ex quo etiam vbi ageretur de rigore, talis tamen exceptio non esset attendenda propter peccatum. cap. fina. s. eodem. Secundus casus est de præscriptione quæ obiiceretur ecclesiæ vel cuilibet alij, qui propter negligentiam Rectoris à re sua fuisset exclusus, & ita loquitur dic. s. habeat. Et in his casibus potest saluari quod no. Barto. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. alioqui extra hos casus putarem has dictas decisiones non esse veras, prout etiam tenuit Ludou. Roman. consi. cxlix. circa primum. Aret. in cap. dilecti. s. de iudic. & Felin. hîc. Et hoc deducitur tribus rationibus. Prima, in causa dotis proceditur de bono & æquo. l. iure succursum. ff. de iure dotium. & tamen in ea potest obiici præscriptio. l. in rebus. s. omnis. C. de iure dotium. Secunda, ius canonicum innititur æquitati. capit. dilecti. s. de iudic. & cap. j. s. de pact. & tamen approbat exceptionem præscriptionis, vt in toto hoc titulo. Tertia, forum conscientie est forum æquitatis, & bonitatis, cap. nouit. s. de iudic. Bal. in cap. cum causam. s. de testib. & tamen

tamen qui bona fide præscripsit. in eo foro est tutus, dato, quòd deinde superuenerit mala fides. xxxiiij. quæst. ij. cap. si virgo. xiiij. quæst. vj. cap. si res. per moder. hic, & Felin. in cap. si vigilanti. in fi. j. eodem. Et ex his inferitur ad id quod not. Socin. in dicto confi. lxxxvj. vbi concludit, quòd stante statuto quòd possidens rem pro sua per xxx. annos, præscribat: debet fieri interpretatio, vt nihil addatur iuri communi, ex quo tale statutum inducens præscriptionem, dicitur esse iniquum, per dictum §. habeat. & in statutis iniquis fit interpretatio vt nihil operentur, ne aliquis locupletetur cum aliena iactura, vt per Bartolum l. fina. §. in computatione. C. de iure deliberan. & in l. omnes populi. in vj. quæst. ff. de iultir. & iure. Nam dico quòd imò tale statutum non est iniquum, nisi in prædictis duobus casibus. Tertiò quærit Abbas, quid sit vsucapio: & sequitur definitionem Iuriconsulti in l. iij. ff. de vsucapio. & concludit, quòd ibi definitur vsucapio solùm in specie sumpta, prout habet locum in rebus mobilibus tantùm. Sed ista opinio Abbatis non est vera, & videtur sibi ipsi contradicere. Nam primò dicit, quòd ante Iustinianum vsucapio in rebus etiam immobilibus indifferenter dicebatur: quod probatur in multis legibus eius tituli, & supra dixi: ergo illa definitio cum sit ante Iustinianum facta, debet intelligi etiam de præscriptione. & ita etiam tenet Azo in summa eius tituli. Præterea videtur quòd etiam Iustinianus non constituerit istam differentiam: quia, vt probatur in l. j. de vsucap. transfor. & insti. de vsucap. in princ. promiscuè vsucapionem intelligit etiam in rebus immobilibus. & istud videtur mihi verius. Contra prædictam definitionem arguunt moder. dum dicitur, vsucapio est acquisitio dominij, quod non sit bona: quia acquisitio ipsa est effectus vsucapionis, & effectus \* debet distare à sua causa, sicut mater à filia. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procura. Et ista ratione in simili Barto. reprehendit definitionem Azonis in l. j. ff. de ap-  
pel. & idem sentit Pau. de Cast. in dict. l. iij. Sed tu responde, quòd vsucapio est dictio effectum significans: quia dicitur vsucapio, \* id est, acquisitio per vsu, id est, possessionem: meritiò ergo sic fuit definienda. 8  
Secundò arguit Pau. Cast. quia dicta definitio videtur defectiua, ex quo in ea non fit mentio de titulo & bona fide, sine quibus non vsucapimus. inst. de vsucap. in princ. l. quod vulgò. ff. pro empto. Sed responde, quòd titulus, & bona fides non sunt propriè de substantia, nec eam immediatè inducunt, sed solum possessio: vnde videmus quòd defectus possessionis quancumque superueniens eam interrumpit. l. naturaliter. ff. de vsucapio. & non defectus bonæ fidei. l. iusto. §. & si possessionis. ff. eodem titu. vnde satis fuit ponere substantiam principalem ipsius vsucapionis, non autem adminicula extrinseca, quauis necessaria. Dum enim dicitur quòd est acquisitio, debet intelligi secundum legitimum modum facta, vt diximus supra in prima quæst. Quartò quæritur, an mediante vsucapione quærat dominium directum vel vtile. Et videtur non acquiri: nam dominium directum oisibus inhæret prioris domini ex ratione naturali, vnde ab eo sine eius voluntate separari non debet. l. iij. ff. pro soc. facit l. quis ergo. vbi gl. ff. de pecu. Et ista fuit ratio Ioan. And. in dicta regula, possessor. In contrarium facit text. in dicta l. iij. dum dicit, quòd est acquisitio dominij: ergo intelligemus de directo. l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vetig. vel emphyt. per. Item text. in l. traditionibus. C. de pact. dum dicitur, traditionibus & vsucapionibus dominia rerum acquiri: nam sicut traditionibus directum acquiritur dominium, ita etiam vsucapionibus, per regulam l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & ita tenet Abb. & sequuntur cæteri in vsucapione rerum mobilium. Et ista sit prima conclusio. Secunda est, quòd in præscriptione longi temporis, vel etiam longissimi, accedente bona fide, quæritur vtile dominium. Tertia conclusio est, quòd in præscriptione triginta annorum, vel etiam quadraginta si quis est in mala fide, nõ acquirat aliquod dominium, sed solummodo exceptionem. Et istæ tres conclusiones sunt communiter approbatæ hîc, & in dicta l. traditionibus. & in authent. nisi. C. de bonis mater. Circa primam conclusioem videretur, quòd imò 9 per vsucapionem non transferatur directum dominium: quia cum non accedat consensus veri domini, sequitur eam translationem fieri per legem: & nos habemus, quòd vbi lex contra regulas iuris, veluti in casu nostro citra voluntatem domini, transfert dominium, intelligitur semper de vtili, non de directo. glos. vbi Petrus, Cinus, Salic. in authent. donationem. C. de iure dotium. Docto. in l. fina. C. de sac. sanct. ecclesiis. declarat Aretinus in l. j. ff. de leg. j. per Socinum in l. j. §. sublata. in vltimis verbis. ff. ad Trebellianum. Nec obstaret quòd lex dicat dominium acquiri: quia potest etiam verificari in vtili, secundum subiectam materiam: vt in simili dicimus in libello, in quo quis agit ad dominium: de quo per Bartolum in l. si mater. §. eandem. ff. de excep. rei iudic. vnde si ex vsucapione non transferatur nisi vtile, satis verificantur dicta verba, vt etiam apparet inst. de vsucap. in prin. vbi gl. in verbo, dominium. Et suadetur hæc opinio ex dicta definitione in dict. l. iij. dum dicitur, quòd est acquisitio vel adiectio dominij: illud enim verbum adiectio, non refertur ad translationem quæ fit à domino, sed ad acquisitionem extraordinariam, sicut videmus in rub. institu. de eo cui liber. causa bona addit. Vnde etiam videmus, quòd lex Atinia, quæ de prohibita vsucapione rei furtiue lata est, vsucapionem simpliciter appellat auctoritatem, vt dicit Aulus Gel. libr. x. v. 1. & ita etiam appellat M. Cicero in Topicis. producens legem duodecim Tabula. quæ de auctoritate, hoc est vsucapione fundi loquitur, ad ædes. Et fundum per auctoritatem vsucapitum, simpliciter antiqui appellabant possessionem, vt dicit Festus Pompeius. Et ideo in l. quæstio. ff. de verborum signific. Iuriconsultus dicit possessionem iuris, proprietate ab agro differre: quia possessio est cuius proprietate ad nos nõ pertinet: & sic ibi capitur possessio pro fundo vsucapto. Licet Lauren. Valla non intellexerit, & ideo in Iuriconsultum inuehatur. Circa secundam conclusionem, quòd ex tali præscriptione solummodo oriretur vtile dominium, secundum communem opinionem,

nionem, videtur probari primò in l. j. §. cum prædium. ff. de pignor. inducendo vt ibi per Bartolum. Secundo in l. super longi. C. de long. tempo. præscript. vbi præscribenti competit exceptio: & sic præsupponit actionem competere priori domino. Ex quo apparet, quòd directum apud eum residet. Tertiò per textum in l. si duo patroni. §. Iulianus. in verbo, vtilem actionem. ff. de iureiurando. Quartò per text. in l. j. in fin. de aqua pluuiæ. arcen. in verbo, vtilem actionem. & ibi Barto. & est similis text. in l. si quis diutino. ff. si seruit. vendic. & xvj. quæst. iij. §. potest. in verbo, vtiliter vendicare. Quintò, quia tempus non est modus tollendi dominij, sicut nec obligationis. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obligat. ergo præscriptio ex tali tempore oriens non debet auferre directum dominium. Sextò facit auctoritas Bar. in l. j. ff. de acquirenda possess. dum definit possessionem ciuilem esse aptam producere ciuiles effectus, respectu veri dominij, & sic appellat dominium præscribentis verum. Contrariam opinionem, quòd imò acquiratur directum, tenuit Mart. Flo. cum quo transeunt Petrus & Iacob. in dicta authent. nisi. per illum textum Ioan. Fab. & Christophorus Porcus, inst. de vsucap. in prin. per illum text. vbi refert etiam Raph. ita tenuisse, & idem etiam sentit Innocen. in cap. cæterum. §. de iudic. & Io. glos. xvj. quæstio. iij. in summa. Archid. in cap. j. de præscrip. in vj. & nouissimè aliqui moder. in l. fin. per illum text. C. de edic. diu. Adria. tollen. Pro qua opinione faciunt fundamenta quæ supra adduxi in prima cõclusionem. Item facit, quia secundum Azonem & antiquos in dicta l. iij. definitur vsucapio immobilium, & tamen ibi dicitur acquiri dominium. Nec bona ratio differentie potest inter illos casus adduci: quamuis enim Docto. dicant vsucapionem mobilium esse magis fauorabilem, istud tamen non bene probatur, & nihil concludenter infert ad translationem dominij vtilis vel directi. Item probatur hæc conclusio in dicta leum qui ædes. in verbo, dominium mutat. Et exponere dominium, id est, effectum dominij, est violare text. prout facit gloss. Item pro hac parte adduco text. xvj. quæstio. iij. cap. clerici. vbi videtur probari, quòd per præscriptionem acquiratur proprietate: vnde necessario intelligitur de directo dominio, ex quo vtilis proprietate non reperitur, secundum Alexand. post alios in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquiren. possess. Confirmatur hæc opinio ratione: nam qui patitur rem suam possideri & præscribi, \* censetur illam alienare. l. alienationis. ff. de verborum significat. quinimò magis consentit, quàm ille qui simpliciter alienat, secundum Bartolum in l. filiuffamilias. §. diui. ff. de leg. j. Sed alienans expressè, transferret directum: ergo etiam idem in casu nostro. Quid dicendum? Articulus est disputabilis, & facile esset respondere rationibus hinc & inde adductis. Sed nos pro intelligentia videamus, quæ vtilitas inde resultet: deinde videbimus quid tenendum. Et licet Docto. adducant quasdam vtilitates, vna tamen sola est communiter approbata, videlicet, quòd si præscribens acquirat solum vtile dominium, sequitur quòd prior dominus retineat directum: vnde si res perueniret ad alias manus, quàm præscribentis, vel habentis causam ab eo, posset eam vendicare, nec obtineret possessor de iure tertij, id est, præscribentis obiciens, vt declarant Din. in dicta regula, possessor. Abb. & cæteri scribentes hîc, Aret. in l. cum seruû. C. de seruis fugit. Si verò præscribens acquireret directum, prior dominus non posset aliquo modo agere, Cùm enim duo non possint esse domini directi eiusdem rei. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. cõmodati. sequitur, quòd prior dominus suum directum amisit, & consequenter funditus actione careret. Sed tu aduerte circa hunc effectum: quia etiam si teneamus, per præscriptionem acquiri directum, non tamen videtur absurdum, quòd duo habeant in eadem re dominium, alter ex auctoritate legis, alter ex ratione naturali. argumen. l. j. C. commun. de leg. sicut in simili videmus, quòd dominium ex sola legis auctoritate quæsitum, & hypotheca, etiam in persona eiusdem concurrunt. l. idemque. vbi Bartol. in iij. oppo. ff. de pig. l. si. C. de sacrosanct. eccle. Alexand. & Aret. in l. j. ff. de leg. j. moder. in l. neque pignus. ff. de regul. iuris. Et ex hoc sequitur, quòd lex propter dominium naturale, quod non est omnino extinctum, quandoque ei qui præscripsit, dicat actionem vtilem, quandoque exceptionem cõtra dominium dari, vt in præallegatis iuribus. Nec obstat quòd in vsucapione rerum mobilium, nulla penitus actio superfit priori domino: quia illud non est propter fauorem vsucapionis, vt dicunt Docto. sed alia ratione. In rebus enim mobilibus necessario præsupponimus possessionem, propter quam vsucapitum est, habuisse initium ex voluntate domini. quia aliàs inuito domino res fuisset contrectata, & sic furtum commissum: vnde propter vitium reale vsucapio non potuisset perfici. §. furtiua. insti. de vsucap. Cùm ergo res mobiles, domino volente fuerint contrectatæ, dominium ex vsucapione quæsitum, non est quæsitum simplici auctoritate legis, sed etiam ex aliqua ratione naturali, propter voluntatem domini, merito ergo omne dominium ab eo aufertur: sicut etiam dicunt Docto. in præscriptione quæ currit scienti & patienti, in qua non est controuersia, quia directum dominium transfertur, secundum Bald. in dicta authent. nisi. & quod not. Ioan. And. in addit. Specu. in rub. huius titu. & probatur in dicta l. alienationis. de verborum signific. & licet Imo. in cap. fina. in antepenul. char. j. eod. pangat in contrarium, per text. in l. si. C. de præscrip. lon. tempo. tamen ad illum text. respondent Felin. & cæteri moderniores hîc, & in dicta l. traditionibus. Et ex his apparet, quòd quicquid teneas in prædicto articulo, vtilitas prædicta est certa, nec reuocanda in dubium. Quo vero ad determinationem, quod videatur præscribenti verum dominium acquiri, Bartol. & Docto. in dicta l. j. C. de acquiren. possess. hoc expressè tenent, quia definitio veri dominij huic competit: de qua per Barto. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquiren. possess. vbi dicit, dominium esse ius perfectè de re corporali disponendi, nisi lege prohibeatur. Potest enim præscriptor perfectè disponere, nec dominus prior habet aliquod ius contra habentem causam ab eo. l. si superatus.



peratus. vbi not. ff. de pignor. probatur in l. ij. per Bartolum. ff. de excep. rei iudic. & per Docto. in cap. si quis in ius. j. de regulis iuris. in sexto. Confirmatur hæc opinio: dominium enim est ius: & nos habemus, quod in his, quæ sunt iuris, lex disponens agit ex veritate, non per fictionem, vt per Bartolum in l. si maritus. §. legis Iulia. ff. de adulteris. Vnde dato quod dominium transferatur ex sola auctoritate legis, est tamen verum dominium. Et ideo textus in dicta l. tertia. ponens definitionem, bene dicit vsucapionem esse acquisitionem dominij, seu adiectionem: adiectio enim ad actum ciuilem \* refertur: & sic ibi definitur tam vsucapio, quam præscriptio. Cùm igitur verum dominium inde quæratur, non est dubium quod in qualibet dispositione etiam odiosa, appellatione dominij, is qui præscripsit, continebitur, per regulam l. cum lege. vbi Aretinus. ff. de testam. Et sic concludo, quod dominium \* quod à lege transfertur, est verum & directum dominium, licet contra dominum naturalem lex dicat competere vtili actionem: sed respectu cuiuslibet alterius nihil differt à cæteris dominis directis. Et ita ego intelligo hanc materiam. Quid verò, si statutum disponderet, quod ex præscriptione dominium acquireretur, an tunc cessaret prædictus effectus, ita quod prior dominus contra tertium agere non posset? Bartolus in dicta l. tertia. videtur sentire, quod sic, dum dicit, quod tunc quæratur directum, vt statutum aliquid addat iuri communi, argumen. l. si quando. ff. de legatis & fideicommiss. primo. & cum eo ibi transeunt Doctor. & etiam hîc, & in dicta l. traditionibus. Sed tu aduerte: quia cùm Bartol. non exprimat dictum effectum cessare, sed tantummodo acquiri directum, ego putarem eius opinionem veram, quod directum acquiratur, iuxta prædicta: non tamen cessare dictam vtilitatem, quia, vt dixi, stat simul, quod quis sit dominus \* auctoritate legis, alter verò ex æquitate naturali: quæ æquitas non impeditur à lege, nisi respectu præscribentis vel habentis causam ab eo. Nec obstat, quod secundum hanc opinionem illud statutum parum operaretur vltra ius commune: quia respondeo, quod imò operaretur, quia darentur præscribenti directæ actiones contra dominum. Item stante tali statuto, præscriptio longi temporis procederet sine titulo, secundum Baldum in l. secunda. C. de præscriptio. long. tempor. quæ pro liber. sequitur Roman. in dicta l. iij. Roman. Alexand. & Modern. in l. Celsus. in primo notab. eodem titulo. Vnde cùm habeat talem effectum, satis est si ita intelligatur, absque eo quod vltius intelligamus, deuiando à iure communi, secundum doctrinam Imol. in l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio. Et quia regula est generalis, quod statuta \* debent declarari secundum ius commune. l. ij. C. de noxal. cap. 16. cùm dilectus. de consuetud. In quo puncto dic vt hîc per Felinum: & in cap. j. de rescript. Docto. in l. fina. §. in computatione. C. de iure deliberandi. Abbas in capit. cùm causam. j. de re iudica. Alexand. consilio cij. incipiente, super eo. consilio cvij. incipiente, viso themate. in tertio. consilio lxxxij. incipiente, visa facti. in secundo. Quibus adde quod notat Baldus in l. j. §. sed excipiuntur. in fine. ff. de feriis. vbi concludit, quod licet statuta declarentur secundum ius commune, si tamen statutum facit aliquas exceptiones à regula, non habebit locum ius commune, vt aliæ exceptiones vltra expressas admittantur: quia in casibus à statuto non exceptis, debemus stare statuto, non autem iuri communi, ex quo exceptio in quibusdam videtur regulam in cæteris confirmare. l. tribunus. §. vltimo. ff. de testament. milit. quod dictum videtur esse dubium, per textum in capi. ad audientiam. j. de cleric. non residen. Illud constat, illas exceptiones expressas secundum ius commune declarari, vt consuluit Bald. in consilio cclxxij. incipiente, supposito statuto. in secundo. Decius consilio cclxxxij. & faciunt not. in l. ita nobis. C. de adulteris. Et per prædicta consului in statuto prouinciali, quod admittit nepotes in hæreditate aui materni quo ad legitimam, nisi quando eius hæreditati renuntiatum est: quod debet intelligi secundum ius commune, vt quando mater decepsit viuente patre, eius renuntiatio illis non obstat, vt habetur per Alexand. in l. pactum quod dotali. C. de colla. Circa tertiam conclusionem, quod præscribenti per triginta vel quadraginta annos cum mala fide solum competat exceptio, ista conclusio est vera de iure ciuili, per text. in d. l. si quis emptionis. §. j. & xvj. q. iij. §. potest. sed de iure canonico non procedit, ex quo hoc iure possessor malæ fidei non præscribit. c. si. j. eo. & ideo non potest neque excipere. Et tale ius etiam in foro ciuili, propter euitandum peccatum, est seruandum, vt ibi no. & in d. reg. possessor. Et ex hoc inferitur, an mediante præscriptione debiti, tollatur naturalis obligatio. In quo puncto concluditur, quod si præscriptio cucurrit cum mala fide, tunc dubium non est, non tolli neque naturalem, neque ciuilem, iuxta prædictam conclusionem. Si verò cucurrit cum bona fide, communis est opinio, quod ciuili perimitur, & naturalis redditur inefficax, ita quod soluenti competeret repetitio: ex quo enim præscripsit cum bona fide, habet exceptionem fauorabilem. Et ideo præscribens, quocunq; errore soluat, repetit. l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb. & ita tenent Bar. & Pau. Cast. in l. si. §. si. ff. rem rat. hab. Bal. in l. sicut. & in l. omnes. C. de præscrip. trig. vel quadrag. ann. & in l. si. C. de præscrip. lon. tempo. Ange. in repet. l. j. C. de iud. Imo. in c. fin. j. eod. Abb. & moder. in c. ad aures. per illum tex. j. eod. & pro hac parte facit tex. in l. si quis postquam. ff. de fideiussor. vbi obligationi præscriptæ non potest accedere fideiussor. Et sic apparet obligationem naturalem, quæ alicuius vtilitatis sit, nullam superesse, aliàs fideiussor illi accederet. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fideiussor. Et inde etiam inferitur, quod contra præscribentem non competeret denuntiatio euangelica, ex quo naturalis obligatio quæ superest, est inefficax, & ille qui præscripsit, cùm sit in bona fide, non peccat. & ita tenet Abbas in dicto cap. fina. & Bartolus in extrauagant. ad reprimendum. in verbo, per denuntiationem. Et ista est communis conclusio secundum quam consuluit Corne. in consil. clxxvj. in fine. Quam conclusionem intellige sanè, quando præscribens

præscribens est in bona fide: alioquin si sit in mala fide, est secus, per supradicta. Et ideo in præscriptione actionum personalium raro posset habere locum hæc conclusio, cùm principalis debitor sit in mala fide, & hæres teneatur eius conscientiam releuare. capi. serui. de sepultur. & sic perinde habetur ac si esset in mala fide, vt per Abbat. & alios in c. ij. & in c. si diligenti. j. eod. & hoc tenet Bald. in auth. ad hæc. C. de vsur. Et dicit Anto. in d. c. fin. prædictam conclusionem in personalibus solum posse procedere in casu, in quo quis ignorans obligaretur alteri, vt quando quis obligatur ex facto procuratoris: cùm enim esset in bona fide, cessaret peccatum, & sic tolleretur saltè in effectu obligatio naturalis. Et idem tenet Imol. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapion. vbi reprobat opinionem Bartoli ibi tenentis, quod d. cap. fina. non habeat locum in actionibus personalibus: quæ opinio etiam communiter reprobat in d. c. fina. & per Alexand. consil. xcix. incipien. videtur prima. in iij. & consil. l. j. incipien. videretur prodecisione. in v. & alibi sæpe. vnde in casibus in quibus opinio Bart. sustinetur, veluti in casu aliquarum limitationum, quæ ponuntur in d. c. fina. posset etiam teneri, talem obligationem naturalem in personalibus non operari, veluti in actionibus quæ sui natura sunt temporales, sicut est actio quanti minoris, & redhibitoria, de quibus habetur instit. de perpet. & tempor. in princip. declarando tamen vt per Abb. in d. c. fina. & hoc etiam tenet Paul. de Cast. in d. l. fina. & in d. §. si viam. & vide Corn. qui aliquantulum aduersatur, consil. cclj. in iij. Quinto quærat Abbas an valeat statutum non admittens creditorem ad agendum post certum tempus. In quo puncto communis conclusio est quod nõ, quia debitor cùm sit in mala fide, non soluendo non potest præscribere, quia incideret in peccatum. d. cap. fina. & cap. possessor. de regul. iur. in vj. & ita latè disputauit Anto. in disputa. incipien. stante statuto municipali. cum multis concordant. per Felinum in d. c. fina. vbi etiam ponit multas solutiones, quæ in iure vix possunt sustineri. Fallit, quando statutum disponderet in casu, in quo debitor esset in bona fide, vel præsumeret solutionem aut acceptilationem ex causa rationabili, per quam tolleretur peccatum: aliàs non valeret, quibuscunque verbis loqueretur, secundum Bald. in auth. ad hæc. C. de vsuris. & Anton. in d. disputatione. Abb. in cap. quod clericis. de foro competen. Anchara. in d. regula. possessor. in vltima charta. Angel. de Aret. in l. nemo potest. in fi. ff. de legat. j. Sed difficultas est in cognoscendo, quæ sit iusta causa talis statuti: solus enim temporis lapsus non sufficit. d. cap. fina. Et primò iusta causa videtur, quando talis præsumptio induceretur cõtra sceneratores, cùm non esset verisimile, quod ipsi tandiu tacuissent, non petendo creditum suum. Et ita notat Imola in l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demonst. cum concord. per Felin. in d. cap. fina. in tertia solutio. Vnde si pignus esset sufficiens pro vsuris temporis introducti à statuto, secus putarem. Secunda causa mihi videtur, quando statutum non simpliciter induceret præscriptionem, sed diceret quod deberet stari iuramento debitoris, an esset debitor vel non: nam tunc vltra tempus est etiam præsumptio oriens ex sacramento. Nec est verisimile quod quis de facili peieret. l. j. ff. de iureiuran. c. ij. de sponsalib. vnde si debitor esset talis, qui verisimiliter dictum statutum peieraret, non haberet locum: vt si aliàs periurasset. argum. glo. in cap. paruuli. xxij. quæst. v. vel esset vir malæ famæ, vt per gl. in c. significasti. j. vers. si ita est. j. de homicid. & quod per eam notat las. in l. pro hærede. ff. de acquirenda hæredita. Baldus in simili. in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de edendo. & in l. directas. C. de testam. manumiss. Alexan. consil. cxliij. in iij. Tertia causa esset, quando statutum requireret prius fieri proclamationem, & ea elapsa, intra certum tempus excluderet creditorem. argum. l. locorum. C. de omni agro desert. libro xj. & l. si eo tempore. C. de remissio. pignor. & quod not. Bartolus in l. rem quæ nobis. ff. de acquirenda possessione. Nam tali casu, tanquam res habeatur pro derelicta, præscribens acquirit directum dominium, vt dicit Iacobus in l. traditionibus. allegat Bartolum in l. cum res. in secunda lectura. C. de collatio. Sed ista conclusio ita simpliciter intellecta non est vera, quia militat adhuc ratio peccati euitandi: vnde non intelligas eam procedere respectu veri debitoris: quia cùm ipse sit in mala fide, est in peccato, nec propter negligentiam creditoris potest sine peccato lucrari. argum. capitu. locupletari. de regulis iuris. in sexto. & per Ancharanum in dicto capitulo, possessor. Et quod sola proclamatio non sufficeret, etiam firmat Alexander in dicta l. rem quæ nobis. reprobat opinione Angeli in l. si vacantia. per illum textum. C. de bon. vacant. libro decimo. Et quod de principali dicitur, habet locum etiam in eius hærede, qui tenetur auctoris sui conscientiam exonerare. c. fin. de sepult. & habetur in capi. ij. infra eodem. Romanus consilio ccj. Alexander in dicto consilio lv. in v. licet Paulus de Castro in l. si quis sub conditione. in fine. ff. de conditio. institu. aliter sentit, & malè. Intelligenda ergo est, quando vltra negligentiam accederet etiam aliqua colorata causa, ex qua induceretur bona fides, vt in casu dictæ l. locorum. vbi prædium erat tributarium & desertum, vnde verisimiliter nouus possessor potuit colere, cùm haberetur pro derelicto, & quod nemo vellet illud colere. Idem in casu dictæ l. si eo tempore. vbi quando creditor iure hypothecæ suæ rem vendit, si alij non comparent, sibi præiudicant quoad eum qui est in bona fide. Et ille casus est singularis, vt dicit ibi Iacobus Butriga. quem refert Angelus consilio ducentesimo octuagesimo octauo. incipiente, viso pacto. & habet in se æquitatem, tum quia remanent saluæ actiones illorum creditorum negligentium aduersus principalem. l. distractis. C. de pignorib. tum quia per talem negligentiam non quæreretur ius non habenti, vt per Bartolum in l. finali. C. de edicto diui Adriani tollendo. tum etiam quia ius ad eos negligentes principaliter non spectabat, alioquin debuissent in specie citari, vt declarat Bartolus in dicta l. si eo. & per Alexandrum in consil. clvj. incip. stantibus his. in ij. volumi. Andr. Sicul.

consilio xvij. in primo volumine. Et cum tali casu statutum valeat propter præsumptam bonam fidem præscribentis, sequitur quod si alia præsumptio sit in contrarium, statutum non teneat, quia vna præsumptio aliam tollit. l. diuus. ff. de in integr. restitut. Et ideo cum statutum factus proclamationibus mandaret omnibus prætendentibus ius in re, vt comparerent, alioquin essent exclusi, & filius, mortuo patre, fecisset eius bona proclamari, dicerem eum teneri satisfacere creditoribus, qui aliàs remaneret decepti, & exonerare conscientiam patris. Et licet negarent se eius hæredes, cum tamen illa bona ad eum nullo alio titulo pertinere possent quàm hæreditario, censeretur hæres, vt per doctrinam Bar. in l. gerit. ver. l. ad secundum. ff. de acq. hæred. & quod habetur per eum in l. licitatio. ff. de publ. in l. j. in ij. opposi. ff. si quis omiffa causa testam. Et idem putarem, etiam si ipse non posuisset ad proclama, sed alius, dummodo ipse reperiretur in possessione: præsumitur enim mala fides, seu fraus. l. si is qui bonis. vbi Bart. & Doct. ff. de acq. hæred. l. si quis. ver. l. & quod de subeunda. C. de natural. lib. per Iac. Rebuf. in l. j. C. de colleg. & chartopat. libro xj. quod nota, quia hæc decisio est æquissima & quo ad Deū, & quo ad homines: licet multi improbi sub harum proclamationum prætextu, damnent animã suam. Cætera dic vt in d. c. fin. Sexto, & vltimo quærit Ab. an præscriptioni possit per pactum renuntiari. In quo puncto concludit Bart. in l. nemo potest. ff. de lega. j. quod non: quia vsucapio & præscriptio decem vel viginti annorum, est introducta propter bonum publicum, ne dominia rerum sint in incerto. l. j. de vsucap. vn de illi renuntiari non potest. l. ius publicum. ff. de pact. Præscriptio vero longissimi temporis, videlicet triginta vel quadraginta annorum, est introducta in odium negligentis. c. vigilant. j. eod. vnde non potest etiam illi renuntiari. l. tamen. vbi glo. ff. ad Maced. & cum hac opinione transeunt cõmuniter Doc. in d. l. nemo potest. vbi per Alex. & per Fel. hic. Sed istæ rationes sunt dubiæ: non enim sequitur, lex dicit vsucapionem esse introductam pro bono publico, ergo illi renuntiari non potest: nam omnes leges pro bono publico introductæ sunt. c. erit autem. iij. dist. l. j. & ij. de legib. & tamen in eis locum habet renuntiatio. l. si quis in conscribendo. C. de pact. Sed tunc renuntiatio non tenet, quando bonum publicum læderetur principaliter, non autem modicè læderetur per quandam consequentiam. l. feruum. §. publicè. de procur. §. etiam. §. si. inst. de his qui sunt sui vel alic. iur. per Bar. in l. j. in iij. casu. ff. solu. matri. Nam & in casu nostro non videtur lædi aliquo modo publicum bonum, quia dominium non remanet incertum, ex quo per tale pactum potest probari cuius sit, & sic cessat ratio boni publici: imò plus offenditur publica vtilitas per læsionem fidei, quæ oritur ex non obseruatione pacti iuxta l. j. ff. de pact. & l. j. ff. de const. pecu. quàm profit illa certitudo dominij considerata per Iurisconsultum in d. l. j. Et ideo ista ratio prima non videtur de iure vera, & contra eam etiam potest induci quod notat Bartol. dum vult posse renuntiari præscriptioni introductæ in fauorem partis. arg. l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de æd. edic. Nam præscriptio currens cum bona fide, videtur principaliter inducta in fauorem partis, non autem in fauorem publicum, vt etiam apparet ex doctrina Barto. in d. l. j. ff. solu. matrim. Et ideo Abb. hic concludit, tali præscriptioni posse renuntiari. & idem tenet Ange. in d. l. nemo. & etiam Felin. cum concord. hic, & in c. si diligenti. ver. sicu. intellige primò. §. de foro competen. Nec etiam secunda ratio videtur vrgeri, quia æquitas naturalis suadet contrarium. Si enim per pactum potest impediri vsucapio fauorabilis secundum prædicta, quantò magis debet impediri illa præscriptio quæ est odiosa. arg. c. odia. de regu. iur. in vj. præfertim quia cessat ratio istius præscriptionis: cum enim sit introducta in odium negligentis, iste non videtur tali odio dignus, qui non fuit negligens, ex quo sciebat ius suum durare propter pactum, & sic sibi prouiderat. arg. l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. Et sic non obstant not. in d. l. tamen. quia ibi creditor erat in culpa graui, & dederat causam delicto: renuntiatio filij fami. secum contrahentis non debet sibi prodesse, aliàs esset reperta fraus senatusconsulto. quæ omnia cessant in casu nostro. Et ista opi. in iure est verior, & ante Bar. erat ab omnibus scribentibus approbata, secundum Bal. in d. l. nemo. & etiam post Bar. multi eam tenuerunt, vt hic per Fel. Et ex his inferitur ad quæstionem nunquid valeat pactum, vt liceat venditori offerre quandocunque, sine vlla temporis præscriptione, pretium, & retro emere rem venditam. In quo puncto Angel. consilio lv. incipiente Guilielmus, videtur tenere quod non obstante tali pacto, habebit locum præscriptio triginta annorum. sequitur Ias. in l. petens. C. de pact. l. si mater. C. de inst. & subst. Felin. in c. cum accessissent. de constitutio. & ante eos allegatur id consuluisse Bal. in consilio ccliiij. incipien. ad euidentiã. in secundo. Imò fortius dicit Petrus de Anchara. consil. cccxxxij. incipien. visis. quod præscribatur in tali casu, termino decem annorum. Sed opinio Ancharani non est probabilis: quia communis conclusio est, quod tali iuri non præscribatur citius, quàm per triginta annos, per not. in l. cum notissimi. §. j. vbi Bartolus. C. de præscriptio. triginta annor. Sed difficultas stat, stante prædicto pacto, per quod actum sit, ne currat præscriptio: & quod non currat, facit, quia cum emptor promiserit semper & quandocunque retrouendere, non debet posse præscribere, quia esset malæ fidei. d. cap. possessor. & d. capi. fina. Et istud sentit hic in d. l. nemo. & in d. l. j. dum dicit, quod per tale pactum impeditur præscriptio saltem indirectè, propter malam fidem promissoris. Et licet aliqui moderni velint respondere huic fundamento, tamen in veritate ego non video quomodo possit bene responderi: & secundum hanc opinionem consuluit Raphaël Fulg. in consil. cxxiiij. incip. S. & P. ciues. & Andr. Sicul. in consil. j. incip. scripsit. in j. parte. Et idem latè tenuit Fabi. de môte S. Sab. in trac. de emp. & ven. in vij. q. principali. ver. tertio quæro. & dicit Io. de monte Ferrat. in d. l. nemo. quod ipse ita consuluit: licet nihil alleget, nec discutiat hunc articulum.

Et ean

Et eandem opinionem etiam tenuerunt aliqui nouissimi in dicta l. petens. aliàs remaneret venditor deceptus, qui non contraxisset absque hoc pacto. arg. l. j. §. magistrum. ff. de exercit. & hæc opinio tanquam æquissima, est tenenda in practica, quæ confirmatur etiam ratione. Nam non est æquum, quod currat præscriptio triginta annorum huic venditori, cum ex negligentia currat, & iste venditor non fuerit negligens, qui fortè non fecit sibi retrouendi, quia non habebat pretium, & sic iusto impedimento impeditus fuit. l. ij. §. si quis in iudicio. vbi Bal. Alex. & mod. ff. si quis caut. & quod no. in c. ex ratione. j. de appel. vbi non currit ipso iure tempus nõ appellanti propter inhabilitatem: de quo etiam per Gul. de Cun. in l. præcipimus. §. super his. C. de appel. Mathe. in not. vlt. Franc. de Crema in sing. cxxj. incip. statuto cauetur. cum simil. Et ex ista limitatione habes primam fallentiam ad hanc regulam & cõmunem conclusionem. Et prædicta procedunt, quando expresse conuentum est vt nulla temporis præscriptio obstet. Sed quid si simpliciter dictum sit, quod liceat semper vel quandocunque offerre, vel in perpetuum? Difficultatem facit, quia istæ dictiones restringuntur, vt pro hoc præscriptio nõ censetur exclusiua: vt de dictione, semper, dicit Bal. in l. j. per illum tex. ff. solu. matr. iuncta l. in rebus. §. omnis. C. de iure dot. & probatur etiam in l. cognitione. ff. ad S. C. Sylla. Et idem videtur in dictione, quandocunque, vt est gl. in c. j. in verbo, quandocunque. de feudo dato in vicem legis cõmis. Et de dictione, perpetuò, quod non excludat præscriptionem, est tex. in l. prætor ait. §. hoc interdictum perpetuò. ff. de noui oper. nun. & gl. in l. j. ff. pro soc. & melius. inst. de perpet. & temp. in rubro & nigro. Et ita dicit Bal. se obtinuisse in d. l. q. si nolit. §. si quis ita. licet Bar. & Hug. essent in contraria opi. secundum eum, quæ refert & sequitur Lud. Rom. in d. l. j. ff. de vsuc. Et idem tenuerunt Ang. in d. consil. v. & Pet. de Anch. in d. consil. cccxxxij. Sed tamen mihi placet contraria opinio, quæ imò ista verba habeant hunc effectum, vt excludant præscriptionem, per tex. in d. l. j. ibi, ne dominia rerum semper in incerto & c. & in d. §. si quid ita. propria enim natura horum est. Et ideo crederem d. opinionem Bar. & Hug. fuisse veriore: quam etiam tenuerunt Ful. And. Sic. Fabia. & Io. de monte Ferr. in præallegatis locis, non constituentes differentiam, an expresse sit renuntiatum præscriptioni, an per dicta verba. Et idem sentit Ang. in l. cum ita stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de ver. obl. & Barth. Veron. in caute. lxxviii. incip. si petens. in fi. Non obstant allegata in contrarium: quia non potest negari, quin prædictæ dictiones recipiant interpretationem secundum subiectam materiã: sed quando applicantur lapsui temporis, tunc necessariò intelliguntur ne prohibitione præscriptionis, quia verisimile est ita intellexisse partes. Sed in dispositione legali non est verisimile, nec censentur per talem generalitatem voluisse Iurisconsultos derogare regulis generalibus præscriptionum, vnde tunc restringuntur. arg. l. si quando. C. de inof. test. Secundò fallit communis conclusio, quando renuntiaretur præscriptioni xxx. annorũ, & accederet iuramentum: quia tunc iuramentũ faceret valere renuntiationem. arg. c. cum contingat. §. de iure iur. Et ita limitauit Alex. in d. l. nemo potest. & Fel. hic. Sed contrarium tenent aliqui mod. quia cum secundum eos renuntiatio non teneat in odium negligentis, iuramentum non firmaret contractum, licet esset seruandum. c. significante. de pig. & ideo posset peti absolutio, vt haberetur in c. debitores. de iure iur. per Bar. in l. si quis pro eo. in quarto casu. de fideiuss. Sed tu responde, quod aut mala fides interuenit, & ista non sunt necessaria, quia præscriptio non valuit. d. c. fin. Aut bona fides aderat, & tunc præscriptio non est simpliciter in odium domini negligentis, sed etiam in fauore præscribentis, vt declarat Paul. in l. si. ff. rem rat. hab. Et ideo melius est tenere quod firmetur contractus, prout fuit de mente Alex. Tertio fallit, quando sit pactum quod nõ præscribatur nisi certo tempore, prorogando tempus à iure præfixum. glof. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. Ang. in authent. vt eccle. Roma. in fi. & in d. consil. liij. & Fel. hic. Ex hac limitatione considera, quod dato quod pactum simpliciter factum, vt nullo tempore præscriberetur, nõ valeret de quo §. dixi, si tamen circumscripto pacto potuisset præscribi per triginta annos, videtur quod vt pactum sustineatur, capienda sit interpretatio, vt tempus sit prorogatu, puta vsq; ad xl. annos, vel etiam longius, ex quo si partes voluerunt præscriptionem omnino tollere, est verisimile, quod fortius voluerunt tempus prorogare, per ea quæ not. glof. vbi Bal. in c. j. §. præterea. in fi. de capit. Conrad. Abb. in capitu. fina. ver. si. quæro quid si statuto. j. eod. argu. de statuto ad pactum, quod argumentum tenet in his quæ ex pacto licita sunt, vt est prorogatio in casu nostro. per glo. in l. si cum militaribus. vbi Din. C. de resti. milit. not. in l. non impossibile. ff. de pac. Et pro hac opinione facit quod notant Io. Cald. & Abb. Sicu. & Phil. Dec. in c. cum super. de offic. deleg. vbi \* quando actus non valet prout agitur, fit interpretatio vt sustineatur in eum modum, in quem verisimile est valuisse voluntatem contrahentium. l. si tam angusti. ff. de seruit. rust. præd. cap. iij. j. de conuer. coniug. Non est autem dubium, quin si contrahentes volebant, ne triginta vel quadraginta annis præscriberetur, argum. l. si vnus. §. si cum mihi. ff. de pactis. & si sciuisent pactum ratione perpetui temporis, prout agebatur, non valere, saltem apposuisent quanto longiorem potuissent dilationem: vnde debet pro apposita haberi. argumen. glof. in l. tale pactum. in fin. ff. de pact. Considera tamen circa hanc limitationem, quod si præscriptio fuisset inuenta fauore publico simpliciter, prout tenuit Bartolus sicut per pactum \* non posset tolli, ita nec eius virtus diminui prorogando tempus. l. de die. ff. de pactis dotalib. l. quod de bonis. §. fina. ff. ad legem falcidiam. Eodem modo si esset simpliciter inuenta vt lites abbrevientur, iuxta glof. in l. properandum. in princip. in verbo, triennij. C. de iudic. Et ideo melius est tenere indistinctè contra Bartol. & cessabunt cæteræ limitationes, de quibus hic per Felinum.



1 *Ecclēstia p̄scribit̄ ex causā contrā. 9.*  
2 *L. j. de do. promiss. sensus.*

3 *Fidei effectus. 4. 6.*  
7 *P̄scribit̄ mala fide quandoque posse.*



**P**LACVIT. Currit p̄scriptio cōtra episcopum catholicū, & p̄sentē, spacio triē  
nij, etiam cum mala fide, Hoc dicit in summa, Nota primò calum t̄ in quo in rebus  
ecclesiæ currit p̄scriptio triennalis etiā cū mala fide: & sic concurrūt duo specialia  
ad regulas positās in c. de quarta. & in c. si. j. eo. Ex quo potest inferri, quòd duo specia-  
lia circa idē subiectū concurrunt contra not. in l. j. C. de dotis promiss. per Bal. in c. ve-  
niens. j. eod. Et videtur cōfundi doctrina Bar. in l. si is qui pro empt. in vij. q. ff. de vsuc.  
vbi videtur cōcludere, quòd ex eodem fonte æquiritatis nō possunt oriri plura specialia. Certè in nostro  
casu oriūtur ex eodē fonte, videlicet in fauorē fidei. & declarat Abb. hic, & Imol. Et (quod fortius est)  
oriuntur etiā aduersus ecclesiā, cū tamē aliās etiā fauore ecclesiæ vel piæ causæ, cōcurfus duorum  
specialiū nō admittatur, l. si quis rē. s. si. ff. de pollicit. iuncta l. si. C. de sacros. eccl. Possēt teneri cōtra cō-  
munem opinionē per istum tex. Nō obstat, d. l. j. quia tibi non est verū, quòd concurreret duplex specia-  
litas: nā tex. simpliciter dicit, quòd dos erat promissa in instrumēto, vnde nō potest intelligi per pactum  
nudū, vt faciūt Doct. quia verbū, Promitto, in instrumēto positū intelligitur per stipulationē. l. sciēdū.  
ff. de verb. obl. l. lecta, vbi Ias. ff. si cert. per. & p. Barto. in l. j. C. de vsur. Ratio ergo illius text. nō est in du-  
plici specialitate. sed quia p̄missio dotis, propter incertitudinē, simpliciter nō valet: nisi sit dictū, p̄mit-  
to dotē arbitrariū talis, tūc em̄ tenet propter arbitriū. l. cū post. s. gener. ff. de iure dot. vnde eo nō arbi-  
trāte, quia à principio tenuit, adhuc valet, vt p̄batur ibi, arbitrio quoque detracto. & per Socin. in l. j. ff.  
solu. marr. non obstat. l. si quis rē. s. si. quia ibi nō trāsīt dominiū ipso iure ex voto, iuxta d. l. fin. nō q̄ duo  
specialia nō concurrāt, sed quia dispositio, d. l. si. cū fuerit p̄ Iustinianū introducta, non potuit habere  
lucrū de iure Digestorū: & cū d. l. si. sit exorbitās, & loquatur in cōtractu, nō debet trahi ad pollicita-  
tionē, vt per Abb. in c. cū inter vnuerfas. s. de elect. Et dato quòd etiā de iure Digestorum, d. l. haberet  
locum, tamen in casu d. s. fin. non potuit transferri dominium: sicut videmus quòd in legatis certa via  
sine traditione dominium transfertur, l. à Titio. ff. de furtis. & tamen legata parte bonorum, prout in  
prædicto casu, non transfertur, l. non amplius. s. fin. ff. de legat. j. Nota secūdo quòd t̄ fauore fidei mul-  
ta specialia conceduntur. ij. quæst. vij. si hæreticus. & in c. in fidei fauorē, de here. in vj. Et facit ad quæst.  
inquisitorum, qui admittunt mulieres participes criminis in testimonium contra maleficos. Nam licet  
in fauorem fidei possint admitti participes, non tamen videtur admittendum aliud speciale, vt inter-  
rogentur mulieres, ex quo in causā criminali regulariter mulieres à testimonio reiciūtur. c. forus. vers.  
natura, de verb. signific. c. iij. vbi Doctor. s. de testib. per Alexand. consil. xxiii. in ij. Iste tamen text. facit  
in contrarium, vbi duo specialia concurrunt fauore fidei. Sed ego in prædicta quæst. putarem non suf-  
ficere mulieres ad definitionem, licet fortè sufficerent ad torturam. argum. not. per Bart. in l. maritus.  
ff. de quæst. per Barthol. Veroneñ. consil. xxxij. Nota tertio, quòd t̄ p̄scriptio potest induci etiam  
cum mala fide, dummodo subsit causa iusta, vt hic, videlicet fauor fidei: aliās non existente iusta, esset  
secūs, quia induceretur peccatum, d. c. possessio. Nec in nostro text. est quid mirum, cū non currat tem-  
pus, nisi præcedente admonitione, & expectatione sex mensium, ca. placuit. xvj. q. iij. & idem videmus  
in l. locorum. C. de omni agro deser. lib. xj. & in l. si eo tempore. C. de remiss. pig. per quas leges viderur  
confutari opi. Abb. hic, dum dicit istud non procedere, quando p̄scriptio malæ fidei fieret autoritate  
legis, sed tantummodo si autoritate Canonis xxxiii. q. ij. ca. inter hæc, nam istud videtur contra prædi-  
cta iura. Et contra Abb. etiam restringit ratio: quia potest princeps ex causa statim priuare dominū re-  
sua, l. item si verberatum, ff. de rei vend. l. Lucius, ff. de euic. ergo multò magis poterit statuendo ex cau-  
sa, vt post certum tempus aliquis priuetur re sua per p̄scriptionem. Sed sustinendo opi. Abb. respon-  
de, quòd d. l. locorum. & d. l. si eo. non inducunt p̄scriptionem, nisi respectu existentis in bona fide, de-  
clarādo vt dixi s. in rub. Non obstat ratio, quia licet ex causa possit princeps aliquem priuare dominio  
rei suæ, nō tamen potest facere quòd acquiratur alicui existenti in mala fide, ex quo talis peccaret, & in  
materia peccati princeps nihil potest. xj. q. iij. Iulianus. Et ideo t̄ infero ad statutum, q̄ qui suum ius non  
p̄sentauerit in termino sex mensium à tempore proclamationum, excludatur, & amplius non audia-  
tur; non habebit locū, quando possit probari, q̄ ille in cuius fauorem iste excluderetur, esset in mala fi-  
de, vt quia verisimilem haberet rei scientiā alienæ. Nunquid t̄ autem potest princeps inducere præscri-  
ptionem cum mala fide, respectu iuris quod alicui competit? Respondetur q̄ non, ex iure gentium, sed  
aliquo iure speciali. Bal. consuluit q̄ sic, consil. cclij. incip. ad audientiā. in ij. vol. quem referūt & sequun-  
tur mod. in tracta. p̄scrip. in iij. parte quintæ partis principalis. versic. tertio quæro. mouetur per tex.  
in l. fina. C. de tempo. in integr. restit. peten. Sed hoc dictum Bal. non est verum, quia ibi non erat aliqua  
mala fides, ex quo ius erat quæsitum contrahenti cum minore, licet reuocabiliter facit l. j. C. si ma-  
ior fact. Et ex hoc notanter etiam inferitur ad regulam, quòd aliquid faciēs cum autoritate legis, nihil  
peccat. l. Gracchus. C. ad legem Iuliam de adulteriis. Debet enim dicta regula intelligi de lege cano-  
nica, secundum Felinum hic concludentem post glossam & Doctores in d. capitu. inter hæc. quòd oc-  
cidens adulterum, lege ciuili permittente, nihilominus peccat. Facit quod not. Guido Papæ in casu for-  
tiori,

tiori in q. sua cxj. incip. quia de p̄senti, vbi tenet, q̄ comedens carnes tempore quadragesimali, con-  
tra c. denique. in j. dist. incidit in peccatum, etiam si comedit de licentia papæ: quia non censetur papa  
hoc simpliciter concessisse vt tollat culpam, sed tantummodo vt tolleretur p̄nam: videtur enim hoc fe-  
cisse, quia timeret ne aliquid deterius sequeretur. xxxj. q. j. s. sed obiicitur. & c. veniens. j. qui cler. vel vo-  
uen. Sed ista decisio est dubia: cū enim quadragesimæ obseruatio sit iuris positiuī, videtur quòd pa-  
pa habeat plenariam facultatem dispensandi, etiam sine causa, vt per Abb. j. de obseruat. ieu. in rub.  
Et ideo non debet p̄sumi, quòd fecerit ne aliquid deterius sequatur: sed debet concessio absolutè &  
simpliciter interpretari, & sic vt tollat & p̄nam & culpam. Nota tamen dictam decisionē pro declara-  
tione d. l. Gracchus. ad quā etiam vide Bald. in c. j. s. j. in fi. de pace iura. firm. in c. nam concupiscentiam.  
de constit. Deci. in c. j. ver. sed contra. s. de iudi. Mod. in l. fin. ff. quod quisque iu. Nota quartò, quòd pa-  
ria sunt, \* vel quòd ecclesia careat rectore, vel illum habeat inhabilem seu inutilem ad agendū. Idem  
probat in c. inter corporalia. & ibi gl. in verb. inutilem. de translat. epif. Et alibi dicit glos. singul. in l.  
fi. C. ad leg. Fau. de plag. quòd mulier dicitur orbara marito, siue eum non habeat, siue habeat, sed inuti-  
lem. & sequitur Salic. ibi. Et istud notabile intellige, quòd paria sint quoad actum qui agitur: nam alio-  
quin si ecclesia habeat rectorem licet inutilem, propriè & simpliciter dicitur habere rectorem, vt pro-  
batur in d. c. inter. vbi papa ponderat communem modum loquendi. Et ibi Ant. dicit, quòd istud intelli-  
gitur quoad quid: verba autem in dubio simpliciter accipiuntur, non quoad quid. l. maritus. s. legis Iu-  
lia. vbi Bart. ff. de adult. l. Lucius. s. quæsitum. ff. de leg. iij. Et ideo si papa imponeret charitatum subsi-  
dium ecclesiis habentibus rectorem, de tali etiam intelligeretur: hæc enim inutilitas non respicit pecu-  
niam. Hinc inferri potest, an paria sint, actum inutiliter esse factum, vel nulliter: de quo dic vt per Cin.  
in l. si quis non dicam rapere. C. de epif. & cler. Bar. in l. vbi pactum. C. de transact. Et, an actus inutilis,  
vel nullus, propriè seruet nomen actus: dic, quòd sic, si talis actus habet nomen facti: secūs, si habeat no-  
men iuris, secundum Bal. in l. iij. ff. de testa. tutel. alleg. tex. in l. mulier. s. pen. ff. de cond. instir. Sed quid in  
contractibus iurifgentiū qui sunt facti per legem, consilio. ff. de curat. furios. putā, venditio, an si fit in-  
utilis vel nulla, dicitur venditio? Et videtur quòd sic, per tex. in l. Labeo. j. in verb. emerit. vbi dixi. ff. de  
verb. sig. Item matrimonium quāuis nullum, dicitur tamen matrimonium. Item q̄; de diuortio. l. quod  
Seruius. ff. de cond. caus. data. Dicit tamen Bald. in l. ij. C. de epif. audi. quòd l. fin. C. de iur. emphyt. lo-  
quens de alienatione, non intelligitur de alienatione inutili ex defectu solennitatis. arg. l. iij. s. conden-  
natum. ff. de re iudi. sequitur Præpos. in c. j. in prin. quid iuris sit post aliena. Ias. in d. l. fin. Felin. in cap. ex  
tenore. s. de rescript. vbi adducit doctrinam Bart. in l. filium. s. si quis bono. ff. de leg. præstan. Fabianus  
in tract. de empt. in iij. parte. q. xxxv. Sed ego dubito de illa decisione Bald. quia p̄na, de qua in d. l. fin.  
est introducta ad vlciscendum contemptum quem adhibet emphyteuta versus dominiū, negligendo  
denuntiationem, vnde debet committi etiam si de facto solum contrā fiat. argu. gl. in l. si quis rem. ff. de  
arbit. vnde tunc militat ratio d. l. fin. & consequenter non debet referre, si solum de facto alienetur, per  
doctrinam Bart. in d. l. vbi pactum. in vlt. verbis, per illum textum. Item quia d. l. fin. loquitur per ver-  
ba denotantia factum, ergo verificabuntur etiam in actu nullo, per doctrinam Bald. in d. l. iij. & quod  
not. Corn. consil. xliij. in j. vol. vnde putarem debere intelligi tantummodo, quando non fuisset secuta  
traditio possessionis ex tali contractu nullo: secūs si fuisset tradita. Et allegata per Bal. & Ias. procedunt  
in sententia, & cessione, & similibus verbis iuris ciuili, in quibus actibus si absit nullitas, verba propriè  
non verificantur, vt dixi in l. j. s. sed si mihi Pamphilum. ff. de verb. oblig. in ij. notab. Cogita tamē, quia  
difficile est tradere arctam doctrinam in ista materia, propter varietatem decisionum, de quibus per  
Felin. in d. c. ex tenore. per modern. in d. l. vbi pactum, & in l. quoties. in prin. ff. qui satis. cog. Nota quin-  
tò, \* quòd ecclesia vacante, p̄scriptio cōtra eam non currit: de quo dicemus in gl. Et subdit Bal. hic,  
quòd licet vacante ecclesia non currat p̄scriptio, currit tamen ipso iure ei qui est in vtero. Ita dicit  
casum esse mirabilem in l. etiam ei. ff. de minor. Cū enim durāte pupillari ætate dormiat p̄scriptio,  
vt l. sicut. C. de præscr. xxx. ann. & tale tempus amputetur de tela p̄scriptionis: idem videtur dicen-  
dum in prædicto casu, sicut etiam in text. nostro, vacante ecclesia, illud tempus non cōputari. Difficile  
est assignare bonam rationē ad illum text. nam aliqui mod. illū intelligūt, vt velit dicere, q̄ posthumus  
destituitur, ex eo q̄ vsucaptū amisit, id est, rem quam potuit vsucapere & p̄scribere. Et sic restituetur  
non solum ex damno quod passus est, sed etiā ad lucrum quod potuit acquirere, prout in l. præced. dicitur.  
Sed iste intellectus mihi non placet, tū quia dictio, Vsucaptū, non potest, salua ratione recti sermo-  
nis, intelligi de re quæ potuit vsucapi: cū enim sit præteriti tēporis, non potest ad futurum referri. l. si  
stipulatus. s. cū stipulamur. ff. de verb. obl. l. verbū erit. ff. de verb. sig. tū quia etiam non videtur conce-  
denda restitutio, ratione talis lucri, quod cum alterius iniuria peruenit. gl. in l. si quis vxori. s. si seruus. ff.  
de furt. l. sed si constante. ff. de don. inter vir. & vxo. & quod not. in l. qui bis idem. ff. de verb. oblig. Noto  
sexto casum, qui prima fronte videtur esse irrationabilis, in quo deterior est conditio ipsius catholici,  
quàm hæretici, & sic delinquentis: quod videtur esse contra regulā, c. cū contingat. s. de dolo & cōtu.  
& l. non solum. ff. de nox. Sed ratio est secundum Host. & Imol. non ex odio personæ, sed ex negligētia,  
quæ abest in episcopo catholico, qui potuit agere: & non est in hæretico, cui denegatæ fuissent actio-  
nes. Facit tex. in cap. quia diuersitatem. infra de concess. præben. Et sic habes casum, in quo propter de-  
lictum suum quis lucrum consequitur. Alium ponit Raphaël Fulgosius in l. ex hoc iure. ff. de iustitia  
& iur.

& iur. Nam belligerās bello illicito, captos in bello seruos suos facit, licet delinquat. l. apud hostes. ff. de capt. Regulariter tamen est contrariū, quia ex delicto non debet quis lucrum consequi. l. itaq; fullo. ff. de fur. l. Seruius. ff. quod vi aut clam. Et per hunc tex. limitatur regula. l. nō fraudantur. §. nemo. ff. de regul. iur. & quod habetur in l. si ab hostibus. §. j. ff. sol. mat. Et potest hic inferri ad quæst. Statutū prohibet, ne maritus relinquat vxori suę vltra quartā bonorum, nunquid poterit relinquere concubinæ vel scorto suo? Quintil. in quadam declamatione sentit quod nō: quia non debet esse melioris conditionis concubina, quam vxor, ex quo hæc sine peccato retinere potest, & illa est magis odiosa legib. xxxij. q. iij. c. nemo. Facit, quia regula est iuris antiqui, q̄ non debet plus habere luxuria, q̄ pudicitia habeat. §. vlti. in auth. de rest. & ea quæ pa. Quæ regula debet obseruari etiā in statutis, per extensionē passiuam, de qua in l. ij. per Bar. de leg. j. In contrariū facit iste text. vbi plus habet hereticus, quàm catholicus. Item facit l. ij. C. de don. int. vir. & vxo. vbi prohibetur donatio facta à pagano in vxorē, & tamen nō prohibetur facta in concubinam. l. affectionis. ff. de don. per Ias. in l. miles. in prin. ff. de iud. Nisi respondeas, q̄ donatio inter vir. & vxo. prohibetur etiam fauore matrimonij & sobolis legitimæ. l. ij. ff. de don. inter vir. & vxo. sed prohibitio in casu prædicti statuti nō videtur facta ex alia causa, nisi ne maritus ab vxore per blāditiis spoliatur, secundū Bar. in l. j. in vj. q. C. de sum. tri. & fid. cath. Dec. conf. cxvj. Quæ ratio multo magis militat in sceminis impudicis, quæ solent esse blandiores. Cogita. Notō septimo & vltimo, q̄ vbi episcopus \* hereticus reuertitur ad vnitatem ecclesiæ, recuperat ecclesiā suam: quod intellige dispensatiuē. c. quia diligentia. §. de elec. & si de ecclesia alteri non fuisset prouisum. c. quamuis. de rescr. in vj. Et ideo Bal. in c. constitutus. §. de rescr. & Abb. in c. ex tuæ. de cler. non resid. dicunt q̄ clericus depositus, & postea restitutus, non recuperat beneficiū alteri collatū. Similiter, priuatus collegio, & postea restitutus, non recuperat pristinum locum ab alio occupatum, secundum Bar. in l. ij. ff. de decu. per illum tex. & multa ad hoc ponit Fel. in c. inter quatuor. §. de maior. & obed. Sed quid, si, cæteris partibus, concurrat aliquis habens eodem die collationem beneficij, quo hereticus reuersus ad fidem habet dispensationem, quis debeat præferri? secundū Monta. c. si à sede. j. de præb. in vj. & c. duobus. de rescr. eo. lib. Et videtur quod præferri debeat qui fuit hereticus, arg. gl. in c. fidelior. §. dist. & in c. pen. in gl. magna. in fl. lxij. dist. Abb. in c. ar. si clerici. §. ad fin. §. de iud. de quo dicendum vt per Fel. in c. e. a. te. versi. infidelitas. §. de rescr. Sed nūquid fructus interim percepti restituendi sunt, ipso reuerso ad catholicam vnitatem? Bal. cōcludit hīc q̄ non, per tex. in auth. idem est. de Nestorianis. C. de hæret. Contrariū tenent \* mod. 11 tribus rationibus. Prima, vbi titulus est reuocabilis, quo reuocato, fructus etiam restituētur. l. cum quis. ff. de cond. ob. caus. vbi Ang. & Alex. sed hic titulus intra trienniu ex dispositione legis est reuocabilis. Secunda, vbi titulus reducitur ad non titulū, fructus sunt restituendi cum re ipsa. l. filio. §. si. ff. de inof. testa. Rom. conf. cccclij. circa fi. Tertia, vbi dilatio est cōcessa fauore alterius q̄ possessoris, fructus percepti, pendēte dilatione, sunt restituendi. l. in fideicomisi. §. cum Pollidius. ff. de vsur. Sed in casu nostro dilatio triennij datur fauore episcopi, vt possit repetere locum, ergo fructus debent illi restitui. Ad tex. in auth. idem de Nestorianis. C. de hæret. respondent esse speciale, ex quo regula est, q̄ vbi lex vult rem restitui, semper intelligit cum fructibus. l. videamus. §. in Flauiana. ff. de vsur. l. in cōdemnatione. §. j. de reg. iur. l. plus est in restitutione. ff. de verb. sig. Confirmo hanc opin. cum enim iste possessor sit in mala fide, & res antē, quàm præscripserit, sibi auferatur, non debet lucrari fructus, ex quo possessor malæ fidei nō facit fructus suos. c. grauis. §. de rest. spoll. & ex diuerso. §. j. vbi Bar. ff. de rei vend. Et ex ista ratione respondetur melius, quàm faciunt mod. ad d. auth. idem est de Nestorianis. ibi enim catholicus possessor erat in bona fide, quia ius successionis non erat per legem delatū hereticis, meritō fructus acquirit: sed in casu nostro ius erat à principio delatum ecclesiæ, cui hereticus episcopus præerat. Non arbitror tamen ab opinione Bal. esse recedendum: quia licuit isti possessori post lapsum tempus monitionis, de quo in d. c. placuit. x. vj. q. iij. procurare conuersionem plebis, & percipere fructus, vnde quo ad illorum perceptionem est in bona fide, cum eos auctoritate legis habeat. Nec obstant allegata in contrarium: quia in illis casibus restituitur ex dispositione iuris cōmunis propter iustitiam, quo casu dubium non est fructus restituendos. Sed in casu nostro fit restitutio ex gratia seu dispensatione. d. c. quia diligentia. quæ dispensatio non debet trahi in præiudicium istius possessoris. d. c. quamuis. & per Cardi. & Imol. in d. c. quia diligentia. & habetur in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu.

DE REBUS ECCLESIAE ALIENANDIS, VEL NON, RYBRICA.

S V M M A E.

1 Alienationem vetitam variè censeri.



VAERIT hīc Burg. quid veniat † appellatione alienationis in materia statuta-ria, vel pœnali, in qua verba propriè intelliguntur, maximè si ea prohibita sit? communis opi. est, quod censetur tantum prohibita alienatio respectu directi dominij. gl. l. j. C. de fun. dot. Bal. l. voluntas. C. de fideicom. Abb. c. intellecto. de iureiur. c. cæterum. §. de iud. c. nulli. j. eo. Cōtrarium tenet Barb. hīc quod imò etiam censetur prohibita respectu vtilis per text. d. c. nulli. ponderando verb. continetur, quod significat proprie

proprietatē. Bart. l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postu. Sed responde, q̄ illa doctrina Bart. non est vera. & contrariū tenent Aret. Soc. Ias. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posth. Ias. emācipata. C. qui admit. Lancel. Dec. l. j. ff. de iurisd. om. iud. Fel. rub. de fid. instr. Vltra dicta per Barb. adde, quod eius opinio videtur verior, q̄ alienatio dominij tam directi, quàm vtilis censetur verita. pro quo facit l. si. & ibi Bart. C. de reb. al. non al. Nec obstat si dicas, q̄ loquitur in dispositione legali, non statutaria: quia \* in dispositione legali verba propriè intelliguntur. l. nō aliter. ff. de leg. iij. facit gl. rub. ff. de iurisd. om. iud. quā tenet Riminald. Ferrar. quod in dubio appellatione dominij venit directum glo. singu. secundum Bald. in l. j. ff. si ag. vectig. Adde, q̄ etiam cōpræhēditur dominiū vtile contrarians directo, ex quo ab eo nihil distat in effectu. Et ratio est, quia, prohibita \* alienatione, cēsetur prohibita præscriptio. Bar. l. vbi lex. ff. de vsuc. Bal. in proœmio Cod. Alex. cōsi. j. vol. iij. Mod. in rub. §. de præf. facit lex, alienatū. ff. de ver. sig.

S V M M A E.

- 1 Privilegium speciale potius.
- 4 Cap. non licet. de reb. eccl. sensu.
- 7 Episcopus ex causa vendit, eaque exprimenda. 8. 11.
- 8 Episcopi potestas. 10. 20.
- 12 Potestatem variè accipi.
- 13 L. Potestatis de verb. sig. restringi.
- 14 Abbas auctorat: quandoque diuersum.
- 15 Exemptionum modi.
- 16 Venasium per Abbatem irrevocabile.
- 17 Abbatis officium: eique debita. 19.
- 22 Episcopus sine capitulo ex causis alienari: plerūque ei licere.

C A P V T I.

**N**ON LICET. Not. quod † privilegiū, quod habet ecclesia, ne eius bona alienentur, procedit etiā, quando alienantur in aliā ecclesiam. & sic not. quod privilegiatus \* vtitur privilegio suo contra privilegiatum, quod est cōtra text. in §. sed & hoc præsent. in auth. de sanctiss. episcopis. Responde, q̄ quāuis ecclesia vtraque sit privilegiata in genere, tamē in specie respectu actus, de quo tractamus, solum ecclesia alienās est privilegiata, nō ecclesia in quā alienatur: & tūc bene privilegiatus vtitur suo privilegio secundum Bar. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. Aduerte etiā, quia hīc est tex. pro Lud. Rom. in auth. similiter. C. ad l. falci. vbi tenet Lud. quod quādo privilegiatus est aliquis privilegio communi, alius verò privilegio speciali habens speciale privilegiū præfertur. Istud est in nostro casu, nam cū regula sit, quod quilibet rem suā potest alienare. l. in re mandata. C. mand. certē ecclesia, quæ non potest alienare, vtitur privilegio speciali, alia verò vtitur cōmuni, & tamen præfertur privilegiū speciale. & hoc facit, quod \* causa pia nō deducat falcidiā aduersus causam piā, de quo in d. auth. similiter. quāuis contra rationem Rom. teneant Mod. rep. in l. filiū quē habentem. C. fam. ercisc. allegat not. in l. centurio. ff. de vul. & pupill. sed opin. Rom. sequitur etiā Corneus in d. Auth. similiter. & circa prædictā reg. vide Fel. in c. in præsentia. §. de probat. Not. secūdo, q̄ nō licet episcopo alienare bona vnus ecclesiæ ad aliā, nisi cōsentientibus ambabus ecclesiis: & ita videtur tenere. Abb. hīc in summa. Sed & clarius Ioan. Imol. in iij. no. sed iste tex. videt probare cōtrariū. nā primò negat † indistinctē, vt bona vnus ecclesiæ vertantur ad aliā, deinde aduersando superioribus dicit permitti permutationē, de cōsensu tñ partium. Ecce ergo q̄ permittit solā permutationē cōsensu partium, non autē aliā venditionem seu donationem & c. Nec sequitur, Permittit permutare, ergo etiam aliter alienare: quia permutans capit vicissim rem, quæ succedit loco alterius rei data non sic in venditione respectu pretij, nam facilius fit compensatio \* de re ad rem, quā de quantitate ad rem. l. ob negotiū. ff. de cōpen. l. j. ff. de reb. dub. iuncta l. si ita. §. fin. ff. de leg. ij. Itē facit: quia prohibitus vendere \* seu alienare non censetur prohibitus permutare. l. si. & ibi scrib. C. de prædiis decur. lib. j. not. Ang. in l. cū hi. §. si cui. ff. de rāsa. Ias. in l. iij. C. de iur. emphy. & est glo. not. in c. ad quæstiones. j. de rerū permut. quæ propriè loquitur in nostris terminis. & sic habes, quod cōsensus ambarum ecclesiarū nō est idonea † causa ad venditionē, & q̄ episcopus ex causa possit alienare etiam absque cōsensu ambarū partium, de quo tamē vide gl. in c. terrulas. xij. q. ij. & c. sine exceptione. Not. iij. quod † episcopus nō potest alienare bona ecclesiæ sine causa ita probat text. iuncta glo. sed verum in dubio ista causa præsumatur: videtur, q̄ sic, quia princeps \* non potest tollere dominium quæsitū alteri sine causa, quæ tamen præsumitur in eo secundum scrib. in l. fin. C. si contra ius vel vtil. public. & can. in c. quæ in ecclesiarū. §. de cōstit. ergo idē in episcopo qui respectu † spiritualium potest imperare etiam regibus, vt not. Inn. & Bal. in c. j. §. de offi. vicarij. ad idem facit quod not. gl. in c. pastoralis. in princ. §. de off. deleg. quam sequitur Alex. cū cōoord. in l. j. ff. de off. eius cui mand. vbi tenet, q̄ licet ordinarius non possit delegare causas meri imperij sine causa, tamen si delegauerit, causa in eis præsumitur. ad idem facit, q̄ pro existentibus in dignitate, causa semper præsumitur Bal. in l. exemplo. in vlt. q. C. de probatio. vbi tenet, quod cardinali gerenti se pro legato. de quo vide Feli. in c. sicut. de sententia extōmuni. creditur absque quod ostendat mandatū papæ. & hoc propter auctoritatē tanti viri allegat not. in c. tum ex literis. de restitui. in integrū. in nouell. teneo † contrariū, quod imò causa debeat exprimi, alias non præsumatur. moueor per not. per Bal. in l. tutores. ff. de confir. tut. vbi per illum text. dicit, quod cū in cōfirmando tutore, vel in alienatione rei immobilis pupilli requiratur causę cognitio, debet iudex antequam interponat auctoritatem, pronuntiare idoneā causam subesse, alias non præsumitur pro decreto. idem tenet ibi Din. Iac. de Aret. & satis est de mente Bart. ibi in fin. facit quia etiam in decre



in decreto iudicis non presumitur causa extrinseca secundum Aret. in consi. lxxix. incip. viso puncto. allegat Bart. in l. actor. ff. rem ratā habe. Et pro hoc satis facit. cap. j. eod. tit. libr. vj. Ad idē quod not. Bart. in l. Item si suspectus. ff. de procurat. vbi dicit quod quotiescūque lex dicit aliquid debere fieri cū causa, illa causa nō presumitur. facit etiā l. cū hi. §. prator. ff. de trasact. & not. in l. sciendū. de verb. oblig. et hoc tenendo respōde ad cōtraria, vt dixi in l. nemo potest. ff. de leg. j. & in c. nouit. in quarto notab. §. de iudi. & vide Iason. in l. ij. ff. de offic. eius cui. & Bald. in rubrica, de officio deleg. Abb. in c. ea noscitur. §. de his que fiunt à prelati. Bart. in l. si fortē. ff. de cast. pec. Aret. in c. quoniā cōtra falsam. de probar. & ibi Fel. Not. iij. in verbo quamuis t̄ ambæ in eius sint potestate, quod verbum potestas in persona magistratuum non significat merū, nec mixtū imperium nā episcopus est ordinarius iudex. c. j. §. de offi. ordin. & non in eius persona hīc non capitur potestas pro imperio. nā si caperetur pro imperio, papa absurdē loqueretur, quāuis episcopus habeat iurisdictionē, seu imperiū in terras, non tamen eas potest alienare, quis dubitat? nā & p̄sēs prouinciæ habet imperiū, & tamen nō potest alienare, certe istud non includeret aliquod priuilegiū ecclesiæ, quare hīc capitur, in potestate. i. iure seu dominio. nā episcopus dicitur dominus bonorum suæ ecclesiæ, sicut parochianus dicitur dominus saltē vtiliter bonorū suæ ecclesiæ. vt Abb. in c. cū super. §. de causa posse. & proprie. per Abb. in c. cū esset. §. de test. & sic hīc videtur tex. contra l. potestatis. t̄ ff. de verb. signi. Sed dic limitari illam legē debere secundum subiectā materiam. 13  
 Aliam limitationē habes per Ias. in l. eum, qui. ff. de iurisd. om. iudic. licet eam non teneat Socin. in rep. l. j. ff. quis & à quo. nō est hīc locus suus. Aduerte tamen, quia cōmuniter potestas in abbate & episcopo ponitur respectu obediētiæ. ita tenet glo. not. insti. de action. §. rursum. quæ glo. limitatur ex supradictis. Not. quintō quod Abbas t̄ habet potestatē interponendi auctoritatē in alienatione rei ecclesiasticæ. ita 14  
 notat Abb. & Imol. hīc quod dictum intelligit p̄fati doctores, quando Abb. esset t̄ exemptus, vel ex 15  
 p̄scriptione, vel ex priuilegio, per gl. in clem. j. eod. tit. Adde quod etiam si nō sit exemptus, sed solum p̄scripserit ius auctorizabile quod poterit interponere auctoritatē suā. Ita hunc tex. intelligit glo. in c. abbatibus. xij. q. ij. nam tale ius potest p̄scribi. c. cū non liceat. §. de p̄script. Abb. hīc. aliās Abbas non potest interponere suam auctoritatem. d. c. Abbatibus. & c. in venditionibus. xvij. q. iij. adde etiam, quod quidā tenuere cōtrarium per hunc tex. & per cap. nullam. xvij. q. ij. & respondebatur ad d. c. Abbatibus. cū similibus. quod erat correctum. Sed ista responsio non placuit glo. in d. c. in venditionibus. Quare respōde ad iura cōtraria, vt hīc per Imo. & per glo. in d. c. nullū. videtur quod possit teneri cōtra omnes, quod imō Abb. potest interponere auctoritatē in alienatione per hūc tex. generaliter loquētem & posset responderi ad contraria, distinguendo, Aut Abb. & monachi consentiunt alienationi, & tunc poterit Abb. auctorizare: ita procedit iste tex. qui propriē loquitur cōsentientibus monachis, & eū ita intelligit Ioan. de Imol. hīc in quarto not. Aut monachi nō consentiunt, & Abb. solus nō poterit, sed bene poterit vnā cū episcopo: ita procedit tex. in c. in venditionibus. qui tex. propriē loquitur monachis non cōsentientibus, vt patet in vers. mancipia. & ita debet intelligi tex. in d. c. Abbatibus. nā ibi nulla mentio est monachorū. & in dubio in venditione Abbatis nō intelligitur consensus monachorū, nisi appareat. c. j. extra eod. lib. vj. Abb. in c. ea noscitur. §. de his quæ fiūt à prelati. & quod tex. in d. c. in venditionibus. non loquatur monachis cōsentientibus patet: quia ratio cur nō fiat alienatio est ne monachi ipsi ruralia opera faciant. certē istud est introductū fauore monachorum. ipsis cōsentientibus non potest habere locū dicta ratio, quia possunt renūtiare fauori suo. l. si quis in conscribendo. C. de episc. & cler. not. in l. pen. C. de pact. vbi Bart. & scrib. Adde etiā t̄ ad propositum huius cap. quod si Abbas vendat rem tanquam vnus cōuentus sibi subditi, quanquā sit alterius sibi pariformiter subditi, tamen non poterit reuocari talis contractus, ita tenet glo. Bart. Nicolaus de Neap. in l. j. C. ne fiscus rem, quā vend. eum. lib. x. sequitur Bal. in c. j. in prin. qui feud. dare poss. in vsib. feu. Sed tenendo communem in supradicto articulo, quod Abbas non possit p̄stare auctoritatē nisi istud ius p̄scripserit vel habeat ex priuilegio, nota quod iura episcopalia sunt quæsiabilia per inferiorē prelatū. ita not. Abb. hīc, & alleg. c. j. de cap. mon. lib. vj. cū similibus. qui tex. probat per locū à speciali. Intelligit tamē, quod Abbas non possit p̄scribere iura episcopalia que sunt ordinis, vt per gl. & Bal. in c. auditis. de p̄script. allegato hīc per Abb. & ceteros. Aduerte etiam quia pro mea opin. cōtra communē facit tex. in clem. j. eod. tit. vbi tex. p̄supponit, quod quando cōuentus habet Abbatē, ille debeat interponere auctoritatē: si vero nō habeat, tunc episcopus. Nec ad istud fundamentum obstat responsio gl. ibi, in verbo, non habeat, dū dicit, quod ille tex. loquitur respectu solū euadendi p̄nā dictæ cōstitutionis: quia secundū Burg. ille tex. loquitur etiā respectu nō annihilādī contractū, vt patet ibi in text. in vers. nec ex concessione ipsius recipienti ius aliquod acquiratur. & istud fundamentum est multum reale. & certē in illo text. est casus pro mea opin. & sic euitabuntur ista contraria per quæ Ioan. Andr. in c. nulli. j. eod. inclināt in eā opin. vt censet iura decretorū esse correctā. quam opin. tenent etiam Vincentius & Tancredus glossatores. & multum laborat Barb. hīc & Laur. Rodul. in rep. c. sine except. xij. q. ij. facit etiam pro mea opin. tex. in c. nullam. xvij. q. ij. t̄ vbi Abbas debet vniuersa curare, quæ ad diuini cultus reuerentiam & quæ ad 17  
 vtilitatem ecclesiæ pertinent. certē ista alienatio pertinet ad vtilitatem ex quo aliter fieri non potest: ergo &c. Sed ad illū tex. responderet Imol. hīc quod loquitur de vtilitate respectu regulæ, non autem respectu alienationis. Sed ista responsio nimis restringit tex. quare tenēda est solutio glo. ibi scilicet, quod per hoc non excluditur episcopus, nā cū episcopus interponat auctoritatē ex solennitate, solennitas non respi

18 non respicit aliquid intrinsecum ad actum, solēnitās \* enim est quædā qualitas quæ adest vel abest sine corruptione subiecti respectu substantiæ secundū l. inter stipulantem. §. tacrā. ff. de verb. oblig. Mod. in situ. de action. in prin. & propterea verū erit dicere, quod omnis administratio spectat ad abbatē item omnis actus monasterij, licet non spectet solēnitatē ex quo est quid extrinsecū. facit etiā quia maior est alienatio personæ quā rerū. c. p̄cipimus. xij. q. j. sed solus Abbas potest alienare personā. c. cū singula. de p̄bēd. lib. vj. ergo &c. non est. de regul. eo. lib. vj. & ita arguit Burg. hīc. Sed istud fundamentū peccat in vtroque dicto. Ex doctrina d. Abb. hīc habes colligere tres cōclusiones. Prima est, quā s̄. expediui in p̄cedēti not. Secunda conclusio est, quod habēs ecclesiās pleno iure subiectas, dicitur habere ius episcopale. Istam conclusionē tenet vbiq̄ domi. Abb. & probatur in c. Abbates. de priuileg. lib. vj. iungēdo principiū d. cap. fin. quem tex. alleg. gl. in clem. j. eod. titu. Sed potest respondere, quod stat simul, quod quis habeat ecclesiā pleno iure, & habeat etiam ius episcopale. Sed non sequitur, habet pleno iure: ergo &c. Pro hac conclusione facit tex. in c. auditis. §. de p̄script. Sed responde, quod istud, habere ecclesiā pleno iure subiectas potest intelligi multipliciter. ibi intelligitur respectu iuris tēporalis, quia tale ius fuerat deductū in iudicio. Vel dic, quod illa erat partis allegatio non decisio pontificis. Teneo itaque cōmunē, per tex. in c. quoniam. j. de priuileg. nisi respōdeas, quod plus est possidere pleno iure, quā vtroque iure: & contrarium tenuit Card. in cōsil. xlviij. Feli. in c. cōquestus. §. de foro cōpeten. in d. c. auditis. de p̄script. Quid igitur habebit talis Abbas: dic, q̄ habebit t̄ institutionē & destitutionem, item prouentus fructuū reseruando alimenta monachis. c. cū & plantare. j. de priuileg. Itē in temporalibus respectu rationis reddendæ vt ibi. nā quædam sunt, quæ spectant ad episcopū ratione iurisdictionis, quædam ratione dignitatis t̄, vt cognoscere de causis matrimonialibus, iniungere publicas pœnitentias. c. accedentibus. j. de excess. p̄lat. Item absoluerē excōmunicatum ratione canonis, si quis suadēte. xvij. q. iij. c. cū olim. de maior. & obed. ibi Abb. c. fin. de re iud. lib. vj. x. q. j. quicunque. & hæc possunt p̄scribi: secūs, quæ cōpetunt ratione ordinis, quia non possunt p̄scribi. c. quanto. de p̄script. c. p̄terea. de 21  
 testib. cog. c. j. de cōsang. & affinit. & hæc ex Burg. In gl. j. vult gl. q̄ episcopus potest alienare \* ex causa. Sed vtrū: quādo alienat, tūc requiratur cōsensus capituli? dic, q̄ sic. c. si eps. xij. q. ij. c. sine exceptione. xij. 22  
 q. ij. fallit, q̄ tres esset exigua & minus vtilis: quia tūc potest sine cōsensu. c. terrulas. ea. causa & q. Itē fallit, quādo alienatio veniret in cōsequentiā necessariā alius actus, cui faciendo cōsensisset semel capitulum. Ita procedit tex. in c. bonæ. ead. q. & cap. declarat Abb. & Ioan. de Imol. in c. pastoralis. §. de his quæ fiunt à prelat. & in c. apostolicæ. j. de donationibus. vbi limitant. d. c. bonæ. non procedere, quando ipse episcopus qui vult dare quinquagesimas, construxisset ecclesiā, sine cōsensu capituli, vel dicta ecclesiā esset ab alio constructa. nā tunc non potest dare quinquagesimā sine cōsensu capituli. & ita cōmuniter tenetur. Tertio limita, quādo feudum vel emphyteusis rediret ad episcopū, quia poterit episcopus antequam transeat ad responsam episcopale, illa iterū infeudare, vel dare in emphyteusi, quia non censetur noua alienatio, sed quædam executio ordinationis antiquæ. Ita tenet do. Abb. in c. vt super. j. eod. Quarto limita in re inutili ecclesiæ, putā in agro quantūuis magno sed sterili, & nullius cōmoditatis. nam videtur, quod possit alienari sine aliqua solēnitare. glo. est, quā ibi sequuntur doct. in l. ij. ff. de officio eius cui. de qua tamen vide Anto. de But. in d. c. vt super. Quinto limita, quando episcopus daret alicui canonico suæ ecclesiæ indigenti, & daret de bonis mēsa: quia potest tūc sine consensu capituli, quia non videtur alienare ex quo dat canonico propriē ecclesiæ, argumēto gl. in c. cum apostolica. in verb. reuocare. §. de his quæ fiunt à prela. Anto. de Butr. & Imol. in d. c. postoralis. vbi Imol. dicit esse idem, quando aliquid daret etiam clerico extraneo, dum tamen det per modicū tempus. nā ista datio est necessaria. c. pasce. lxxxvj. distin. Sexto limita in re damnosa ecclesiæ. xij. q. ij. non liceat. Pet. Ant. de Bur. in c. j. §. de his, quæ fiunt à prelat. quod tamen intelligit ibi Imol. procedere, nisi quando notorium esset rem dānosam, alia debet interuenire cōsensus capituli. & propter hoc teneo, q̄ supra dicta in iij. limitatione debeāt intelligi in notorio. Septimo limita in seruis fugitiuis ecclesiæ, & etiā in benemeritis, qui sine hac solennitate possunt alienari. xij. q. ij. fugitiui. & seq. facit c. terrulas. eo. c. & q. sequitur Ioan. de Imol. in d. c. j. Aduerte tamen quia hoc casu videtur, quod requiratur saltem cōsensus tacitus capituli, puta, quod nō contradicat, vt in c. ij. & ibi Abb. & scrib. eod. tit. Octauo limita in re non pretiosa immobili, vt in c. terrulas. xij. q. ij. mobili, vt in l. lex quæ tutores. C. de adm. tur. vel magna, sed quæ propter reuocationem cito fiendā non censetur magna vt hīc in precario. j. certum tēpus non longū. Clem. j. eod. tit. ita tenet Ioan. de Imol. in d. c. j. de his quæ fiunt à prelat. Et hoc casu etiā si prelatus iurasset non alienare, tamen poterit, quia non videtur cogitasse de re vili secundum Federic. de Sen. in consi. ccx. & sequuntur scrib. in p̄allegatis locis declarando secundum Imol. in d. c. j. Nonō intellige hoc, vt fallat, quando episcopus vult alienare bona ecclesiæ inferioris: quia tunc non requiritur consensus capituli, ecclesiæ cathedralis, sed sufficit consensus presbyterorum ecclesiæ inferioris. vt in nostro text. & hoc seruatur de consuetudine, licet de iure fortasse nō sit verū, vt per Imo. in d. c. j. Decimo limita vt episcopus possit alienare seu auctorizare, quando Abbas alienat, etiam quod Abbas alienet sine cōsensu capituli, vt per glo. in c. in venditionibus. in fine, & in c. seq. xvij. q. iij. intelligēdo tamē, vt ibi: quod tanto magis procedit in ecclesia nō collegiata, quod vltimum firmat. Imō in d. c. j. in fin. nisi talis ecclesiā haberet patronum, quia tunc requiritur consensus. Vndecimo intellige, vt quamuis alienatio fieri non possit sine consensu capituli, tamen facta potest ratificari. c. cū vos, vbi omnes. §. de his quæ fiunt à pre-

lato sine consen. Duodecimò limita, vt episcopus possit bona pertinentia ad propriam mensam sine consensu capituli dare. c. pastoralis. vbi Ant. de Butr. & Io. de Imo. hoc tenet. s. de his quæ sũt à prelati.

S V M M A E.

- 1 Imperator olim, hodie ob feudã, clericorum iudex. 4. 6.
- 2 Cap. solite. de maio. explicari.
- 3 Rapi incompententur iussu.
- 9 Raptor quandoque excusabilis.
- 10 Raptoris pena.
- 11 L. Bene à Zenone. & c. qui res. conciliari & explicari. 12.

C A P V T II.



**VI RES.** Nota, quòd Imperatores \* vel Reges non habent iurisdictionẽ respectu ecclesiãrum, ad idem text. xvj. q. j. in canonibus cũ similibus. Aduerte, quia contra istud notabile t̄ obst. text. in c. quo iure. viij. distin. vbi est tex. quòd ecclesia possidet bona, & res suas iure, qd̄ inductũ est ab imperatoribus: & sublato illo iure, nõ habet locũ aliqua possessio. Certè Imperator potest auferre illud ius: q̄ a eius est tollere, cuius est dare: ergo Imperator habet iurisdictionẽ in rebus ecclesiasticis. Secundo cõtra istud notabile videtur text. in c. quia iuxta. xvj. q. j. vbi Imperator statuit, q̄ bona ecclesiã nõ diuidantur & c. Si igitur statuit, sequitur q̄ habeat in illis iurisdictionẽ: quia nemo potest statuere super quo non habet iurisdictionem. l. extra territorium. ff. de iurisd. om. iudicũ. Tertio facit text. in c. si tributum. xj. q. j. vbi dicitur, quòd Imperatori competit rei vendicatio in bonis ecclesiã: ergo habet dominiũ. l. officium. ff. de rei vñd. & multo magis iurisdictionẽ. & ille tex. vrget cõtra nostrũ tex. nec obstat si diceres, quòd loquitur de facto: quia rei vendicatio est verbũ iuris. nam agens de facto non dicitur vendicare, sed rapere. text. est hĩc. Item verba debẽt intelligi \* de iure, non de facto. l. mora. in princ. ff. de vsuris. l. eum quem remerẽ. ff. de iudi. glo. sing. in c. consultationi. in glo. fin. de temp. ordin. Felin. in c. cũ non liceat. s. de præscript. Potest tamen responderi quòd illa iura loquũtur de iure veteri, quo iure papa erat subiectus Imperatori, & reputabat se eo minorẽ, argumẽto gl. in epistola, Inter claras. C. de summa Trini. & fide catho. & sic hodie iste text. procedit. Et t̄ procedit ista conclusio, quã limita, vt non habeat locum in causis feudalibus, quã opin. tenet Abb. hĩc, & in c. ceterũ. s. de iud. vbi plenissimè mod. Sed in hoc contrariũ tenet Archid. in c. j. de cler. coniug. lib. vj. & And. Sic in c. ceterũ. s. de iud. in c. verũ. s. de foro compet. Ad cuius fundamenta respondet Decius, vt ibi per eum. Pro communi facit text. in c. solite. s. de maio. & obed. vbi dicitur, q̄ Imperator præcellit illis dũtaxat, qui habent ab eo temporalia. qui text. vltra dicta per Andr. Sic nil videtur facere: quia t̄ tex. ille loquitur de subiectione respectu personæ, non respectu rei. Istud patet ex versiculo, subditi, in tex. s. relato, qui prouisẽ loquitur in subiectione respectu personæ. quòd patet ex illis verbis ad vindictã malefactorum. Certè ista subiectio qua quis malefactor potest puniri, respicit personam. l. fin. C. de iniuriis, ergo & c. Si ergo loquitur in subiectione respectu personæ, certè nõ loquitur aliquid de feudo, ex quo secundũ Doctores subiectus ratione feudi dicitur subiectus ratione rei, non ratione personæ. & propterea ille text. non concludit. Secundo pro cõmuni t̄ adducitur text. in d. c. Romana. s. de appell. vbi in causa feudi potest appellari ad laicum iudicẽ ab episcopo. qui text. probat iuncto eo, quòd causa appellationis, & causa principalis pari passu ambulãt. l. j. s. fin. ff. an per aliũ caus. appel. Sed responde, quòd ille text. in d. s. de appell. nõ loquitur in feudo, nõ dicit, aut priuilegio, aut iure speciali. in verbo, priuilegio, non potest contineri feudũ ex quo non est priuilegium sed beneficium, vt in tit. quæ sit prima causa beneficij amittẽdi per totũ. & in tit. de beneficio frat. & in multis similibus. Differt autẽ priuilegium à beneficio. Bar. in l. penul. ff. de constit. princip. nec debet contineri in verbo iure speciali. ex quo ista specialitas potest explicari aliis modis. loquitur enim text. in episcopo habente vtrãque iurisdictionem, & potest verificari, vt per Bartol. in l. j. s. si quis in appellatione. ff. de appell. qui intelligit d. s. de appell. loqui in episcopo qui cognoscit vt comes, quo casu etiã ille tex. potest loqui in laico habente feudum, & ideo non debet fieri fundamentum super eo. Tertio pro communi adducit Decius in d. c. ceterũ. quòd feudũ est contractus. & iura ciuilia loquentia de cõtractu habet locũ etiã in foro canonico. c. j. de op. no. nunt. Sed iura ciuilia dicunt, quòd vassallus recognoscit dominum in feudis: ergo debet habere locũ in clericis. Sed respõde, quòd fundamentũ procederet, nisi regula prohibitoria esset in cõtrarium. c. si diligenti. de foro cõpet. ergo itẽ in dispositione generali non debet venire clericus, arg. gl. in l. sciendũ. vbi Mod. ff. qui sat. cog. ad tex. in d. c. ceterũ. & in c. verũ. & in c. trãsmissa. respõdet Barb. & referunt Mod. dic vt ibi per illos. Secundo nota, quòd obtinens \* rem alterius titulo apertè inualido, dicitur raptor. Contra hoc est tex. in c. si tributũ. xj. q. j. Sed responde, vt dixi s. potest dici, quòd talis non dicitur raptor propriè, nec debet puniri, vt raptor, nõ raptor dicitur, qui vi rapit, & improbius est alio, qui aliter rapit, puta clam vt per Bald. in l. fin. C. de præscri. xxx. vel xl. ann. Bal. Roma. Ang. quos refert Alex. in l. naturaliter. s. nihil cõmune. in prima lectura Bartol. ff. de acquir. possess. & est tex. in l. si vendidero. s. cũ raptor. ff. de furt. nulla enim videretur differentia ab hoc ad eam, qui clam possidet, ergo & c. est ergo hĩc text. quòd quãuis quis habeat t̄ rem à principe, tamen dicitur raptor, pro qua conclusione facit quòd not. Bald. in c. causam matrimonij. s. de offic. delega. vbi nota. tenet, quòd qui facit verum debitorem detineri auctoritate iudicis incompetẽtis, amittit ius crediti. si scienter hoc facit. Idem tenet Andr. Barb. ibi, & domi. Ias. in l. ij. ff. de iur. omn. iud. Ad idem, quòd consuluĩt Pet. de Ancha. in consi. cclix. vbi concludit, quòd clericus spoliatus dicitur per sequestrum factum

factum auctoritate iud. secularis, & sequitur Decius in d. c. causam. Et an auctoritas iudicis incompetẽtis excuset, die, quòd talis iudex, si non habet fundatã iurisdictionem puta extra territorium non excusat, secus si habeat, licet exceptione possit elidi. ita tenet Guil. de Cun. & Bald. in l. extat. in iij. le. ff. quod metus causa. Sed cõtra istud vltimũ adducunt Mod. hĩc tex. in c. cũ causa. s. de offic. delega. sed responde t̄ quòd loquitur in diuersis terminis, quia etiã in c. cũ causa. creditor nõ perdit ius suũ. Bene verum est, q̄ reuocatur ablata etiã cũ fructibus, sed per hoc nõ impeditur iterum legitimè agere. Sed in casu Bald. dubitat, quando creditor perdit suũ ius & distinguit vt dixi. in cõtrario creditor non perdit suum ius quia fundata erat iurisdictione delegatorum, & sic ille text. facit pro cõmuni conclusione. & ad supradicta vide gl. in clem. j. de seq. possess. in fin. text. in c. ex insinuatione. de procura. & in c. ad petitionem. j. de accusat. Tertio not. secundũ alium intellectũ, quòd impetrans t̄ res ecclesiã à principe, perdit etiam alias res, quæ iustè obtinebat ab ecclesia. & hanc conclusionẽ tenet Guil. Ioan. And. Anto. de But. Abb. & Barb. hĩc pro quorũ opin. est text. hĩc & c. ij. s. de foro cõpet. quæ iura parum faciunt. contrarium tenet Innoc. & Ioan. de Imol. & sequuti sunt Mod. per text. in c. conquestus. & in c. conquesti. j. de sent. ex com. & text. in c. conquestus. de foro cõpet. quæ iura videtur velle quòd si quis rapiat rem ecclesiã est satis si satisfaciat de damno. Sed potest dici, quòd ibi non constat quòd illi raptores habent aliquam rem ab ecclesia. Secundo mouetur per text. in c. grauẽ. de sent. ex cõmuni. per locum à speciali. sed responde, quòd eadem ratio quæ est illic, videtur esse in nostro casu, vt j. dicam. Tertio adducitur text. in c. eum qui. s. fin. de præben. lib. vj. vbi talis pœna procedit solum in occupantibus beneficia. sed responde, quòd plus delinquit iste raptor, qui capit à Rege rem ecclesiasticam, quàm in alio casu faciat raptor, qui rẽ ecclesiasticam propria auctoritate rapit, ex quo in nostro casu iste duo mala cõmittit. Primo, quia rapit: Secundo quia in ecclesiasticis recognoscit secularem iudicem, & derogat iurisdictioni papali, quæ causa est sufficiens, vt quis puniatur etiam re quã aliàs legitimè habet. d. c. grauẽ. & propterea non valent argumenta Moder. quæ arguunt simpliciter de raptore ad nostrum casum. & sic apparet quòd communis opinio est sustentabilis. Quarto not. quòd si Imperator t̄ donet rem ecclesiasticam alicui, ille non est tutus: & propterea debet illam restituere ecclesiã. In contrarium est text. in l. bene à Zenone. C. de quad. præscrip. sed soluũt communiter doctores, quòd illa lex non habet locum de iure can. ita tenet gloss. Abb. Ioan. de Imol. & alij hĩc, idem tenet Martinus de laude in tractatu de principibus. vbi ponit multas declarationes ad d. l. bene à Zenone. Idem tenet Baldus in proemio Gregor. & Ludouicus Romanus in consilio cxcv. Et hanc opinionem tenent omnes doctores, & hoc quando Imperator donat alteri rem ecclesiã in præiudicium ecclesiã. Sed quid si donaret rem alterius ipse ecclesiã, an possit euinci dicta res vltra quadriennium? Abb. hĩc videtur velle, quòd illa lex bene habeat locum in fauorem ecclesiã. & dominus Andreas Barbarius hĩc idem tenet. contrarium tenet glossa in capitulo placuit. xvj. quæstione tertia & glossa in s. quas actiones. el. ij. eadẽ caus. & quæsti. idem tenet Ioanes de Imola, hĩc & Ludouicus Romanus, in singul. d. cxij. vbi dicit omnes doctores Italiæ consuluisse. & Felin. in c. quæ in ecclesiãrum. supra, de constitut. & est gloss. in cap. quicunque. allegato hĩc per glossam pro opinione, contra communem adducit Barb. quia quando priuilegium conceditur per viam legis, tunc non habet locum retorquutio ex regula quòd quisque iuris, vt per Bartolum in authenticã quas actiones. C. de sacrosactis ecclesiis, vnde poterit ecclesia accipere pro parte quatenus ad suam vtilitatem, pro parte non, vbi agitur de damno. sed responde, quòd hĩc est alius casus ex quo non est verisimile, quòd Imperator vnum concesserit absque alio, vt infra dicam. Pro communi adducit Burg. quòd dicta l. bene à Zenone, est iniusta, vt patet ex capitulo filius noster. secundum quẽcunque intellectũ. j. de testamen. ergo non debet acceptari per ecclesiã vllò modo per gl. in capitulo secundo, de arbit. libro sexto. & in regula possessor. de regulis iuris eodem libro. sed istud argumentum est fatuum dicerẽ quòd lex sit iniusta. capitulo erit autem lex. quarta distinctione. præsertim cũ dicta l. bene à Zenone. non procedat nisi quando Imperator dat rem alienam existimans rem suam, vt est glossa notab. in l. multum interest. C. de commun. rerum aliena. & ibi Iacobus de Arena. & Baldus, & Ludouicus Romanus. in singul. dccxxxvij. Abbas hĩc licet gloss. in dicto capitulo placuit. in quadam solutione teneat contrarium & malè. Si ergo est bonæ fidei possessor, cũ sit quasi dominus, vt dicit Bald. ibi. quæ iniquitas est hæc, quare alia ratione adiuuanda est communis conclusio. quare tenendo communem dic, quòd non solum de iure canonico sed nec etiam de iure ciuili hodie dicta l. bene à Zenone. non habet locum in ecclesiis: quia illa lex loquitur t̄ solum, quando Imperator alienat in subditos. text. est ibi. hoc enim eorum est, qui nec maiestatem Imperialem agnoscunt. sed ecclesia non agnoscit in superiorem Imperatorem. c. solite. supra de maiorit. & obedien. ergo illa lex non procedit in illa. Nec obst. quòd in illa lege propriè loquatur de bonis datis ecclesiã ibi in versic. quia igitur. nam tunc Imperator habebat iurisdictionem in clericos vt patet toto titulo. C. de episcopis, & clericis. hodie non. vnde illæ leges sunt omnes correctæ secundum Abbatem, & Moder. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. supra de constitutionibus. & teneo communem. aduerte in quantum dicitur, quòd d. l. bene à Zenone. non potest procedere, quia princeps tolleret dominium alterius sine causa, quòd est contra not. in l. fina. C. si per vim vel vtilit. public. quia responde quòd istud potest condendo legem vniuersalem. Baldus in l. omnes. C. de quadriennij præscript. quòd nota.



FRANCISCVS ALCIATVS  
IVRISCOS. LECTORI  
SALVTEM D.



**I**AM ET SI aliquando sim præfatus publicare me ea in iure pontificio commentaria, quæ no-  
ster Alciatus primis studiorum suorum annis, & tunc quo iuris auditor exercendi ingenij, doctri-  
naque excutiendæ causa scripserat: volui nihilominus hoc loco, qui mihi ceteris aptior est visus,  
subiicere vtilis devotis mentibus commentarios, quos eo tempore confecit, quo primum in Tran-  
salpinis gymnasijs profiteri cœpit. Illic enim quod sæpe audiui, religiosa inualuit consuetudo, vt  
quotannis cum sacra illa adueniat hebdomada, qua p̄y homines errata sua christiano ritu solent  
expiare, ex omnibus iuris professoribus vnus sorte ducatur, qui publicè in celebri studioforum conuentu interpretetur  
illum synodalem canonem, quo omnes iubemur nostras noxias sacerdoti patefacere, mysticumque panem summa cum  
reuerentia capere, cumque hac prouincia Alciato bis sorte obtigisset, duplicatam idcirco illius Canonis explicatio-  
nem oportuit eum in concionem afferre, in hunc qui subsequitur, modum.

IN CAP. OMNIS VTRIVSQUE  
SEXVS. DE POENITENTIIS,  
ET REMISSIONIBVS.  
AND. ALCIATI  
PRÆFATIO.



**M**ALVISSEM, Præstantissimi Patres, hoc in argumēto auditoris potiùs, quàm Do-  
ctoris personam sustinere: quod scilicet omnia, quæ alijs professoribus animum auge-  
re, fiduciaque stabilire solent, in præsentem mihi actione, deesse videam. Quî enim ver-  
ba facere de hisce mysterijs ego ausim, quæ non simplicem canonici Iuris Doctorem,  
sed excellentissimum Theologum requirerent? Quomodo item de his ego studiis in  
præsentia hiscere conabor, quæ vobis exploratissima, & ex professo tractata sunt,  
mihi vero obiter tantum, & (quod dici solet) per transfennam? Quod si instituendi tantummodo à no-  
bis essent auditores mei, quibus cum quotidie differo, ferendum aliquo modo id oneris erat. Sed cum  
tot peritissimos Theologos, tot excellentes canonistas ad stare videam, non possum viribus meis non  
diffidere, illudque Satyricum formidare, optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Traditum in  
historijs est, tantæ grauitatis Q. Scauolam Iurisconsultum fuisse, vt à suo genero L. Crasso, cum pro can-  
didatorum more populo supplicaturus esset, fuerit dimissus, quod is negaret tanto viro præsentem, ineptum  
quicquam facere se posse. Debeatur certè & idem vobis honor, verecundiæque id meæ fuisset, si tale  
munus in præsentia coram vobis explicandum detrectassem, hisque administrandū reliquisset, qui ad  
hanc rem magis essent idonei. Sed maxima mihi excusatio in necessitate sita est: ordinis enim totius  
legibus parendum fuit, & cum per vices id munus tribuatur, minime imputandū si etiam ad me, quàm-  
uis non satis aptum, fors deerrauerit: multa videmus etiam non optima, quæ tamen consuetudine vt-  
cunque tolerantur. Constat Themistoclem, cum oblatam in conuiuio lyram recusasset, indoctiorem  
habitum esse. conabor certè ipse, quod in me erit, suscepta hac prouincia commode defungi. ne omni-  
no tantam expectationem fallam. Vestra autem humanitas, quicquid mihi deerit, boni cõsulet, cui ne  
diffidere videar, qualicumque præfationi nostræ præcidendum, finemque imponendum duxi.

DE POE

DE POENITEN. ET REMISSIO. RVBRICA.  
S V M M A E.

1. Confiteatur etiam Papa.
2. Cap. omnis. ad puberes pertinere.
3. Venialium diluendorum modi.
4. Confessionis forma.
5. Confessores.
6. Eucharistia tempus.

PRIMA LECTURA.



**OMNIS.** Diuiditur in duas partes. In prima ponit præceptum, &  
pœnam respectu eorum, qui confessionem facere debent. In secun-  
da præceptum, & pœnam respectu sacerdotis, qui debet audire. Se-  
cunda ibi, sacerdos autè. Summatur prima pars. Quilibet doli ca-  
pax debet falem in paschate cõfiteri, & eucharistiã accipere. apo-  
stillemus singula verba.

**OMNIS.** Intelligit ð Doctores etiam in Papa qui licet non  
ligetur ad obseruanda specialiter contenta in hoc canone, tamen  
tenetur cõfiteri & ipse peccata sua, & quod ad eum actum subiiciet

se inferiori sacerdoti<sup>1</sup>. Aut enim volumus tenere opinionem Theologorum, quod confes-  
sio sit iuris diuini<sup>2</sup>. & papa subiicitur iuri diuino<sup>3</sup>. Aut tenemus opinionem canonistarum<sup>4</sup>,  
quod sit ex præcepto & traditione generalis ecclesiæ, & adhuc tenetur: quia papa in his,  
quæ sunt iuris positui, & concernunt generalem statum ecclesiæ, etiam ipse tenetur<sup>5</sup>.

**2. ANNOS DISCRETIONIS.** Id est, doli ð capax, quod intelligit Abb. in eo, qui  
sit in septennio vel decennio. quæ sententia respectu eucharistiæ non est admittenda propter  
reuerentiã sacramenti, quod non nisi puberibus exhibetur. Sed cum canon vtrunque æqui-  
paret, videtur, quod idem verbum respectu vtriusque eodè modo debeat intelligi<sup>6</sup>. Vnde  
ego putarem hoc canone non ligari nisi puberes: licet bonum sit etiam ante pubertatem  
facere, quod pueri confiteantur, vt assuescãt. & quia etiam illa ætas habet sua peccata<sup>7</sup>: an-  
ni enim discretionis propriè dicuntur post pubertatem: quia pupillus quod videt, ignorat.  
Vnde<sup>8</sup> ante pubertatem non admittuntur ad professionem religionis<sup>9</sup>.

**3. OMNIA.** Scilicet mortalia, non venialia, quæ tolluntur ð per orationem dominicam,  
vel aquam benedictam<sup>10</sup>, & etiam confessione generali, vel alijs modis<sup>11</sup>. Vnde possent  
etiam laico cõfiteri<sup>12</sup>. bonum tamen est secundum Theologos etiam ea cõfiteri, maxi-  
me si sæpius iterata, quia fiunt mortalia<sup>13</sup>. Item omnia, & sic simul, non autem separatim,  
partem vni, partem alteri<sup>14</sup>. alioquin tanquam non legitimè confessus teneretur iterare  
omnia, si fiat, alteri sacerdoti, qui priorum non recordetur<sup>15</sup>. qui tamen adhibita diligentia  
vni confessus est omnia, quorum recordabatur, non tenetur eundem adire pro eo, quod deinde  
in memoriam sibi venerit<sup>16</sup>.

**SVA.** Non aliena, prout faciunt mulierculæ, quod intelligunt Doctores, nisi proprium  
peccatum non possit detegi absque participibus, vt quia sororè quis stuprauit, vel filiam<sup>17</sup>.  
ego arbitror, si non potest circumstantia bene exprimi per generalitatem verborum, quod  
teneatur exprimere in specie secundum Doct. sed debeat adire confessorè, qui non cogno-  
scat eam personam, & quod hæc sit iusta causa impetrandi veniã à proprio sacerdote: quo  
enim ad non agnoscentem perinde est, ac si in genere esset dictum.

**SOLVS.** Ergo non vnà cum alijs quod nõ faciunt sacerdotes, nisi de pueris, qui non  
comprænduntur in hoc canone, vt supra dixi. Item, solus, ad differentiam confessionis ge-  
neralis, quæ fit Deo in missa, quæ \* ex primitiua ecclesia manauit.

**SALTEM SEMEL.** Olim ter in anno sumebatur eucharistia: In festo Pētecostes,  
in Natiuitate, in Paschate<sup>18</sup>. relaxatū ergo est, vt ad minus semel in Paschate. Et ex hoc ap-  
paret, quod statim, quod quis peccauit, non tenetur cõfiteri, sed sufficit cõtritio cum in-  
tentione confitendi secundum formam huius canonis. Vnde etiam si eius tunc obliuiscar-  
tur, tamen absolutio ad illud quoque extenditur<sup>19</sup>: hîc enim ponitur præceptum affirma-  
tium, quod satis est, si determinato tempore adimpletur, & interim adsit cõtritio<sup>20</sup>, quod  
procedit etiam iam indulgentia concessa contritis & confessis. satis est intentio confiten-  
di<sup>21</sup>. In monachis verò, & religiosjs aliud est<sup>22</sup>.

**5. FIDELITER.** Quod declarant Doct. quatuor versibus. Sit ð simplex, humilis con-  
fessio, pura, fidelis, Atq; frequēs, nuda, discreta, libēs, verecunda. Integra, secreta, lacrymabi-  
lis, accelerata. Fortis, & accusans, & sit parere parata. Quos declara, vt per eos in locis vul-  
garibus. Illud tamē sciendū, quod dicit Tho. iij. dist. q. xvij. Laudabile est tacere circumstan-  
tias quæ notabiliter nõ aggrauāt delictū, in his carnalibus, quæ quãdoq; sunt prouocatiua.  
**6. PROPRIO SACERDOTI.** Id est, presbytero parochiali. Itē episcopo ð cui to-  
ta diocesis parochia est<sup>23</sup>. Imò ipse solus absoluit in casibus illi reseruatis, de quibus per Ho-  
stiã.<sup>24</sup> Itē archipresbyter ecclesiæ cathedralis, qui in hoc est vicarius episcopo<sup>25</sup>. Itē eadem

1 gl. c. Sanè. j. de offi. deleg.  
Doct. l. est receptum. de iu-  
risd. om. iud.

2 gl. de poenit. dist. v. in sum-  
ma.  
3 xxv. q. j. c. sint quidam.  
4 hic, & in d. summa.  
5 j. q. vij. c. & si illa. gl. c. lite-  
ras. de restit. spol.

6 regul. liam hoc iure. de  
vulg. ff.

7 c. j. & ij. de delictis pue-  
ror.

8 l. pupillus, si fari. de ac-  
quir. hered.

9 c. j. de regu. lib. v. c. ij. de  
despons. impub.

10 vt hic in gl. & c. de quo-  
tidianis. de poen. dist. iij.

11 gl. in proce. vj. in verb. be-  
nedictionem.

12 gl. c. vnum orarum. §. cri-  
minis. xv. dist. & facit glo.  
de poen. dist. i. perfecta.

13 d. §. criminis.

14 de poen. dist. iij. c. sunt  
plures.

15 Archid. de poen. dist. iij.  
c. si in fin.

16 Angel. de Clau. in verb.  
confessio.

17 arg. de poen. dist. v. c. cõ-  
sideret. in prin.

18 c. & si non frequentius.  
de consecr. dist. ij.

19 gl. d. poen. dist. j. in prin.

20 c. magna. de poen. dist. j.  
& glo. ibi in summa. & su-  
per. §. i. & hic per Abb.

21 Abb. hic.

22 clem. ne in agro. §. sanè  
de stat. Monachor.

23 c. licet & ibi Abb. de fer.  
& x. q. j. c. regenda.

24 In summa huius titu. §.  
cui confitendum. vers. nec in  
hoc. & extrauag. inter cun-  
ctas de priuil.

25 c. ad hæc. de offic. archi-  
presby.

1 c. auctoritate. de priuileg. 2 cl. ne Romani. §. eo autem. de elect. gl. c. ij. de poen. & rem. in vi. 3 cl. dudum. de sepul. 4 c. j. de rescrip. 5 in verb. alieno. 6 c. quod autē. j. ed. vt hic per Abb. 7 arg. c. fi. de paroch. gloss. clem. j. verb. parochialis. de priuileg.

ratione vicarius generalis ipsius episcopi. Item legatus in tota prouincia. Item papa in vniuerso. Item poenitentiarj papae. Data est haec quoque potestas fratribus minoribus, & Carmelitis haeremitaris, praedicatoribus. quod intelligendum est etiam absque licentia proprij sacerdotis, non tamen per verbum liberē, de quo per Felinum quā ex constitutione Eugenij Quarti gregis nobis confirmata per Nicolaum V. prouisionis nostrae. vnde sublata est difficultas, de qua hic in glo. magna. Intelligit, proprio sacerdoti, non solum si semel in anno, sed etiam si pluries. Sed quid in mercatore scholari, stipendiario? &c. dic. quod proprius sacerdos est loci, vbi tunc habitant, & est magis communis opinio. dicitur etiam proprius sacerdos coadiutor assumptus ab eo propter multitudinem.

SACERDOTI. In casu tamen necessitatis etiam laico confiteri potest, & propter contritionem.

EUCCHARISTIAE SACRAMENTVM. Bona gratia interpretatur. imō gratiarum actio cū iucunditate. reperitur & alio sensu eucharisticon. Sed eucharistia de qua hic agitur, est sacramentum dignius aliis, & ieiuno stomacho est assumendum, licet glo. ibi dicat nō esse de substantia & hoc nisi ex necessitate, vt in infirmis: & ante illud à propria vxore tribus vel quatuor diebus abstinedum est: & in die, quo accipitur, & potest accipi in die Iouis sancto, vel Paschatis: melius tamē in die Paschatis per istum textum. Et laici recipiunt corpus Christi sine sanguine, & ideo de necessitate non est bibendum. In contrarium tamen facit text. in c. & si iudaeos. eodem tit. Circa secundam partem Summa: Sacerdos prudenter gerere se debet \* & reuelans punitur, magnam enim requirit prudentiam etiam iuris ciuilibus & cano. vt in exemplo mulieris, quae ob adulterium perdit dotem. & idem in vidua.

GRATIARVM ACTIO.

VOBIS autem clarissimi omnium scientiarum artiumque professores, innumeras gratias agendas duco qui me tam benigne audistis, tam hilari fronte confirmastis, vt non doctrina tantum, sed maxima quoque humanitatis egregia in vobis sita esse exempla appareat. Deus autem optimus Maximus, ob cuius explicanda sacramenta lectionem hanc suscepimus, ipse vobis dignam hisce virtutibus gratiam rependat Dixi.

S V M M A E.

1 Cap. Omnis. sensus. 2 Confessionis origo.

3 Confessione non probari. 4 Confessionum auditores.

SECUNDA LECTURA.



OMNIS. Diuiditur in duas partes. In prima ponit praecipuum, & poenam respectu contententis. In secunda praecipuum, & poenam respectu sacerdotis. Secunda ibi, Sacerdos autem. Prima pars sic summatur. Quilibet doli capax debet t̄ saltem in paschate confiteri suo sacerdoti, vel alteri de eius consensu, & iniunctam poenitentiam facere, & eucharistiam accipere. nota ex hoc textu primò confessionem praecipui. Secundò eucharistiae assumptionem. videndum de vtraque. Et quia latissima est materia, tā genus, quē verissimi liter ad scholasticos magis pertinent. Circa confessionem, hic apparet eā esse de praecipuo, auctoritate huius concilij generalis. Sed quid de iure diuino? & Theologi tenent esse de iure diuino. qua sententia comprobatur videtur illis locis sacrae scripturae. Adam vbi est? Ad Cain, vbi est Abel frater tuus? Iosue praecipit Acor confiteri, & lapidatus est. Iacobus: confitemini, inquit, alterutrum peccata vestra, Alij vt canonistas communiter, quod tantum de vniuersalis ecclesiae traditione, super tamen auctoritatibus. Iuris diuini fundata. Alij inuentione iuris diuini, sed forma, quod solus, quod in aurem sacerdoti vel ex hoc canone. Ego legi etiam ante testamentū nouum in aliquibus locis fuisse hanc consuetudinem confitendi. Vnde Plutarchus in Apopht. de Lyfandro &c. qui noluit, ne esset obnoxius Sacerdoti tanquam conscio. Sed hic prouidetur, quia lex requirit discretum. & iubet, vt taceat, vnde si propalet, ei nō creditur, imō punitur, vt hic dicitur. Sed t̄ quid si duo testes audissent aliquē confiteri peccata? & nō probant aliquid, Sed nunquid in causa matrimoniali probaret confessio facta sacerdoti in foro iudiciali? & Rom. quod sic. Sed hac opinio est falsa, & gl. dicit oppositū, si rectē videatur. Sed cui faciēda t̄ est confessio, hic dicitur proprio sacerdoti Intelligit, id est, parochiali. Itē episcopo, cui tota diocesis parochia est. imō ipse solus absoluit in casibus sibi reseruatis, de quibus per Host. Itē eadē ratione vicario generali eiusdē episcopi. Itē Archipresb. ecclesiae cathedralis, qui cōsetur vicarius. & data est potestas

21 glo. de poen. dist. v. in summa.

22 xlv. dist. sed & illud. 23 c. si sacerdos. de off. ordi. 24 Io. And. in c. fi. de temp. ord. in add. Tindarus tract. de test. versū. sequitur alia pars. Felin. c. j. de except. & quod no. Bald. l. archigerores. C. de episc. aud. 25 l. si spalis. C. de testa. l. af. in l. j. §. huius studij. de iust. & iur. per glo. in c. tua nos, verb. qualiter. §. de spons. 26 c. licet. vbi Abb. de fer. & x. q. j. regenda. 27 In summa huius tit. §. cui cōstent. vers. nec in hoc. & habetur in extrauag. inter cunctas. de priuileg. 28 c. ad hac. de off. archip.

est potestas per priuilegia fratribus mendicantibus. quod intelligendum est absque licentia proprij sacerdotis. Sed quid in scholari? dic proprius sacerdos est loci in quo habitat, poterit tamen & ipse vicarios episcopi adire, vt supra. Sed quomodo faciēda confessio? & constat omnia confitenda, non separatim, sed simul. alioquin tanquam nō legitime confessus teneretur iterare: si fiat alteri sacerdoti, qui nō recorderetur de prioribus. Qui tamen adhibita diligentia vni confessus est omnia, quorum recorderetur, non tenetur iterum adire etiam quod deinde in memoriā sibi venerit. debet tamen saltem alteri illud confiteri. Sed nunquid sufficiat generalis: puta, feci, sicut in superiore anno: & non putarim: quia propter expressionem singulorum inducitur maior verecundia, quae cessat in illa generalitate, & sic limitatur regula. l. omnes. C. de praescript. xxx. vel xl. annorum. Sufficit tamen generalis respectu oblatorum. Item respectu venialium secundum theologos, vt per Rich. & Thom. in iij. distin. xxv. Sed nunquid sufficiat afferre scripturam Sacerdoti, & dicere, Ego confiteor, vt in schedula? & eandem rationem non putarim, & sic limitatur regula. l. j. de contr. emptio. & c. fin. de proc. lib. vj. Circa eucharistiam, Graeca vox bona gratia interpretatur, imō Gratiarum actio cum iucunditate vnde & χάρις. & est sacramentum dignius aliis, & ieiuno stomacho est assumendum. licet glo. ibi dicat non esse de substantia, & hoc nisi ex necessitate, vt in infirmis, & ante eam à propria vxore secubandum tribus, vel quatuor diebus. Tibullus. Casta placent superis &c. etiam in die, quo accipitur, & potest accipi in die Iouis sancto, vel paschatis: melius tamen paschatis, per hunc text. & laici recipiunt corpus Christi sine sanguine: ideo de necessitate non est bibendum. In contrarium tamen facit text. in c. & si iudaeos. eod. tit. Sed qua aetate cogitur quis accedere ad hoc sacramentum? & hic dicitur, cum ad annos discretionis peruenerit, id est, vt intelligunt Doctores, cum erit doli capax, & xiiij. annū attigerit, licet quò ad confessionem citius debeat admitti, veluti in septennio vel decennio. Sunt enim & peccata puerorum. ad ieiunium verò teneat Doctores non prius obligari, quàm post xx. annos. ex hoc nota, quò dictio, ad annos discretionis, vniiformiter nō accipiatur. Item nota licet lex nō distinguat, nos tamen inter pupillos distinguere, an sint proximi pubertati, vel non. Sed pone sacerdotem habentem beneficia, non dicere officium, an debeat accedere ad hoc sacramentum? & certe non: quia est in peccato mortali. vnde prius debet satisfacere, id est, fructus restituere: quia qui non dicit officium \* non facit fructus suos, sed tenetur eos restituere, quia non dantur simpliciter, vt viuat inde Sacerdos, sed vt secundum cultum Dei viuat. vnde eodem modo idem dicendū est de his, qui vacant voluptatibus, vt qui tenēt concubinas. Vnde licet deinde dimittant & poeniteant, tamen debent satisfacere, & ecclesiae fructus restituere. Adde etiam quòd sicut non dicens officium, peccat mortaliter, ita & non incedens in habitu, & tonsura. & tonsura intelligitur praecisis capillis vsque ad aures. Sed pone, Medicus secundum artem suam dicit non expedire, vt tunc detur eucharistia infirmo, an debeat attendi? & concludendum quòd non. Quòd tamen ad Ieiunium attinet, & Quadragesimae obseruationem, excusatur, qui de consilio iudici ea non seruat. Sed medicus peccat, si sine rationabili causa, vt frangat cōsult. & ita tenet Angelus de Clauasio.

1 cl. dudum. de sepul. 2 per Felin. c. j. de rescrip. 3 c. si. de paroch. glo. clem. j. verb. parochialis. de priuileg. 4 c. sunt plures. de poenit. distin. iij. 5 de poenit. dist. iij. c. fin. in fi. vbi Archid. 6 Ang. de Clauas. in Summa. verb. confessio. j. not. xij. 7 arg. litē apud Lab. §. air prator. de iniur. 8 argu. c. quem poenitet. ia prin. de poen. dist. j. 9 j. q. j. multi. 10 c. si quis. c. non oportet. xlij. distin. 11 c. nihil. de confec. dist. ij. 12 c. liquidò. de cose. dist. ij. 13 c. presbyter. de consil. dist. ij. 14 c. omnis homo. de cose. distin. ij. 15 Dom. xxij. dist. sponsus. 16 secundum Abba. hic. & Dec. c. ad audientia. de refe. 17 Pet. & Archidia. de cose. dist. ij. c. comperimus. 18 c. j. & i. de delict. pueror. 19 per Abbat. in rubri. l. de obseru. ieiun. 20 contra regulam. l. iam hoc iure. de vulg. & pup. 21 qua de re. in l. cō filius. §. in hac. vbi dixi de verb. oblig. 22 Abb. c. j. de celebr. miss. 23 secundum Cald. ibi. & Dom. c. fi. de rescri. vi. 24 summa Ang. verb. hora. vers. xj. 25 c. peccat. de reg. iur. vi. 26 c. si quis ex clericis. de vita & honest. cler. 27 gl. clem. ij. verb. tonsura. de vit. & hone. & xxij. dist. c. non liceat. 28 c. cum infirmitas. in fi. j. eodem. 29 cap. non mediocriter. de conf. dist. v. 30 argum. c. quid culpatur. xxij. q. j. 31 In summa. verb. Ieiuniū. vers. xx. in fin.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll. Omnes sunt quaternae, demptis Kkk & Lll ternis.



*LVGDVNI,*  
**PETRVS FRADIN**  
**EXCVDEBAT.**  
*M. D. LIX.*